futura. Salientes enim pueri in utero, et incompositis gestibus se moventes, jam omnia liquido prædicabant: et nunc didicit mulier non se duos solum parituram pueros, sed et illos ingentes propagandos fore, et minorem majori dominaturum esse. Et quando postea appropinquavit tempus pariendi, 25. *Exiit, inquit, primus rufus, quasi pellis, hispidus: et vocavit nomen ejus, Esaü. Et postea exiit frater ejus, et manus ejus comprehendit calcaneum Esaü, et vocavit nomen ejus, Jacob*¹: quasi jam et ab initio monstrat Deus minorem, secundum id quod dictum est, majori esse dominaturum. Dicit enim, tenebat manu calcaneum Esaü: id quod erat signum superantis eum qui fortis esse videbatur. Et considera divinam Scripturam, quomodo propter ea quæ postea futura erant, jam prædicit, et ab initio monstrat nobis utriusque studium: et quod ille quidem venationi deditus, hic vero rusticus esset homo, simplex, domum inhabitans. Propterea Rebecca diligebat Jacob, Isaac autem Esaü: 28. *Quoniam venatio ejus, inquit, cibus erat illi. Vide quomodo pueros distinguant. Et mater quidem erga Jacob majorem declarabat benevolentiam, eo quod simplicem videbat et domi versantem: pater autem diligebat Esaü, tum quod primogenitus esset, tum quod venatione ejus vesceretur. Hæc quidem illi faciebant naturalem dilectionem sequentes; vaticinium autem paulatim implebatur, illud scilicet, Major serviet minori. Vide enim statim. 29. *Coxit, inquit, Jacob coctionem: venit autem Esaü ex campo deficiens. 30. Et dixit Esaü ad Jacob: Fac me gustare de edulio hoc rufo, quia deficio. Propterea vocatum est nomen ejus, Edom*². 31. *Et dixit Jacob: Da mihi hodie primogenita tua. Ille autem dixit: Quid mihi hisce opus, cum mors jam me invadat, nisi accepero cibum (v. 32)? Alius autem juramentum exigebat, ut stabilis ei fieret illa concessio. 33. Et juravit, inquit, Esaü.**

2. Ecce nunc hic inversus est ordo, et primogenituræ dignitas transit ad eum qui virtute animi præfulgebat. *Et vendidit, inquit, Esaü primogenita: hoc est, vendidit cibi gratia dignitatem a natura sibi datam: ideo et subdidit, 34. Et parvipendit Esaü primogenita; quasi diceret: Ingratus erat ac indignus ea, quam sibi natura dederat, dignitate. Hoc autem totum est, ut illius demonstraretur ingratus animus, et Dei oraculum adimpleretur.*

Moralis epilogus. De contemptu divitiarum. — Hæc audientes discamus numquam negligere dona a Deo nobis data, neque propter parva et vilia magna perdere. Quare enim, dic mihi, proposito regno cælorum, bonisque illis ineffabilibus, ita in divitiarum cupiditatem insanimus, et momentanea, quæ sæpe non usque ad vesperam permanent, perpetuis semperque duraturis præferimus? Et quid hæc amentia deterius esse

¹ Hæc, et vocavit nomen ejus Jacob (καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακώβ), desunt in Savil. et quibusdam manuscriptis; in Coisl. autem reperiuntur. Ob hanc ipsam causam modo supplevimus has voces, et vocavit nomen ejus Esaü, Coisl. et Biblia sequuti.

² Hæc, et dixit Esaü Edom, desunt in Coisl. et Savil. Mox Savil. et Bibl., da mihi. Bibl. addunt, hodie, quod expressit interpres.

possit? quando et illis privamur ob nimium in hæc amorem, et numquam his frui pure possumus. Quæ enim, quæso, utilitas magnarum facultatum? An nescitis accessionem multarum pecuniarum nihil aliud nobis afferre, quam curarum incrementa, occupationes mentis, et vigilias? Non videtis hos omnium potissimum, ut ita dicam, servos esse, quibus plura affluunt, et quotidie umbras ipsas timent? Inde enim nascuntur insidiæ, invidentia, odium grave, et innumera alia mala. Et sæpe vides eum qui habet decem millia talenta auri recondita, beatum vocare eum qui in officina operatur, et ex labore manuum cibum parat. Qualis igitur voluptas, aut quale lucrum, quando neque his fruimur, et propter hanc concupiscentiam etiam majoribus privamur? Quid autem dico majoribus, quando cum malis quæ hic nos apprehendunt, et a bonis quæ ibi sunt excidimus, et ad gehennam ipsam mittimur? Et nondum dico innumera peccata quæ hinc colliguntur, dolos, calumnias, rapinas et fraudes. Verum etiamsi quis ab omnibus illis liber, id quod perquam difficile et rarum, opibus abundet, et ipse solus eis utatur, et eas cum iis qui opus habent non largè communicet, eum gehennæ ignis excipiet. Quod nos manifeste docet parabola in Evangelio posita, cum statuit alios a dextris, alios a sinistris: illisque dixit præparatum esse regnum cælorum ob curam egenis impensam: *Venite enim, inquit, benedicti Patris mei, in hereditatem accipite præparatum vobis regnum ab origine mundi (Matth. 25. 34).* Cur et qua de causa? *Esurivi enim, et dedistis mihi comedere (Ibid. v. 35).* His vero ignem æternum: dicit enim: *Discedite me, maledicti, in ignem æternum, qui præparatus est diabolo et angelis ejus (Ibid. v. 41).* Magnum verbi pondus: omnium Dominus et Conditor dicit: *Esurivi, et non dedistis mihi comedere (Ibid. v. 42).* Cujus animam non movebunt hæc verba, etiamsi lapidea sit? Dominus tuus esuriens obambulat, et tu es in deliciis: neque hoc solum, sed in deliciis ipsum despicias; tametsi non multum sit quod a te petit; nempe panem solum, quo famem possit sublevare. Et ipse quidem frigore rigescens obambulat, tu autem sericis indutus ne respicias quidem, nullam commiserationem præ te fers, sed immisericorditer præteris. Et qua venia sunt hæc digna? Ne igitur sit hoc studium nostrum, ut multas quibusvis artibus opes conquiramus: sed illud in scopo habeamus, quomodo et hæc bene disponamus, et egenis consulamus: et ne ab illis excidamus quæ semper manent, et quæ nullam admittunt vicissitudinem ac mutationem. Quocirca diem mortis nostræ incertum esse voluit Dominus, ut nos præpararet ad continuam sobrietatem et vigilantiam, et ita magis ad virtutis studium nos provocaret. Dicit enim: *Vigilate, quia nescitis neque diem, neque horam (Matth. 25. 13).* Atqui nos plane diversum operamur, et dormimus somno graviore quam sit naturalis ille. Nam qui naturali somno quiescit, nec bo-

¹ Coisl., omnium Conditor, omnium Largitor dicit.

num, nec malum operatur : nos autem alio somno dormimus, dormientes ad virtutis, vigilantes ad malitiæ opera, strenui in malis, desides in bonis : idque facimus videntes quotidie multos hinc abduci, magnas autem aliorum esse in præsentī vita vicissitudines : et neque tanta rerum inæquabilitas ad virtutis amorem nos adducere potest, neque disponit ut despiciamus præsentia, et desideremus futura, præferamusque somniis et umbræ veritatem. Non enim differunt præsentia ab umbris et somniis. Proinde ne decipiamus nosmetipsos, neque sectemur umbras : sed vel sero tandem salutis nostræ curam habeamus, et opes indigentibus evacuemus, ut pro illis remunerationem a misericordī Deo accipere mereamur : qua nobis omnibus frui concedatur, gratia et miserationibus Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LI.

Facta est autem fames super terram, præter famem priorem, quæ fuerat tempore Abraham (Gen. 26. 1).

1. Iterum ex iis quæ nuper diximus doctrinam vobis afferam : ut autem liquido sciatis ubi nuper sermonem missum fecerimus, et unde hodie resumendus sit, ea quæ supra dicta sunt, vestræ caritati in memoriam referre operæ pretium fuerit. Tametsi enim vos, quia multis curis distrahimini, eorum forte oblitī estis, sed meum est ut in memoriam vobis reducam ea, quo sermo hodie dicendus manifestior vobis sit. Scitis enim nos nuper Rebeckæ pietatem enarrantes, inde ad Esau et Jacob devenisse, ubi narratum est Esau primogenita, ut cibo frueretur, Jacobo vendidisse, et propter cibi cupiditatem semetipsum suo honore privasse. Hoc autem non temere factum, sed ut propheta completeretur, quæ dicit : *Jacob dilexi, Esau autem odio habui (Malach. 1. 2. 3)*. Nam cum Deus futurorum sit præsciens, prædixit et illius virtutem, et hujus animi nequitiam. Quænam autem sunt illæ primogenituræ ? Igitur, quia tunc tempus non permittebat caritati vestræ dicere, nunc necesse est ut doceam. Apud veteres summus honor erat primogenituræ : hinc autem honoris causam et originem habuit. Cum Deus Israelitarum gentem ab Ægyptio liberare, et secundum promissionem patriarchæ factam a tyrannide Pharaonis eripere vellet, obloquentem et detinere volente tunc Ægyptio : post varias plagas etiam hanc postremam eis intulit : fere cogens Ægyptios ut suis manibus extruderent Israelitarum genus (*Exod. 12*). Nam simul omnia Ægyptiorum primogenita occidi jussit (a) : vidissesque in singulis

domibus ejulatus et lacrymas ; neque sic putabant finiri plagam, sed illinc etiam expectabant ut mors qua cœperat pergens, ad omnes perveniret. Itaque quia in Ægyptio una omnium primogenitorum mors fuit, Israelitæ autem divina facti gratia, illæsi manserunt : per hoc etiam ostendens omnium Deus suam erga illos benevolentiam, imperavit iu posterum ut propter interfectionem primogenitorum Ægypti, primogeniti Judæorum pueri sibi offerrentur. Hinc et tribus Levi in sacerdotio segregata est, et ex illo non solum primogenita hominum oblata sunt Deo, sed et brutorum, et in universum omnium. Et præceptum erat, pro hominibus et immundis animalibus pretium dependi. Quamvis autem legislatio hæc de primogenitis posterior fuerit : attamen jam supra et olim videbantur aliquod habere privilegium, qui vulvam matris primum adaperiebant. Hanc igitur dignitatem, quam a natura habebat Esau, propter intemperantiam suam transtulit in fratrem. Et ille quidem perdidit quod a natura habebat : hic autem et quod non habebat a natura, accepit. Et quia hæc antea oraculo promissa erant, ideo Rebecca, appellatione ei indita, Jacob eum vocavit : quod scilicet supplantationem interpretari potes, sicut et Esau post patris benedictiones ejulans dicebat, *Iuste vocatum est nomen ejus Jacob : supplantavit enim me jam secundo, et primogenita mea accepit, et nunc benedictionem meam (Gen. 27. 36)*.

Nominum propriorum impositio. — Vide quanta erat priscorum prudentia, vel potius, quanta fuerit Dei sapientia, qua effecerit ut et mulieres natis nomina non temere nec fortuito imponerent, sed nomina darent, quæ filiis essent futurorum prædictio. Et raro invenies eodem quo patres nomine appellari filios, vel forte nusquam : sed sive mater sive pater nomen filio impositurus erat, rarum quoddam et novum imponebat, ut per illud aliqua futura præsignificaret. Ita et Lamech filium vocavit Noe, dicens : *Hic nos requiescere faciet (Gen. 5. 29)*. Ita si singula nomina scruteris, omnino in omnibus invenies aliquid insinuari : non sicut nunc faciunt, qui temere et ut forte evenit, a parentibus agnominare solent : sed omnino illuc spectabant, ut perpetuam memoriam per appellationem illam filiis inderent. Cæterum videamus nunc post primogenituræ permutationem, quid iterum nobis narret beatus Moses de patre illorum, et quomodo sicut de patriarcha dictum est, ita et de hoc legimus, eum fame ingruente multam Dei coram sensisse, tum propter virtutem propriam, tum propter promissionem patriarchæ factam. 1. *Facta est autem fames super terram, præter famem priorem, quæ fuerat tempore Abraham (Cap. 26)*. Ut ne putes de illa fame eum dicere, propterea subdividit : *Præter famem quæ erat tempore patriarchæ*, quasi diceret, alia similis nunc iterum fames venit super terram tempore Isaac, qualis erat tempore patris illius. Necessariorum penuria omnes in summam angustiam concludebat : atque ex suis migrare et ad illa loca transire cogebat, ubi rerum necessariorum copiam invenirent. Unde cum

(a) Hic videtur pugnancia loqui Chrysostomus, cum juris primogenituræ *vestram*, id est, causam et originem, refert ad interfectionem primogenitorum Ægypti, annis plus quam trecentis post ortum Esau et Jacobi : de quorum primogenitura et de jure illam comitante quæstio est. Sed hinc advertit ille postea id non posse quadrare, cum dicit, quamvis legislatio illa Hebræorum de primogenitis posterior fuerit, jus tamen aliquod primogenituræ antea fuisse. Et hac ratione quæ non quadrare videbantur, utrumque corrigit.

χάνει· ἡμεῖς δὲ ἕτερον ὕπνον καθεύδομεν, πρὸς μὲν τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα καθεύδοντες, πρὸς δὲ τὰ τῆς κακίας ἐγρηγόρτες, κάκεινα μὲν ἀόκνως διαπραττόμενοι, [499] ἐν δὲ τούτοις πολλὰν τὴν βῆθυμίαν καὶ τὸν ὕπνον ἐπιδεικνύμενοι, καὶ ταῦτα ὀρώντες καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοὺς μὲν ἐντεῦθεν ἀπαγομένους, τοὺς δὲ καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ πολλὴν τὴν μεταβολὴν ὑπομένοντας· καὶ οὐδὲ αὐτὴ ἡ ἀνωμαλία παιδεῦσαι ἡμᾶς ἰκανή, καὶ εἰς πόθον τῆς ἀρετῆς ἀναγαγεῖν, καὶ παρασκευάσαι ὑπεριδεῖν τῶν παρόντων, καὶ ποθεῖσαι τὰ μέλλοντα, καὶ προτιμῆσαι τῆς σκιδῆς καὶ τῶν οὐσιμῶν τὴν ἀλήθειαν. Σκιδῆς γὰρ καὶ οὐσιμῶν οὐδὲν τὰ παρόντα διενήνοχε. Μὴ τοίνυν ἑαυτοὺς ἀπατώμεν, μηδὲ τὰς σκιδᾶς μεταδιώκωμεν· ἀλλ' ὄψε γοῦν ποτὲ τῆς οἰκείας σωτηρίας φροντίδα ποιησόμεθα, καὶ τὰ γρήματα κενώσωμεν εἰς τοὺς δεομένους, ἵνα τῆς ἐπὶ τούτοις ἀμοιβῆς ἀξιοθώμεν παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ· ἥς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπολαῦσαι, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μετ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΝΑ'.

Ἐγένετο δὲ λιμὸς ἐπὶ τῆς γῆς, χωρὶς τοῦ λιμοῦ τοῦ πρότερον, ὃς ἐγένετο ἐν τῷ χρόνῳ τοῦ Ἀβραάμ.

α'. Πάλιν ἐκ τῆς ἀκολουθίας τῶν πρώων ἡμῖν εἰρημῶν βούλομαι τῆς πρὸς ὑμᾶς ἕψασθαι διδασκαλίας· ὥστε δὲ εἰδέναι ὑμᾶς σαφῶς πῶς τὸν λόγον πρώων κατελύσαμεν, καὶ θδεν αὐτὸν προσήκει σήμερον ἀναλαβεῖν, ἀναγκαῖον ὑπομνήσαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. Εἰ γὰρ καὶ αὐτοὶ διὰ τὸ πολλὰς φροντίσαι περιέλκεσθαι ἴσως ἐπιλέληθε, ἀλλ' ἐμοὶ προσήκει εἰς ὑπόμνησιν ὑμᾶς ἀγαγεῖν, ἵνα διὰ τῆς μνήμης σαφέστερος ὑμῖν ὁ λόγος γένηται ὁ μέλλων σήμερον ῥηθῆσθαι. Ἵστε ὅτι πρότερον· τῆς Ῥεβέκκας τὸ φιλόθεον διηγούμενος, κάκειθεν ἐπὶ τὸν Ἡσαῦ καὶ τὸν Ἰακώβ ἐλθόντες, ἐκεῖ κατηντήσαμεν, ἐνθα τὰ πρωτοτόκια ἀπέδοτο τῷ Ἰακώβ ὁ Ἡσαῦ, τοῦ ἐψήματος ἀπολαύσας, καὶ διὰ τὴν τῆς τροφῆς ἐπιθυμίαν τῆς προεδρίας ἑαυτὸν ἀπεστέρησε. Τοῦτο δὲ ἐγένετο οὐχ ἀπλῶς, ἀλλ' ἵνα ἡ τοῦ Θεοῦ πρόρρησις διὰ τῶν ἔργων πληρωθῆ ἡ λέγουσα, *Τὸν Ἰακώβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα*. Ἐπειδὴ γὰρ ὡς Θεὸς τὰ μέλλοντα προφηδεῖ, προανεφώνησε καὶ τούτου τὴν ἀρετὴν, κάκεινου τῆς γνώμης τὴν μοχθηρίαν. Τί δὲ ἐστὶ τοῦτο τὸ τῶν πρωτοτοκίων; Εἰ καὶ μὴ τότε ὁ καιρὸς ἐπέτρεπεν εἰπεῖν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, ἀλλ' ἀναγκαῖον νῦν ὑμᾶς διδάξαι. Μεγίστη γὰρ εἶναι τιμὴ τὸ παλαιὸν ἐνομιζέτο· ἔσχε δὲ τῆς τιμῆς τὴν ὑπόθεσιν ἐντεῦθεν. Ἦνίκα τὸ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἔθνος τῆς Αἰγύπτου ἀπαλλάξαι ἐβούλετο ὁ τῶν ὄλων Θεὸς, καὶ τῆς τυραννίδος ἐλευθερῶσαι τοῦ Φαραῶ διὰ τὴν πρὸς τὸν πατριάρχην ἐπαγγελίαν, ἀντεινόντος καὶ κατέγειν βουλομένου τότε τοῦ Αἰγυπτίου, μετὰ τὰς διαφόρους πληγὰς ταύτην ἐπαγαγὼν τὴν πληγὴν ὁ Δεσπότης τελευταίαν, [500] μονονουχί ταῖς οἰκείαις χερσὶ παρεσκευάσας τοὺς Αἰγυπτίους ἐξῶσαι τὸ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἔθνος. Ἀθρόον γὰρ πάντων τῶν Αἰγυπτίων τὰ πρωτότοκα ἀναιρεθῆναι προσέταξε, καὶ ἦν ἰδεῖν καθ' ἑκάστην οἰκίαν οἰκονόμῳ καὶ δάκρυα· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου στήναι ἐνόμιζον τὴν ἀπειλήν, ἀλλ' ἐκ τούτου προσεδόκων καὶ ἐπὶ πάντας ὀψὲ βεδίζοντα ἐλεύσεσθαι τὸν θάνατον. Ἐπεὶ οὖν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ

πάντων τῶν γεννωμένων πρωτοτόκων ἀθρόον ὁ θάνατος γέγονεν, οἱ δὲ Ἰσραηλιταὶ τῆς ἀνωθεν βοῆς ἀπολαύοντες ἀβλαβεῖς διέμενον, δεῖκνυς καὶ διὰ τούτου τὴν περὶ αὐτοὺς εἰκόνα ὁ τῶν ὄλων Θεὸς, ἀντιτῆς ἀναιρέσεως τῶν πρωτοτόκων ἐκείνων, τὰ πρωτότοκα τῶν Ἰουδαίων αὐτῷ ἀνατιθέναι λοιπὸν προσέταξεν. Ἐντεῦθεν καὶ ἡ Λευὶ φυλὴ εἰς ἱερουργίαν ἀφωρίσθη, καὶ ἐξ ἐκείνου οὐ μόνον τῶν ἀνθρώπων τὰ πρωτότοκα ἀνετίθεντο τῷ Θεῷ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀλόγων, καὶ πάντων ἀπαξιαπλῶς. Καὶ πρόσταγμα ἦν τὸ κελεῖον ὑπὲρ τε τῶν ἀνθρώπων, ὑπὲρ τε τῶν ἀκαθάρτων ζώων τὴν τιμὴν κατατιθέναι. Ἄλλ' εἰ καὶ ὕστερον αὐτὴ ἡ νομοθεσία γέγονεν ἡ περὶ τῶν πρωτοτόκων, ἀλλ' ὁμοῦς ἦδη ἀνωθεν καὶ ἐκ προοιμίων ἐδόκουν πλέον τι ἔχειν προτερήματα οἱ τὴν νηδὴν τῆς μητρὸς διανοίξαντες. Ταύτην οὖν τὴν τιμὴν, ἦν καὶ ἐκ φύσεως ἔσχεν ὁ Ἡσαῦ, μετήγαγε διὰ τὴν οἰκείαν ἀκρᾶσιαν ἐπὶ τὸν ἀδελφόν. Καὶ ὁ μὲν καὶ τὸ παρὰ τῆς φύσεως αὐτῷ δοθὲν ἀπώλεσεν· ὁ δὲ καὶ ὅπερ οὐκ εἶχεν ἐκ φύσεως, αὐτῷ προσέλαβε. Καὶ ἐπειδὴ ἀνωθεν αὐτῷ ταῦτα ἦν κεχρησμοδημένα^b, διὰ τοῦτο καὶ ἡ Ῥεβέκκα τὴν προσηγορίαν αὐτῷ ἐπιτίθεισα, Ἰακώβ αὐτὸν ἐκάλεσεν, ὅπερ περνισμὸς ἐρμηνεύεται, καθάπερ καὶ ὁ Ἡσαῦ μετὰ τὰς τοῦ πατρὸς εἰς αὐτὸν εὐλογίας γεγενημένας ἀποδυσόμενος ἔλεγε, *Δικαίως ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακώβ· ἐπέτρικε γὰρ με ἦδη δευτέρου τοῦτο, τὰ τε πρωτοτόκιά μου ἐλήφει· καὶ νῦν εἰλήψε τὴν εὐλογίαν μου*.

Σκόπει πόση τῶν παλαιῶν ἦν ἡ σύνεσις, μάλλον δὲ πόση τοῦ Θεοῦ ἡ σοφία, ὡς καὶ τὰς γυναῖκας παρασκευάζειν μὴ ἀπλῶς μηδὲ ὡς ἔτυχε τὰς προσηγορίας τοῖς τεχθέντιν ἐπιτιθέναι, ἀλλ' ἐναποτιθεσθαι τῆ τοῦ παιδίου προσηγορίᾳ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι τὴν προαναφώνησιν. Καὶ σπανίως εὐρήσεις ὁμνύμους τοῖς γεννησαμένοις τοὺς τεχθέντας καλουμένους, ἢ τάχα ποῦ οὐδισμοῦ· ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ τὴν προσηγορίαν τῷ παιδί μελλῆ ἐπιτιθέναι, ξένην τινα καὶ καινὴν ἐπιτίθεισιν, ὥστε δι' αὐτῆς προμνησθῆναι τινα τῶν μελλόντων ἔσεσθαι· καὶ ἡ μήτηρ πάλιν ὁμοίως. Οὕτω καὶ ὁ Ἄμειχ τὸν υἱὸν προσαγορεύων, Νῦν ἐκάλεσε, καὶ ἐπήγαγε λέγων, *Οὗτος διαναπαύσει ἡμᾶς*. Οὕτω καὶ ἐκάστην προσηγορίαν διερρευνώμενος μετὰ ἀκριβείας, εὐρήσεις πάντως τι αἰνιττομένην, οὐ καθάπερ νῦν ποιοῦσιν, ἀπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἀπὸ τῶν γεννησαμένων σπουδάζοντες τὰς προσηγορίας ὀνομάζειν, ἀλλὰ πᾶς ὁ σκοπὸς αὐτοῖς ἦν, ὥστε διηνεκῆ ὑπόμνησιν ἐναποτιθέναι διὰ τῆς προσηγορίας τῷ τεχθέντι. Ἄλλ' ἴδωμεν λοιπὸν μετὰ τὴν τῶν πρωτοτοκίων ἐναλλαγὴν, τί πάλιν ἡμῖν διηγείται ὁ μακάριος Μωϋσῆς περὶ τοῦ πατρὸς τούτου, καὶ ὅπως καθάπερ ἐπὶ τοῦ πατριάρχου, καὶ οὗτος λιμοῦ καταλαβόντος πολλῆς ἀξιοῦται τῆς ἀνωθεν κηδεμονίας, [501] διὰ τε τὴν οἰκείαν ἀρετὴν, διὰ τε τὴν εἰς τὸν πατριάρχην γεγενημένην ἐπαγγελίαν. Ἐγένετο δὲ, φησὶ, *λιμὸς ἐπὶ τῆς γῆς, χωρὶς τοῦ λιμοῦ τοῦ πρότερον, ὃς ἐγένετο ἐν τῷ χρόνῳ τοῦ Ἀβραάμ*. Ἴνα μὴ νομίσης περὶ ἐκείνου τοῦ λιμοῦ αὐτὸν διαλέγεσθαι, διὰ τοῦτο ἐπήγαγε, *Χωρὶς τοῦ λιμοῦ τοῦ πατριάρχου*, ἀντι τοῦ, Ἐτερος τοιοῦτος νῦν κατέβαλε λιμὸς τὴν γῆν ἐπὶ τὸν Ἰσαὰκ. οἶος καὶ ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Καὶ ἦ τὸν ἀναγκαῖον σπάνης πάντας ἐν θορύβῳ μεγίστῳ καθίστα, καὶ ἐκ τῶν οἰκείων μετανίστασθαι κατῆπειγε, καὶ πρὸς ἐκείνους τοὺς τόπους χωρεῖν, ἐνθα τῶν ἐπιτηδίων τὴν εὐπορίαν ἦν εὐρεῖν. Ὅθεν καὶ ὁ δίκαιος οὗτος θεασάμενος τῶν

^a *Quinque mss. et Savil. in marg. ὅτι πρώων, quia purer. Sic legit etiam interpres vetus.*

^b *In tribus mss. κεχρησμοδοτημένα.*

λιμν, Ἐπορεύθη, φησί, πρὸς Ἀβιμέλεχ εἰς Γέραμα. Ἐνταῦθα γὰρ καὶ ὁ Ἀβραάμ μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ἐπάνοδον πάλιν ἀπῆλθεν. Εἰκὸς δὲ καὶ τοῦτον διὰ τοῦτο ἐκεῖ ἀπεληλυθέναι, ὡς ἐκεῖθεν ὀρμησαί βουλόμενον ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον· καὶ ὅτι τοῦτο ἐστίν, ἀκουσον τῆς Γραφῆς λεγούσης· *Ἐφθῆ* * γὰρ αὐτῷ, φησίν, ὁ Θεός, καὶ εἶπε· *Μὴ καταβῆς εἰς Αἴγυπτον*. Οὐ βούλομαι σε, φησί, τὴν μακρὰν ἐκείνην στεῖλασθαι ὁδόν, ἀλλ' ἐνταῦθα μένειν. Ἄλλ' οὐδὲ ἀφήμι σε πείραν τῆς στενοχωρίας λαβεῖν, ἀλλὰ τὴν ὑπόσχασιν τὴν πρὸς τὸν πατέρα σου εἰς ἔργον ἄξω, καὶ τὰ ἐκείνη ἐπηγγελμένα εἰς σὲ ἐκθήσεται, καὶ σὺ τῶν πρὸς ἐκείνον ὑποσχέσεως τὸ πέρας δέξῃ. *Μὴ καταβῆς εἰς Αἴγυπτον, κατοίκησον δὲ ἐν τῇ γῆ, ἣ ἐάν σοι εἰπω, καὶ παροίκει ἐν τῇ γῆ ταύτῃ*.

β'. Ἴνα μὴ νομισθῶ δίκαιος ὅτι βουλόμενος αὐτὸν τῆς στενοχωρίας τῆς ἀπὸ τοῦ λιμοῦ πείραν λαβεῖν, τοῦτο ἐπιτάττει, καὶ οὐ συγχωρεῖ εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀπελθεῖν, φησί· *Μὴ ἀγωνία, μηδὲ φρόντιζε, ἀλλ' ἐνταῦθα μένε· Ἐγὼ γὰρ ἔσομαι μετὰ σοῦ*. Τὸν χορηγὸν ἀπάντων τῶν ἀγαθῶν ἔχων, μὴ φρόντιζε μηδεὸς. Ἐγὼ γὰρ ὁ πάντων Δεσπότης ἔσομαι μετὰ σοῦ· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ εὐλογῆσω σε, ἀντὶ τοῦ, Ἐπίδοξεν σε ποιῆσαι, καὶ τὴν παρ' ἐμοῦ σοι εὐλογίαν παρέξω. Τί ἂν εἴη τούτου μακαριώτερον τοῦ δικαίου τοῦ τσαύτην ἐπαγγελίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ δεξαμένου, ὅτι *Ἐσομαι μετὰ σοῦ, καὶ εὐλογῆσω σε*; Τοῦτο σε πάντων εὐπορώτερον ἀποδείξει, τοῦτο σε ἐν πολλῇ περιουσίᾳ εἶναι παρασκευάσει, τοῦτο σοι ἡ μεγίστη δόξα, τοῦτο ἡ ἀφατος περιφάνεια, τοῦτο ἡ ἀσφάλεια, τοῦτα τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον, τὸ ἐμὲ εἶναι μετὰ σοῦ, καὶ εὐλογῆσαι σε. Πῶς δέ σε εὐλογήσω; *Σοὶ καὶ τῷ σπέρματι σου δώσω τὴν γῆν ταύτην*. Ὡς ξένος καὶ ἀλλήτης νομίζεις ἐπιχωριάζειν τοῖς μέρεσι τούτοις· Ἰσθὶ ὅτι σοὶ καὶ τῷ σπέρματι σου πᾶσα αὕτη δοθήσεται ἡ γῆ. Καὶ ἴνα θαρρῆεν ἔχρη, μάνθανε, ὅτι *Τὸν ὄρκον, ὃν ὤμοσα Ἀβραάμ τῷ πατρὶ σου*, τοῦτον ἐπὶ σοὶ στήσω. Ὅρα συγκατάβασιν Θεοῦ. Οὐκ εἶπεν ἀπλῶς, *Τὰς συνθήκας, ἃς ἐποίησάμην πρὸς τὸν πατέρα τὸν σὸν, οὐτε τὰς ἐπαγγελίας, ἃς ὑπέσχομην· ἀλλὰ τί; Τὸν ὄρκον ὃν ὤμοσα*. Ὅρκῳ αὐτὸν ἐπιστωσάμην, φησί, καὶ ὀφείλω εἰς ἔργον ἀγαγεῖν καὶ πληρῶσαι τὸν ὄρκον τὸν ἐμὸν.

Ὁρᾶς Θεοῦ φιλοφροσύνην; Οὐ πρὸς τὴν οἰκίαν ἀξίαν ὁρῶν φθέγγεται· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀσθένειαν συγκαταβαίνων τὴν ἡμετέραν. [502] Ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἄνθρωποι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκείνα εἰς ἔργον ἀγειν σπουδάζουσιν, οὐχ ἄπερ ἂν ἀπλῶς ὑπόσχωνται τισιν, ἀλλ' ὅσα ἂν μεθ' ὄρκου ἐπαγγέλλωνται· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ τῶν ὄλων Θεὸς πληροφορῶν τὸν δίκαιον, ὅτι πάντως ἔσται τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα, φησίν· *Ἰσθὶ ὅτι τὰ παρ' ἐμοῦ ὀμνυθέντα ὡς ἔργον ἀχθῆναι δεῖ*. Τί οὖν, φησίν; ὁ Θεὸς ὤμοσε; καὶ κατὰ τίνο; ὁμῶσαι ἰδύοντες; Ὁρᾶς ὅτι συγκαταβάσεις ἦν τὸ εἰρημένον· τὴν γὰρ βεβαίωσιν τῆς ὑποσχέσεως ὄρκον ἐκάλεσε. *Καὶ στήσω, φησί, τὸν ὄρκον μου, ὃν ὤμοσα Ἀβραάμ τῷ πατρὶ σου*. Εἶτα διδάσκει αὐτὸν καὶ τίνα ἐστὶν ἡ ὑπόσχετο, καὶ περὶ τίνων αὐτῷ διεβεβαίωσάτα. *Καὶ πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου, ὡς τοὺς ἀστέραις τοῦ οὐρανοῦ*. Τοῦτο γὰρ καὶ τῷ πατριάρχῃ ἔλεγε, ὅτι Τοσοῦτον ἔσται τὸ σπέρμα σου, ὡς καὶ τοῖς ἀστροῖς

καὶ τῇ ἄμμῳ παρισωθῆναι. *Καὶ δώσω, φησίν, τῷ σπέρματι σου πᾶσαν τὴν γῆν ταύτην, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματι σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς*. Διὰ τοῦτο δὲ τὰς ὑποσχέσεις τὰς εἰς ἐκείνον γεγενημένας εἰς σὲ πληρῶσω, *Ἀνθ' ὧν ὑπήκουσεν Ἀβραάμ ὁ πατήρ σου τῆς ἐμῆς φωνῆς, καὶ ἐφύλαξε τὰ προστάγματά μου, καὶ τὰ δικαιώματά μου, καὶ τὰ νόμιά μου*. Ὅρα Θεοῦ σοφίαν, ὅπως διεγείρει τοῦ δικαίου τὴν διάνοιαν, καὶ προθυμότερον ἐργάζεται, καὶ παρασκευάζει μιμητὴν τοῦτον τοῦ οἰκείου πατρὸς καταστήναι. Εἰ γὰρ ἐκείνος, ἐπειδὴ φησίν, ὑπήκουσε τῆς ἐμῆς φωνῆς, ταύτης ἠξιώθη τῆς ὑποσχέσεως, καὶ διὰ τὴν ἐκείνου ἀρετὴν εἰς σὲ τὸν ἐξ αὐτοῦ τεχθέντα ταῦτα πληροῦν μέλλω· εἰ καὶ σὺ αὐτὸς ἐκείνου ζηλωτῆς κατασταίης, καὶ τὴν ἐκείνου ὁδὸν ἔλθοις, ἐνόησον, ὅσης ἀπολαύσεις τῆς παρ' ἐμοῦ εὐνοίας, καὶ πόσης προνοίας ἀξιοθήσῃ. Ὁ γὰρ διὰ τὴν ἐτέρου ἀρετὴν μέλλον εὐπάσχειν, εἰ καὶ αὐτὸς ἐνάρετος γένοιτο, πολλῷ πλείονος ἀξιοθήσεται κηδεμονίας. Τί δὲ ἐστίν, *Ἀνθ' ὧν ὑπήκουσε τῆς ἐμῆς φωνῆς, καὶ ἐφύλαξε τὰ προστάγματά μου, καὶ τὰς ἐντολάς μου, καὶ τὰ δικαιώματά μου*; Εἶπον αὐτῷ· Ἐξέλθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς τὴν γῆν ἣν ἂν σοὶ δείξω· καὶ κατέλειπε τὰ ἐν χειρὶ, καὶ τὰ ἄθλα ἔδωκε. Καὶ οὐκ ἐνεδόλασεν, οὐδὲ ἡμέλλησεν, ἀλλὰ μετὰ πάσης προθυμίας τὸ ἐπίταγμα πληρῶν ὑπήκουσε τῆς ἐμῆς φωνῆς. Πάλιν τὰ ὑπὲρ τὴν φύσιν αὐτῷ ἐπηγγειλάμην, καὶ μετὰ τὸ τὴν ἡλικίαν ἀπαγορεύσαι, καὶ μηκέτι μήτε αὐτὸν, μήτε τὴν μητέρα τὴν σὴν πρὸς τεκνογονίαν ἔχειν τινὰ ἐπιτηδεύουσα, ἀκούειν παρ' ἐμοῦ ὅτι τὸ ἐξ αὐτοῦ σπέρμα εἰς τοσοῦτον ἐκταθήσεται, ὡς πᾶσαν πληρῶσαι τὴν γῆν, οὐδὲ τότε διεταράχθη τὸν λογισμὸν, ἀλλ' ἐπίστευσε· δι' ὃ καὶ δικαιοσύνη αὐτῷ ἐλογίσθη, ὅτι τῇ δυνάμει τῇ ἐμῇ πίστεύσας, καὶ ταῖς ὑποσχέσεσι θαρρότητας ταῖς ἐμαῖς, ἀνώτερος γέγονε τῆς ἀσθενείας τῆς ἀνθρωπίνης. Καὶ μετὰ τὸ σὲ τεχθῆναι, τῆς μητρὸς τῆς σῆς δυσχεραίνουσης πρὸς τὸν Ἰσμαὴλ τὸν ἐκ τῆς παιδίσκης τεχθέντα, καὶ βουλομένης αὐτὸν ἀπελάσαι τῆς οἰκίας μετὰ τῆς Ἄγαρ, ὥστε μηδὲν κοινὸν ἔχειν πρὸς σὲ, τοῦ πατριάρχου διὰ τὴν πατριχὴν φιλοστοργίαν ἦδη σχέσιν τινὰ καὶ πρὸς ἐκείνον ἔχοντος, ἀκούσας παρ' ἐμοῦ, ὅτι τὸ δοκοῦν ποιεῖ τῇ Σάρρᾳ, ἐπελάβετο τῆς φυσικῆς φιλοστοργίας, καὶ ἐξέβαλε τὸν Ἰσμαὴλ μετὰ τῆς παιδίσκης, [503] καὶ πανταχοῦ ὑπήκουσε τῆς ἐμῆς φωνῆς, καὶ ἐφύλαξε τὰ προστάγματά μου. Καὶ γὰρ τὸ τελευταῖον προσταχθεὶς ὑπ' ἐμοῦ εἰς θυσίαν ἀνενεγκεῖν τὸν ἐν τῷ γῆρει αὐτῷ δοθέντα, τὸν οὕτω περιπόθητον, οὐ περιεργάσατο τὸ πρόσταγμα, οὐ διεταράχθη τὸν λογισμὸν, οὐδὲ ἀνεκονίωσάτο τῇ μητρὶ τῇ σῇ, οὐ τοῖς παισίν, οὐ σοὶ αὐτῷ τὸ μέλλον ὑπ' αὐτοῦ πραχθήσεται· κατὰδὴλον ἐποίησεν, ἀλλ' ἐβρῶμένῳ τῷ λογισμῷ καὶ συντεταμένῳ τῇ προθυμίᾳ εἰς ἔργον ἀγῆν τὸ ἐπίταγμα ἠπέγχετο τὸ ἐμὸν· διὸ τὴν γνώμην αὐτοῦ στεφανώσας, τὸ ἔργον ἐκώλυσά γενέσθαι. Ἐπεὶ οὖν διὰ πάντων πολλὴν ἐπεδείξατο τὴν ὑπακοὴν καὶ φυλακὴν τῶν ἐμῶν προσταγμάτων, διὰ τοῦτο σὲ, τὸν ἐξ ἐκείνου τεχθέντα, τῶν ὑποσχέσεων τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων ποιῶ κληρονόμον.

γ'. Μίμησαι τοῖνον ἐκείνου τὴν ὑπακοὴν, καὶ τοῖς παρ' ἐμοῦ λεγομένοις πίστευε, ἵνα πολυπλασίονος τῆς ἀμοιβῆς ἀξιοθήῃς, ὑπὲρ τε τῆς τοῦ πατρὸς ἀρετῆς, ὑπὲρ

* Sex mss. ἀκουσον τὴν ἀφατον τοῦ Θεοῦ φιλοφροσύνην ὡφθη. Savil. ἀκουσον τὴν ἀφατον τοῦ Θεοῦ εὐσπλαγγνίαν. Mscel. ἀκουσον τῆς Γραφῆς λεγούσης, ὡφθη.

justus ille famem videret, *Profectus est*, inquit, *ad Abimelech in Gerara*. Eo enim et Abraham post reditum suum ex *Ægypto* venerat. Verisimile autem et hunc propterea illuc abiisse, quod inde in *Ægyptum* contendere vellet; et quod hoc ita sit, audi Scripturam dicentem ¹: **2.** *Visus est enim ei*, inquit, *Deus*, *et dixit: Ne descendas in Ægyptum*. Nolo te, inquit, longam illam viam proficisci, sed hic manere volo. Neque permitto ut angustiam experiaris, sed promissionem patri tuo factam implebo, et quæ illi promissa sunt, in te evenient: et tu promissiones, quæ illi factæ sunt, re ipsa accipies. *Ne descendas in Ægyptum: habita autem in terra quam tibi dixero*, **3.** *et peregrinus esto in terra hac*.

2. Deinde ut ne putet justus, Deum hoc imperare quasi volentem eum famis angustiam experiri, et non permittere ei transitum in *Ægyptum*, inquit: Ne sis anxius, neque curam habe, sed hic mane: *Ego enim ero tecum*. Igitur cum suppeditatorem bonorum omnium habeas, ne sis sollicitus: ego enim Dominus omnium ero tecum: neque hoc solum, sed *Et benedicam te*, hoc est, gloriosum te faciam, et benedictionem meam præbebo. Quid hoc justo beatius, qui talem promissionem a Deo accepit: *Ero tecum*, *et benedicam te*? Hoc te declarabit omnibus feliciorum, hoc te affluentem rebus omnibus faciet, hæc est summa gloria, hæc est vera securitas, hoc est culmen et caput bonorum, quia ego tecum sum. *Et benedicam te*. Quomodo autem te benedicam? *Tibi et semini tuo dabo terram hanc*. Tu videris in hac regione versari quasi hospes et vagus: scias autem quod tibi et semini tuo dabitur hæc omnis terra. Et ut bene confidas, disce me juramentum illud, quod juravi Abraham patri tuo, tecum statuere. Vide quomodo sermonem suum Deus iterum attemperat nostræ infirmitati. Non dixit simpliciter, Pacta quæ feci cum patre tuo, neque promissiones quas promisi: sed quid? *Juramentum quod juravi*. Jurejurando ipsum confirmavi juramentum, et teneor ut opere perficiam quod juravi.

Non spectat suam dignitatem Deus, sed nostram infirmitatem.—Vides Dei clementiam? Non ad propriam dignitatem respiciens loquitur, sed ad nostram sese attemperans infirmitatem. Nam quia homines fere semper illa opere perficere student, non quæ simpliciter promiserunt alicui, sed quæ cum juramento promiserunt: simili modo et Deus justo plenam fidem faciens, ea quæ a se dicta sunt omnino futura esse dicit: Scias ea quæ a me juramento firmata sunt, opere implenda esse. Quid igitur? inquit: Deus juravit? et per quem jurare potuit? Vides hoc sese ad nostram infirmitatem attemperantis esse: firmationem promissionis vocavit juramentum. *Et statuas*, inquit, *juramentum meum, quod jurans juravi Abraham patri tuo*. Deinde docet eum quæ sunt illa quæ promisit, et de quibus ei juravit. **4.** *Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli*. Hoc enim et pa-

triarchæ in principio dicebat: Tantum erit semen tuum, ut et stellis et arenæ adæquetur. *Et dabo*, inquit, *semini tuo terram istam, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ* (*Gen. 22. 17*). Propterea promissiones quæ illi factæ sunt, in te implebo. **5.** *Et quod audivit Abraham pater tuus vocem meam, et custodivit mandata mea* (a), *et justificationes meas, et legitima mea*. Vide Dei sapientiam, quomodo erigit mentem justum, et alacriorem reddit: et ut patris imitator fiat, efficit. Nam si ille, inquit, quia meæ obedivit voci, tanta pollicitatione dignus habitus est, et eam propter illius virtutem in te, qui ex eo natus es, sum impleturus: si et ipse illius imitator fueris, et eadem qua ille via incesseris, cogita quantum apud me benevolentiam habiturus sis, et quanta mea cura te dignaturus sim. Nam si cui ob alterius virtutem bene futurum est, si et ipse virtute præditus fuerit, multo majore dignus habebitur cura. Quid autem est: *Et quod obedivit voci meæ, et custodivit mandata mea, et præcepta mea, et justificationes meas*? Dicebam ei: *Egredere de terra tua et de cognatione tua, et veni in terram quam monstravero tibi* (*Ibid. 12. 1*): reliquitque illa quæ in manibus erant, et incerta persequutus est. Et non fluctuabat neque cunctabatur: sed cum omni alacritate mandatum implebat, et obediebat voci meæ. Iterum quæ super naturam sunt ei promisi, et cum jam ætas eum a spe dejiceret, ac neque ipse neque mater tua procreandæ proli idonei essent, cum audiret a me semen ejus in tantum fore propagandum, ut omnem terram esset impleturum; neque tunc animo turbatus fuit, sed credidit: ideo et in justitiam ei reputatum est (*Ibid. 15. 6*); quia virtuti meæ credendo, et in promissionibus meis spem habendo, humana infirmitate superior fuit. Et postquam tu natus es, cum mater tua succenseret Ismaeli ex ancilla nato, et vellet eum abigere a domo cum Agar, ita ut nihil commune illi tecum esset, licet in illum patriarcha paterna et genuina dilectione bene afficeretur: audiens tamen a me, sibi faciendum esse quod visum esset Sarræ, oblitus naturalis dilectionis, eiecit Ismaelem cum ancilla, et semper obedivit voci meæ, ac custodivit præcepta mea. Denique cum præcepissem ei, ut mihi in sacrificium offerret filium in senectute sibi concessum, et tam dilectum, nihil causatus est, neque curiosius de præcepto inquisivit, neque turbatus est mente, neque communicavit cum matre tua, neque cum pueris, neque tecum, quid facturum esset; sed forti mente et ingenti alacritate festinavit, ut mandatum meum impleret: proinde voluntatem ejus coronavi, opus autem ut perficeretur non admisi. Eapropter, quia in omnibus magnam obedientiam declaravit, et mandatorum meorum custodiam, te ex illo natum promissionum, quæ illi factæ sunt, heredem facio.

3. Imitare igitur illius obedientiam, et iis quæ a me dicta sunt crede, ut multo pluribus remunerari dignus habere, et pro patris tui virtute, et pro tua.

¹ Sex Mss., *audi ineffabilem Dei humanitatem. Visus est, etc. Savil., audi ineffabilem Dei misericordiam. Morel. nos sequuntur sumus.*

(a) Bibl. addunt, *et præcepta mea* (καὶ τὰς ἐντολάς σου), quod infra agnoscit S. Chrysostomus.

obedientia : et ne descendas in Ægyptum, sed hic mane. Vidisti Dei misericordiam, quomodo per mentionem virtutis patris hujus mentem roboravit? 6. *Habitavit autem Isaac in Geraris.* Vide quomodo ferme in eadem pericula incidit ille, in quæ et pater ejus. Nam cum domicilium haberet in Geraris, 7. *Rogaverunt*, inquit, *viri loci illius de Rebecca uxore ejus, et dixit, Soror mea est*; timuit enim ne forte occiderent eum, victi pulchritudine uxoris: *Ne forte occidant eum*, inquit, *viri loci propter Rebeccam, quia pulchra facie erat.* 8. *Fuit autem illic longo tempore. Abimelech autem cum prospiceret per fenestram, vidit Isaac ludentem cum Rebecca uxore sua,* 9. *et vocavit eum, et dixit ei: Profecto uxor tua est. Cur dixisti, Soror mea est?* Postquam ex conjecturis deprehensus est justus, non ultra negat: sed fatetur, et causam manifeste affert, quare sororem vocandam censuerit. *Dixit enim, inquit, Ne forte moriar propter ipsam: mortis timor me hoc agere coegit.* Forte autem edoctus erat, patrem quoque talem fabulam commentum sic saluti suæ consuluisse; cuius viam et ipse sequutus est. Sed rex adhuc memor eorum quæ tempore patriarchæ rapta Sarra passus fuerat, statim ob castigationem olim immissam se reum constituens (a), dixit illi: 10. *Cur hoc fecisti? Parum absuit quin concubuerit quispiam de genere meo cum uxore tua, et induxisses super nos ignorantiam?* Hanc fraudem, inquit, et olim sustinimus a patre tuo, et nunc nisi in tempore prospexissemus, eadem laturo eramus, *Et induxisses super nos ignorantiam.* Etenim et tunc per ignorantiam peccatari eramus, et nunc quoque propter ignorantiam ferme in causa fuisses, ut in peccatum incideremus. 11. *Præcepit autem Abimelech populo suo, dicens: Omnis qui tetigerit hominem hunc et uxorem ejus, mortis reus erit.* Vide Dei providentiam, vide ineffabilem curam. Nam qui dixerat ei: *Ne descendas in Ægyptum, et habita in terra ista, et ero tecum*: ille erat qui hæc omnia dispensabat, et justum in tanta constituebat securi aie. Considera enim regem procurantem ut impavide ibi agat, liberque sit ab omni cura. Mortem, inquit, interminatus est omnibus quicumque tetigerint aut eum, aut uxorem ejus. Quia enim hic erat timor, mortis scilicet, qui concusserat ejus mentem, propterea et illum auferri curavit misericors Dominus, ut postea omnino secure ageret. Et vide rem miram et stupendam, quomodo solers cum sit et sapiens, omnia secundum suam voluntatem vertat, et in suavis viam inveniat, per illa ipsa quæ maxime adversa videntur, salutem servorum suorum consulens. Hinc enim est, quod rex ille tantam habeat curam justi, quasi prædicans eum omnibus civitatis suæ incolis, et declarans quam gloriosus sit, et summo

honore dignus, quem et maxime faciebat. Sic et Nabuchodonosor postquam pueros illos tres in fornacem injecerat (Dan. 3. 93), et reipsa comprobaverat captivorum adolescentum virtutem, tunc prædicare eos cæpit, et ubique lingua sua fecit illustres. Hæc enim potissimum magna Dei virtus est, quando facit ut per inimicos celebrentur servi Dei. Et qui cum furore accendi jusserat fornacem illam, quoniam vidit per supernum auxilium puerorum virtutem igitur actionem vincere, repente mutatus clamavit dicens: *Servi Dei excelsi.* Vide, non solum illos excelsos prædicat, sed et Dominum universorum: *Servi enim, inquit, Dei excelsi, egredimini.* Quid factum est? nonne tu eos tormento tradidisti? nonne tu in tantum fornacem accendi præcepisti? Profecto, inquit, sed nunc video res admirabiles et novas. Elementum enim hoc suæ operationis oblitum, quasi vinculis quibusdam ligatum, tantam exhibuit obedientiam, ut neque contingeret illorum capillos. Unde videre possumus id factum supra humanam naturam esse, et ineffabilem quamdam ac divinum vim hæc operari, tantamque puerorum habere providentiam. Vidisti Dei misericordiam, quomodo numquam derelinquens servos suos, permittit in fornacem injici; sed eos volens clariores facere, et suam virtutem demonstrare, barbari demulsit animum et tantam tolerantiam ostendit? Neque enim tam admirabile erat, si a principio prohibuisset eos in caminum injici: sicuti nunc admirabilius et rarius factum est, cum in medio ignis existentes, nihil insuave pati permittit. Nam quando vult, etiam eos qui in mediis sunt periculis et pœnis, potentiores facit: et eos qui patiuntur, iis qui illos affligunt superiores reddit. Hoc et in apostolis factum est. Nam qui eos urgebant et adducebant in medium, et quasi dentibus adversus eos fremebant, inter se dicebant: *Quid faciemus viris istis (Act. 4. 16)?* in manibus illos habebant, et dubitabant secum, quid de eis facerent. Tanta, tamque valida res est virtus, tamque imbecillis malitia, ut illa quidem, licet patiatur, vincat, hæc vero et si quid agat, nihil aliud proficiat, quam quod suam prodat infirmitatem.

Moralis exhortatio. — Id scientes, dilecti, magnam virtutis habeamus rationem, et vitia fugiamus: ita enim et supernam gratiam nobis conciliabimus, et futura consequemur bona: quæ nobis omnibus eveniant, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui sit, cum Patre et Spiritu sancto, gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LII.

Seminavit autem Isaac in terra illa, et invenit centuplicans hordeum in anno illo (Gen. 26. 12).

1. Reliquias heri dictorum operæ pretium est hodie reddere vestræ caritati, et repetita sermonis serie iterum videre quantam justus Isaac supernam providentiam sit assequutus. Nam qui ei prohibuerat descendere in Ægyptum, et dixerat: *Habita in terra hac,*

(a) Cum videlicet propter raptam Sarram inculpatus et castigatus fuisset Abimelech, ubi comperit Rebeccam, quam sororem suam dixerat Isaac, illum esse uxorem, veritus ne a quopiam ex subditis ea conjugii abriperetur, et jam olim immisissæ in simili casu pœnæ memor, se quasi reum existimans, verba quæ sequuntur tremoris plena protulit.

τε τῆς οἰκειας ὑπακοῆς, καὶ μὴ καταθῆς εἰς Αἴγυπτον, ἀλλ' ἐνταῦθα μένε. Εἶδες Θεοῦ φιλανθρωπίαν, ὅπως διὰ τῆς μνήμης τῆς ἀρετῆς τοῦ πατρὸς τούτου τὸν λογισμὸν ἐνέυρωσε. Κατ' ἄκρον δὲ, φησὶν, *Ἰσαὰκ ἐν Γεράροις*. "Ὅρα τοὺς ἀποτὸς καὶ τούτον περιπίπτοντα σχεδὸν, οἷς ὁ πατὴρ περιέπεσεν. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν κατοικίησιν ἐποίησατο ἐν Γεράροις, *Ἐπηρώτησαν*, φησὶν, *οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου περὶ τῆς Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ εἶπεν*, Ἄδελφὴ μου ἐστίν· ἐφοβήθη γὰρ μήποτε ἀποκτείνωσιν αὐτὸν, ἠτῶμενοι τοῦ κάλλους τῆς γυναικὸς. *Μήποτε γὰρ*, φησὶν, *ἀποκτείνωσιν αὐτὸν οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου περὶ Ῥεβέκκας, οἱ ὡρεῖα τῆ ὕψις ἦν*. Ἐγένετο δὲ πολυχρόνιος ἐκεῖ. Παρακύψας δὲ Ἀδιμέλεχ εἶδε τὸν Ἰσαὰκ καί ζῶντα μετὰ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκάλεισεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἄρα γε γυνὴ σου ἐστίν; Τί ὅτι εἶπες, Ἄδελφὴ μου ἐστίν; Ἐπειδὴ ἐκ τῶν τεκμηρίων ἐφωρόθη ὁ δίκαιος, οὐκέτι λοιπὸν ἀρνείται, ἀλλ' ὁμολογεῖ, καὶ τὴν αἰτίαν φανερὰν καθίστησι, δι' ἣν ἀδελφὴν καλέσαι κατεδέξτο. *Ἔπε γὰρ*, φησὶ, *Μήποτε ἀποθάνω δι' αὐτῆν*; ὁ τοῦ θανάτου φόβος εἰς τοῦτο με ἐλθεῖν κατηνάγκασεν. Ἰσῶ; δὲ μεμαθηκῶς ἦν, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ τοῦτο τὸ δρᾶμα κατασκευάσας διέσωσεν ἑαυτὸν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ταύτην ἤλθε τὴν ὁδόν. Ἄλλ' ὁ βασιλεὺς ἐναυλον ἔχων τὴν μνήμην ὧν πέπονθεν ἐπὶ τοῦ πατριάρχου τὴν Σάρραν ἀφελόμενος, παραχρῆμα ὑπὸ τῆς ἄνωθεν ἐπιτιμῆσεως ἑαυτὸν ὑπέυθυνον καταστήσας, φησὶ πρὸς αὐτόν· *Τί τοῦτο ἐποίησας; Μικροῦ ἐκοιμήθητι τις τοῦ γένους μου μετὰ τῆς γυναικὸς σου, καὶ ἐπήγαγες ἂν ἐφ' ἡμᾶς ἄγνοιαν*. Ταύτην, φησὶ, τὴν ἀπάτην καὶ ἥδη ὑπέστημεν ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ σοῦ, καὶ νῦν εἰ μὴ ταχέως συνειδόμεν, τὰ αὐτὰ ἂν ἐμέλλομεν ὑπομένειν, *καὶ ἐπήγαγες ἂν ἐφ' ἡμᾶς ἄγνοιαν*. Καὶ γὰρ καὶ τότε δι' ἄγνοιαν ἀμαρτάνειν ἐμέλλομεν, καὶ νῦν ὑπὸ τῆς ἀγνοίας μικροῦ δεῖν ἡμᾶς [504] ἀμαρτία περιπεσεῖν παρεσκευάσας. Συνέτευξεν δὲ, φησὶν, Ἀδιμέλεχ τῷ λαῷ αὐτοῦ λέγων· Πᾶς ὁ ἀπτόμενος τοῦ ἀνθρώπου τούτου, ἡ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, θανάτου ἐνοχος ἐστί. Ὅρα Θεοῦ πρόνοιαν, ὅρα κηδεμονίαν ἄφατον. Ὁ γὰρ εἰπὼν αὐτῷ· *Μὴ καταθῆς εἰς Αἴγυπτον, καὶ κατοικεῖ ἐν τῇ γῆ ταύτῃ, καὶ ἔσομαι μετὰ σοῦ*· οὗτος ἦν ὁ ταῦτα πάντα οἰκονομῶν, καὶ τὸν δίκαιον ἐν τοσαύτῃ ἀσφαλείᾳ καθιστάς. Σκόπει γὰρ τὸν βασιλεῖα ἔργον τοῦτο ποιούμενον, ὥστε ἐν ἀδείᾳ διάγειν αὐτὸν, καὶ πάσης ἀπὸ πλάθαι φροντίδος. Θάνατον γὰρ, φησὶν, ἠπειλήσεν ἅπασιν, εἰ τις ἄφαιτο αὐτοῦ, ἢ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ οὗτος ἦν ὁ φόβος, ὁ τοῦ θανάτου λέγω, κατασεκὼν τοῦ δικαίου τὴν διάνοιαν, διὰ τοῦτο καὶ τούτον ἐκδηθῆναι πεποίηκεν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης, καὶ ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ αὐτὸν λοιπὸν διάγειν. Καὶ ὅρα τὸ θαῦμαστόν καὶ παράδοξον, πῶς εὐμήχανος ὢν καὶ σοφὸς καὶ πάντα κατὰ τὸ βούλημα τὸ οἰκεῖον μετασκευάζων, καὶ ἐν ἀπόροις πόρον εὕρισκων, διὰ τῶν ἐναντιῶν αὐτῶν καὶ πολεμίων εἶναι νομίζεσθαι, διὰ τούτων τὴν ἀσφάλειαν τοῖς ἰδίῳις θεράπουσι γενέσθαι προξενεῖ. Πόθεν γὰρ, εἰπέ μοι, ὁ βασιλεὺς οὗτος τοσαύτην τοῦ δικαίου ποιεῖται τὴν πρόνοιαν, μονονοχί ἀνακηρύττων αὐτὸν ἅπασιν τοῖς τὴν πόλιν οἰκοῦσι, καὶ περιφανῆ δεικνύς, καὶ περισπούδασεν αὐτῷ; Οὕτω καὶ ὁ Ναβουχοδονόσορ μετὰ τὸ βαλεῖν εἰς τὴν κάμινον τοὺς παῖδας τοὺς τρεῖς, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων μαθεῖν τῶν νέων τῶν αἰχμαλώτων τὴν ἀρετὴν, τότε ἀνακηρύττειν αὐτοὺς ἤρξατο, καὶ πανταχοῦ διὰ τῆς οἰκειας γλώττης περιφανεῖς

καθιστᾶν. Τοῦτο γὰρ ἐστὶ μάλιστα τῆς παρουσίας τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, ὅταν διὰ τῶν ἐχθρῶν ἀνακηρύττεισθαι τοὺς αὐτοῦ δούλους παρασκευάζῃ. Καὶ ὁ μετὰ θυμοῦ τὴν κάμινον ἐκαίην ἐξαφθῆναι ποιήσας, ἐπειδὴ εἶδεν, ὅτι διὰ τὴν ἄνωθεν συμμαχίαν, καὶ τῆς τοῦ πυρὸς ἐνεργείας περιεγένετο ἡ τῶν παιδῶν ἀρετὴ, ἀθρόον μεταβαλλόμενος ἐκραύγασεν λέγων· *Οἱ δούλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὕψιστου*. Ὅρα μὴ μόνον αὐτοὺς ἀνακηρύττοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν Δεσπότην τῶν ὄλων· *Οἱ δούλοι γὰρ τοῦ Θεοῦ*, φησὶ, *τοῦ ὕψιστου, ἐξέλιθες*. Τί γέγονεν; οὐ σὺ τῇ τιμωρίᾳ παρέδωκας; οὐ σὺ ἐπὶ τοσοῦτον ἐκκαυθῆναι τὴν κάμινον προσέταξας; Ναί, φησὶν· ἀλλὰ νῦν ὁρῶ ξένα καὶ παράδοξα πράγματα. Τὸ γὰρ στοιχεῖον τοῦτο τῆς οἰκειας ἐνεργείας ἐπιλαθόμενον, ὡσπερ δεσμοῖς τισὶ πεδηθῆν, τοσαύτην ἐπεδειξάτο τὴν ὑπακοήν, ὡς μηδὲ τῶν τριχῶν ἐφάσασθαι αὐτῶν. Ὅθεν ἐστὶ συνιδεῖν, ὅτι ὑπὲρ ἀνθρωπίνην φύσιν ἐστὶ τὸ γεγονός, καὶ ἀπὸρρήτος τις καὶ θεῖα δύναμις ἐστὶν ἡ ταῦτα ἐργαζομένη, καὶ τῶν παιδῶν τούτων τοσαύτην ποιουμένη τὴν πρόνοιαν. Εἶδες Θεοῦ φιλανθρωπίαν, ὅπως οὐκ ἐγκαταλιμνῶν τοὺς ἰδίους θεράποντας συνεχώρησεν εἰς τὴν κάμινον εἰσενεχθῆναι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς βουλόμενος λαμπροτέρους ἐργάσασθαι, καὶ τὴν οἰκειαν δύναιμι ἐνδεικνύμενος, καὶ τοῦ βαρβάρου κατεμάλαξε τὴν διάνοιαν, καὶ τὴν τοσαύτην μακροθυμίαν ἐπεδειξάτο; Οὐδὲ γὰρ οὕτω θαυμαστὸν ἦν, εἰ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐκώλυσεν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον ἐμβληθῆναι, ὡς νῦν θαυμαστότερον γεγονός, καὶ πολὺ τὸ παράδοξον, ὅτι καὶ ἐν μέσῳ τῷ πυρὶ συγγάνοντας οὐδὲν ἀηδὲς παθεῖν συνεχώρησεν. Ὅταν γὰρ αὐτοὺς βούληται, καὶ τοὺς ἐν μέσοις δεινοῖς [505] γεγεννημένους ἀνωτέρους καθίστησι, καὶ τοὺς πάσχοντας τῶν ποιούντων δυνατωτέρους ἀπεργάζεται. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ἐγένετο. Θὲ ἔχοντες γὰρ αὐτοὺς ἀπειλημμένους ἐν τῷ μέσῳ, καὶ μονονοχί τοὺς ὀδόντας θήγοντας κατ' αὐτῶν, πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον· *Τί ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις;* ὑποχειρίους αὐτοὺς ἔχοντες, ἐν ἀπορίᾳ καθιστήκεισαν. Τοσοῦτόν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἰσχυρὸν, καὶ οὐτως ἡ κακία ἀσθενὲς, ὡς ἐκαίην μὲν καὶ ἐν τῷ πάσχειν περιεγίνεσθαι, ταύτην δὲ καὶ ἐν τῷ ποιεῖν τὴν οἰκειαν ἀσθένειαν ἐπιδεικνύσθαι.

Ὅσπερ εἰδότες, ἀγαπητοί, πολὺν τῆς ἀρετῆς ποιῶμεθα λόγον, καὶ φεύγωμεν τὴν κακίαν. Οὕτω γὰρ καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπισταθόμεθα ροπήν, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτευχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ δεῖ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΝΒ'.

Ἐσπερε δὲ Ἰσαὰκ ἐν τῇ γῆ ἐκαίην, καὶ εὖρεν ἑκατοσττεύουσαν κριθὴν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκαίην.

α'. Τὰ λείψανα τῶν χθὲς εἰρημικῶν ἀναγκαῖον ἀποδοῦναι σήμερον τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, καὶ τοῦ λόγου τὴν ἀκολουθίαν ἀναλαβόντας ἰδεῖν πάλιν τὸν δίκαιον Ἰσαὰκ, ὅσης ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν κηδεμονίας. Ὁ γὰρ τὴν εἰς Αἴγυπτον κάθοδον αὐτοῦ διακωλύσας, καὶ εἰπὼν, *Παροῖκει ἐν τῇ γῆ ταύτῃ, καὶ ἔσομαι μετὰ σοῦ*, οὕτως αὐτὸν διὰ πάντων περιφανῆ καθίστησι, ὡς μετ' οὐ πολὺ ἐπίφθονον αὐτὸν γενέσθαι παρὰ τῷ βασιλεῖ Γεράρων. Ὅρῶντες γὰρ αὐτοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν αὐξανομένην τὴν εὐπορίαν, ἐδεδόκεισαν λοιπὸν τοῦ ἀνδρὸς τὴν αὐτόθι κατοικίησιν, καὶ μεταναστῆναι ἐκέλευεν καταναγκάζουσιν. Ἄξιον δὲ καὶ αὐτῶν

ἀπευσιαι τῶν βημάτων τῆς θείας Γραφῆς, ἵνα διὰ πάντων θεασώμεθα τοῦ Θεοῦ τὴν εὐνοίαν, ἣν περὶ τοὺς αὐτοῦ οἰκέτας ἐπιδείκνυται. *Ἔσπειρε δὲ*, φησὶν, *Ἰσαάκ ἐν τῇ γῆ ἐκείνῃ, καὶ εὗρεν ἑκατοστῆσαν κριθῆν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ*. Σκόπει μοι τοῦ Θεοῦ τὴν σοφίαν· ἵνα δεῖξῃ τῷ δικαίῳ ὅτι δημιουργὸς ὢν τῆς φύσεως, καὶ ἐξ ἀπόρων πόρον παρασχεῖν δύναται, καὶ ὅτι καὶ ἐξ ἀρχῆς αὐτὸς τὴν γῆν τῷ οἰκείῳ προστάγματι διηγείρει πρὸς τὴν τῶν καρπῶν βλάστην, παρασκευάσας τὸν δίκαιον ἑκατοσταπλασίονα τῶν ὕπ' αὐτοῦ σπαρέντων ἐπὶ τῆς γῆς^β κομίσασθαι τὰ δράγματα, ὁμοῦ καὶ αὐτὸν ἐν πλείονι καθιστὰς εὐπορίᾳ, τῷ μηδενὸς ἐν χρεῖᾳ γενέσθαι, κάκεινους διὰ τῶν ἔργων διδάσκων, ὅσης ὁ δίκαιος ἀπολαύει τῆς ἄνωθεν βοτῆς. Εὐμήχανος γὰρ ὢν καὶ σοφός, διὰ τῶν αὐτῶν πολλὰς πραγμάτων καὶ τοὺς οἰκέλους εὐεργετῆι, καὶ τοὺς ἔτι πεπλανημένους διδάσκεισθαι παρασκευάζει τῆς οἰκείας προνοίας τὴν δύναμιν. [504] Τοῦτο καὶ μετὰ ταῦτα κατὰ τὴν Αἴγυπτον εἰργάστω, ἐκείνοις μὲν τὰς τιμωρίας ἐπαγαγῶν, τὸν δὲ λαὸν τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀπαθῆ διαφυλάττων. Ἐμάνθανον γὰρ οὐ μόνον διὰ τῆς καθ' αὐτῶν ἀγανακτήσεως τοῦ τῶν ὄλων Θεοῦ καὶ δημιουργοῦ τὴν δύναμιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς προνοίας τῆς εἰς ἐκείνους. Καὶ οὗτοι πάλιν οὐκ ἐκ τῆς εἰς αὐτοὺς προνοίας καὶ κηδεμονίας μόνον ἐδιδάσκοντο τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν περὶ αὐτοὺς φιλανθρωπίαν, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν ἐκείνους ἐύρων καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰς πληγὰς δεχομένους. Καὶ διὰ τῶν αὐτῶν πραγμάτων καὶ τοὺς οἰκέλους καὶ τοὺς ἐναντίους ἐδείκνυ τῆς οἰκείας δυνάμεως τὴν ὑπερβολὴν. Καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα τὴν παρ' ἑαυτῶν διακονίαν καὶ τὴν ὑπακοὴν ἐπιδείκνυται τοῖς ὁμοδοῦλοις, ὅταν ὁ Δεσπότης εὐνοϊκῶς πρὸς αὐτοὺς διακίηται^γ. Καὶ τοῦτο ἂν τις θεασοίτο γεγνηὸς ἐπὶ τοῦ δικαίου τούτου. Ὅπερ ἄλλοτε ἡ φύσις τῆς γῆς οὐκ ἐπέδειξατο, τοῦτο διὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ τῶν ὄλων Θεοῦ νῦν ἐπιδείκνυται, καὶ τοσαύτην ἤνεγκε τὴν φορὰν, ὡς ἄβρονον ἐν περιουσίᾳ πολλῇ καταστῆναι τὸν Ἰσαάκ. *Ἐύλόγησε γὰρ αὐτὸν ὁ Θεός, καὶ ὑψώθη ὁ ἄνθρωπος, καὶ προβαίνων μείζων ἐγένετο, ὅως οὐ μέγας ἐγένετο σφόδρα*. Ἐπειδὴ γὰρ τότε ἐν τούτοις ἦν τὰ τῆς εὐπορίας τοὺς δικαίους, ἐν τῇ τῆς γῆς εὐπορίᾳ καὶ ἐν τῷ τῶν θρεμμάτων πληθῆναι, διὰ τοῦτο φησὶν, *Ἐύλόγησον αὐτὸν ὁ Θεός, καὶ ὑψώθη ὁ ἄνθρωπος*, ἀντὶ τοῦ, *Εὐπορος ἐγένετο· καὶ οὐκ ἀπλῶς εὐπορος, ἀλλὰ καὶ, Μείζων*, φησὶν, *ἐγένετο, ὅως οὐ μέγας ἐγένετο σφόδρα*. Ἐνόησον γὰρ ὅσον ἦν, ἑκατοσταπλασίονα τῶν παρ' αὐτοῦ καταβαλλομένων ὑποδέχεσθαι. Εἰ δὲ τοῦτο σοὶ μέγα φαίνεται, σκόπει τὴν ἐπίτασιν τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, ἣν τοῦ χρόνου προϊόντος περὶ ἡμᾶς ἐπέδειξατο. Τοῖς γὰρ μετὰ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν τὴν ἀρετὴν μετιούσιν οὐ μόνον ἑκατοσταπλασίονα ἐνταῦθα παρέχειν ὑπισχνείται, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰώνιον ζωὴν καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰς ἀπόλαυσιν. Εἶδες φιλοτιμίαν Δεσπότητος; εἶδες ἐπίτασιν εὐεργεσίας; εἶδες πόσον ἡμῖν κεχάρισται ἡ τοῦ Μονογενοῦς παρουσία; ὅπως ἀφάτων τῶν πραγμάτων τὴν ἐναλλαγὴν εἰργάσατο; Ταῦτα τοίνυν ἕκαστος καθ' ἑαυτὸν λογίζόμενος, καὶ ὁρῶν τὴν διαφορὰν, καὶ τίνα μὲν ἦν, ἃ τοῖς πρὸ τῆς χάριτος παρέχειν ὑπισχνείται, τίνα δὲ μετὰ τὴν χάριν, δοξαζέτω κἀν τούτῳ τὴν ἀπειρον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ μὴ τῇ τῶν καιρῶν ἐναλλαγῇ τὸ πᾶν ἐπιγραφέτω. Ἄλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου ἐπανελθεῖν δίκαιον, καὶ ἰδεῖν ὅπως οἱ ἐν Γεράροις ὁρῶντες τοῦ δικαίου τὴν

πολλὴν εὐπορίαν, εἰς ζῆλον διηγέθησαν, καὶ ἀπελαύνειν αὐτὸν ἐκέλευεν ἐπεχείρουν. *Ἐζήλωσαν γὰρ*, φησὶν, *αὐτὸν οἱ Φυλιστιεῖμι*. Εἶτα δεῖξαι βουλομένη ἡ θεία Γραφή, ἐν τίνι τὸν ζῆλον ἐπέδεικνυτο, ἐπήγαγε· *Καὶ πάντα δ' ὤρυσαν φρόβια οἱ παῖδες ἐν τῷ χρόνῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐτέφραξαν αὐτὰ, καὶ ἐνέπλησαν γῆς*. Σκόπει πόση τῶν αὐτόθι ἡ κακία, ὡς καὶ τῶν ὕδάτων φθονῆσαι τῷ δικαίῳ, καὶ οὐδὲ ἃ βασιλεὺς ὁ ἐν τοσαύτῃ περιουσίᾳ καθεστὼς κατασχεῖν τὸν φθόνον^δ ἴσχυσεν, ἀλλὰ φησὶν· *Ἀπελθε ἀφ' ἡμῶν, ὅτι δυνατώτερος ἡμῶν ἐγένετο σφόδρα*. Πολλὴ ἡ ἀγνωμοσύνη. Τίνος γὰρ ἔνεκεν [507] ἀπελαύνεις τὸν δίκαιον; μὴ γὰρ ἐλυμήνατό τι τοῖς σοῖς; μὴ γὰρ ἡδίκησέ τι; Ἄλλὰ τοιοῦτον ὁ φθόνος· οὐδὲν μετὰ λογισμοῦ διαπράττεται. Δέον γὰρ αὐτὸν θεασάμενον τοσαύτης εὐνοίας ἀπολαύοντα τὸν δίκαιον παρὰ τοῦ τῶν ὄλων Θεοῦ, μᾶλλον περιέπειν, μᾶλλον θεραπεύειν, ἵνα διὰ τῆς εἰς ἐκείνον τιμῆς ἐπισπάσῃται καὶ αὐτὸς τὴν ἄνωθεν βοτῆν· ὁ δὲ οὐ μόνον τοῦτο οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ ἀπελαύνει ἐπιχειρεῖ, καὶ φησὶ· *Ἀπελθε ἀφ' ἡμῶν, ὅτι δυνατώτερος ἡμῶν ἐγένετο σφόδρα*. Τοιοῦτον γὰρ ἡ βασκανία· οὐκ ἀνέχεται πρῶς τὴν ἐτέρου ἐπυργίαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ πλησίον εὐημερίαν οἰκείαν δυσπραγίαν εἶναι νομίζει, καὶ τίκεται τοῖς τοῦ πλησίον ἀγαθοῖς· ὁ δὲ καὶ ἐνταῦθα γέγονεν. Ὁ γὰρ βασιλεὺς, ὁ τῆς πόλεως ἀπάσης τὴν ἐξουσίαν ἔχων, καὶ πάντα ὑπὸ τὴν ἀπειλὴν τὴν ἑαυτοῦ ἔχων, τῷ ξένῳ, τῷ ἀλλήτῳ, καὶ ἐντεῦθεν ἐκεῖ, κάκειθεν ὧδε μετανισταμένην φησὶν· *Ἀπελθε ἀφ' ἐμοῦ, ὅτι δυνατώτερος ἡμῶν ἐγένετο σφόδρα*. Καὶ ἀληθῶς δυνατώτερος ἦν, τὴν ἄνωθεν συμμαχίαν ἔχων ἐν ἅπασι, καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δεξιᾶς φρουρούμενος. Ποῦ τοίνυν ἀπελαύνεις τὸν δίκαιον; οὐκ οἶσθα ὅτι, ὅπου ἂν αὐτὸν ἀπελθεῖν συμβαίῃ, ἐν τοῖς τοῦ Δεσπότητος τοῦ ἑαυτοῦ εἶναι αὐτὸν ἀνάγκη; οὐκ ἐπαίδευσέ σε τῶν πραγμάτων ἡ πείρα, ὅτι ἡ τοῦ Θεοῦ χεῖρ ἐστὶν ἡ περιεργὴ τὸν δίκαιον καθιστώσα; Τίνος οὖν ἔνεκεν δι' ὧν τὸν δίκαιον ἀπελαύνεις, τὴν πρὸς τὸν αὐτοῦ Δεσπότην ἀγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσαι, καὶ οὐδὲ ἡ πολλὴ τοῦ ἀνδρὸς ἐπιεικεία περιγενέσθαι ἡδυνήθη τῆς βασκανίας τῆς σῆς, ἀλλ' ἤτηθης ὑπὸ τοῦ πάθους εἰς ἔργον ἀγαγεῖν σπεύδεις τὸν φθόνον, καὶ πάλιν μετανάστην γενέσθαι παρασκευάζεις τὸν οὐδὲν σε ἡδικηκότα; Οὐκ οἶδας ὅτι κἀν εἰς αὐτὴν τὴν ἔρημον ἀπέλθειν καταναγκάσης, οὕτως εὐμήχανον ἔχει Δεσπότην, ὡς κάκει γενόμενον, πολλῷ πλείον περιφανέστερον αὐτὸν ἀποδείξει; Οὐδὲν γὰρ ἰσχυρότερον τοῦ τῆς ἄνωθεν συμμαχίας ἀπολαύοντος, ὥσπερ οὐδὲν ἀσθενέστερον τοῦ τῆς ἐκεῖθεν βοηθείας ἡρημαμένου.

β'. Εἶδες, ἀγαπητὲ, καὶ τοῦ βασιλέως Γεράρων καὶ πάντων τῶν αὐτόθι οἰκούντων τῆς γνώμης τὴν μοχθηρίαν; Ὅρα καὶ τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν ἐπιεικείαν, πῶς οὐκ ἐφρόνησε μέγα, οὐδὲ ὀρῶν διὰ τῶν πραγμάτων πολλὴν τοῦ Θεοῦ τὴν βοτῆν περὶ αὐτὸν γινόμενῃν, κατεξανέστη τοῦ βασιλέως, τῇ τοῦ συμμαχοῦντος αὐτῷ δυνάμει πεποιθῶς· ἀλλὰ καθάπερ τις ἀνὴρ, καὶ ἀπροσπάτευτος, καὶ οὐδαμῶθεν οὐδεμιᾶς ἀπολαύων βοηθείας, οὕτω μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας, οὐδὲ μέχρι λόγων ἀντιτείνας τῷ βασιλεῖ, ἐπολεῖ τὸ παρ' αὐτοῦ κελεύόμενον, καὶ εὐθέως ἐκείθεν ἀπανάστατο, καὶ πορρωτέρω γενόμενος, κατέστειλε τοῦ πάθους τὴν φλόγα, ὁμοῦ καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἐπιεικείαν ἐνδεικνύμενος, κάκεινον τὸ πάθος παραμυθούμενος. *Καὶ ἀπῆλθεν ἐκείθεν, καὶ κατῴκη-*

^α Sav. conj. παρασκευάσει.

^β Quiquie mss. παρὰ τῆς γῆς.

^γ Alii δικάζεται.

^δ Quatuor mss. τὸν φθόνον.

et ero tecum : ille in omnibus tam clarum cum fecit, ut non multo post invidiam moveret regis Gerarorum. Videntes enim ejus substantiam quotidie augeri, meta affecti sunt quod ibi secum habitaret, et transmigrare inde coegerunt. Dignum autem est, ut ipsa Scripturæ verba audiamus, ut per omnia videamus Dei benevolentiam, quam erga famulos suos declarat. 12. *Seminavit autem, inquit, Isaac in terra illa, et invenit centuplicans hordeum in anno illo.* Vide mihi, obsecro, Dei sapientiam, ut ostendat justo se naturæ conditorem esse, et in rebus difficilibus facilia omnia facere posse : ac qui ab initio terram suo mandato fecerit idoneam ad proferendos fructus, idem nunc efficiat ut centuplices reddat pro satis manipulos : simul illum in tanta affluentia constituens, ut nullius indigeat : atque alios per opera docens, quanta superna gratia justus fruatur. Omnipotens enim et sapiens Deus per res easdem frequenter benefacit suis ; et curat etiam ut ii quoque qui adhuc in errore versantur, suam virtutem et potentiam addiscant. Hoc postea et in Ægypto fecit : illis enim pœnas irrogabat, Israelitas vero illesos conservabat. Discabant enim non solum per indignationem Dei, qua ipsi puniebantur, omnium Opificis virtutem, sed etiam per sollicitudinem quam in illos exhibebat. Et iterum non ex sola providentia et sollicitudine, quam experiebantur, discabant ingentem Dei bonitatem : sed etiam per eos quibus quotidie videbant tot plagas irrogari. Per eadem enim opera et suis, et adversariis indicabat suæ potentiae magnitudinem. Nam elementa ipsa suum ministerium et obsequium conservis demonstrant, quando benevole Dominus erga illos afficitur. Et hoc utique viderit quis huic justo contingere. Id enim quod alioqui natura terræ non habuit, hoc propter mandatum universorum Dei nunc profert tanta ubertate, ut repente valde opibus abundans effectus sit Isaac. *Benedixit enim, inquit, eum Deus, 13. et exaltatus est homo, et procedens major fiebat, donec magnus factus est valde.* Nam quia tunc abundantia justorum erat in fertilitate terræ, et in multitudine pecorum : propterea dicit, *Benedixit eum Deus, et exaltatus est homo*, id est, abundavit : et non simpliciter abundavit, sed et *Major, inquit, fiebat donec magnus factus est valde.* Considera enim quantum sit, pro iis quæ seminabat centuplum accipere. Quod si hoc tibi magnum videtur, considera immensam Dei clementiam, quam processu temporis erga nos declaravit. Iis enim qui post ejus adventum virtutem exercent, non solum centuplum hic promittit, sed et vitam æternam, et regni cælorum possessionem. Vidisti liberalitatem Domini ? vidisti beneficentiæ augmentum ? vidisti quantum nobis largitus est unigeniti Filii Dei adventus ? quomodo ineffabilem rerum commutationem operatus est ? Hæc igitur unusquisque apud se expendens, et videns differentiam inter ea quæ illis ante gratiæ tempus promitti solebant, et ea quæ nunc post gratiæ tempus, glorificet etiam in hoc immensam ejus misericordiam, et ne temporum mutationi totum adscribat. At par est ut ad seriem sermonis redeamus, ut

videamus quomodo Gerareni videntes affluere justo opes, in æmulationem provocati abigere eum inde conati sunt. 14. *Æmulati sunt enim eum, inquit, Philistiim.* Deinde monstrare volens Scriptura divina, in quo æmulationem declararunt, subdidit : 15. *Et omnes puteos, quos effoderunt servi tempore patris ejus, obturaverunt, et impleverunt terra.*

Invidia Gerarenorum quanta. — Considera quanta illorum incolarum malitia, qui et aquas justo invident : neque rex, qui in tanta potestate erat, invidiam ¹ continere potuit ; sed dicit : 16. *Abi a nobis, quia potentior nobis factus es valde.* Magna malevolentia. Cujus gratia abigis justum ? num aliqua in re tibi nocuit ? num injuriam intulit ? Sed ita se habet invidia ; nihil cum ratione operatur. Cum enim oportuisset eum, quem videbat tanta omnium Dei benevolentia fruentem, magis fovere et colere, ut honore in illum collato, etiam ipse divinum sibi favorem conciliaret : ille non solum hoc non facit, sed expellere tentat ac dicit : 16. *Abi a nobis, quia multo potentior factus es, quam nos sumus.* Ita agere solet invidentia ; non potest benigne videre aliorum felicitatem, sed felicitatem proximi suam putat infelicitatem, et tadescit bonis proximi : id quod et hic accidit. Rex enim, sub cujus potestate tota civitas erat, et habens omnes sub manu sua, peregrino, vago, huc et illuc migranti dicit : *Abi a nobis, quia potentior factus es, quam nos sumus.* Et vere potentior erat, supernum præsidium habens in omnibus, dexteraque Dei munitus. Quo igitur abigis justum ? ignoras quod quocumque eum ire coegeris, semper erit in iis quæ Domini sui sunt ? non docuit te rerum experientia, Dei manum esse, quæ illustrem facit et conservat justum ? Quare igitur abigendo justum, erga Dominum ejus te ingratum declaras ? et neque magna viri mansuetudo tuam domare potuit invidiam, sed victus a morbo, invidiam opere complex, et iterum migrare eum cogis, qui in nullo te læsit ? Nescis quod licet in ipsissima solitudine eum fugaris, habet tamen ita solertem Dominum, ut se vel illic versantem multo clariorem reddere possit ? Nihil enim robustius eo qui fruitur superno præsidio : sicut nihil infirmius eo qui tali auxilio destituitur.

2. *Nihil robustius eo quem Deus juvat.* — Vidisti, dilecte, et regis Gerarorum, et omnium qui ibi habitabant mentis malitiam ? Vide et justum magnam mansuetudinem, quomodo non superbivit, neque videns re ipsa divinam sibi gratiam assistere, contra regem, fretus commilitantis virtute, insurrexit : sed quasi vir omni patrocínio carens, et nullum auxilium alicunde expectans, multa cum mansuetudine, ne verbis quidem resistens, faciebat quod sibi a rege præcipiebatur, et statim illinc discessit : et ulterius progressus, repressit ægritudinis flammam, simul et eximiam suam mansuetudinem declarans, et illius perturbatum animum mitigans. 17. *Et abiit inde, et habitavit in valle Gerarorum.* Et id quod discipulis suis omnibus Christus adveniens præcipit, dicens : *Quando persequentur vos, fugite in alium locum (Math. 10. 23) :*

¹ Quatuor Mss., *inreparationem.*

hoc ille jam operibus exhibebat. Et sicut David Saulis magnam invidiam reprimebat, secedens et subducens se, et illius refrigerabat ardorem (1. Reg. 19) : eodem sane modo et justus ille apostolicum illud implebat : *Date locum iræ (Rom. 12. 19) : et relicta civitate, exiit in vallem.* Cæterum vide quantam illic iterum mansuetudinem præ se tulit. Neque enim hic finis fuit molestiarum : nam cum etiam illic esset, et fontes effodere vellet, rixas moverunt. 18. *Fodit enim, inquit, puteos, quos ante pueri patris ejus fecerant, et obturaverunt Phylistiim, et imposuit eis nomina, quæ pater suus imposuerat.* 19. *Et foderunt, inquit, pueri Isaac, et invenerunt puteum aquæ viventis : hoc est, subitus scaturientis.* 20. *Et litigaverunt pastores Gerarorum, dicentes suas esse aquas.*

Mansuetudo vera quæ. Patientia Isaaci. — Hic quoque nihil contendit justus, neque oblectatur, sed etiam pastoribus cedit. Hæc enim vere mansuetudo est, non quando quis offensus a potentioribus mansuete fert : sed quando quis ab iis etiam qui inferiores putantur offensus cedit : tunc enim ejus qui invaditur mansuetudini totum adscribitur : nam alias diceret quis, eum mansuetudinem simulasse, quia non posset potentia offensentis resistere. Sed ut discas eum regi cessisse, non propter potentiam ejus, sed suo more agentem : vide quomodo idem apud pastores faciat. Et sicut ille dicebat, *Recede a nobis* : et statim, quasi accepto mandato, accessit : ita et nunc, pastoribus lædere cupientibus, et puteum sibi vindicantibus, recedit. Atque ut perpetuo hanc injustitiam scirent posterii, nomen imponit puteo ex eo quod acciderat. Enimvero quia manifestam admiserant injustitiam, *Vocavit nomen putei, Loci injustitia.* Et erat postea, quasi in columna ærea, posteris nomen loci doctrina et mansuetudinis justii, et iniquitatis illorum. Nomen enim loci faciebat, ut quisquis rogaret quarenam sic vocaretur, disceret et hujus virtutem, et ingentem illorum malitiam. Animadvertite, quæso, quomodo etiam hic suam augeat virtutem, per omnia mansuetudinem suam exhibens, et illi ingenti nequitia, etiam inviti justum illustriorem reddere satagant. Neque enim contenti iis quæ fecerant, postquam alium effoderunt puteum, iterum instant, rixamque movent. 21. *Profectus enim, inquit, illinc, fodit puteum alium : litigabant autem etiam de illo, et nominavit eum, Inimicitias.* Illic iterum animadvertite justii prudentiam. Non omnino puteum, ut videtur, abstulerunt, sed contendent : et visa manifesta injustitia, discesserunt. Propterea inimicitias eum appellavit, quod inimicitiarum fuisset occasio. Cæterum quotidie propemodum talia ferens ab iis qui regionem incolebant, non gravatum tulit, non abjecto fuit animo, non cogitavit secum, neque dixit : *Ecce ne puteorum quidem ut sim dominus, mihi datur : an non superno auxilio destitutus sum ? an non Dominus abjecta cura mei oblitus est ? Nihil ejusmodi vel dixit vel cogitavit : sed omnia magna cum mansuetudine toleravit, et idcirco dignus fuit habitus, qui ampliori divino auxilio adjuvaretur.* Nam hæc quæ evenerunt, exercitatio, ut ita

dicam, virtutis justii fuere. Dicit enim : 22. *Profectus illinc, fodit puteum alium, et non contenderunt super illo : et agnominavit nomen ejus, Latitudinem, dicens : Quia nunc dilatavit nos Dominus, et crescere nos fecit super terram.*

3. *Gratus animus Isaaci. Deus exigit ut gratias agamus.* — Vide gratum animum justii. Nam cum priores fontes diripere tentarent, non ægre tulit, non oblectatus est : sed in sola puteorum appellatione malitia illorum indelebilem reliquit memoriam. Hic vero quia nulla fuerunt obstacula, sed cum omni libertate laboribus suis frui licuit, totum tribuit Deo. *Vocavit enim, inquit, puteum illum, Latitudinem :* et deinde interpretatus vocabulum, dicit : *Propter hoc Latitudinem voco, Quia dilatavit Dominus et auxit nos super terram.* Vidi tamen piam mentem, quomodo non facta mentione tantarum difficultatum quæ obsiterant, bonorum tantum meminit, et pro illis gratias Deo agit, et dicit : *Quia dilatavit Dominus nos, et auxit nos super terram ? Nihil enim tam acceptum Deo, ut anima grata et gratias agens.* Nam cum innumeris beneficiis quotidie omnes nos prosequatur, sive velimus sive nolimus, sive ea sciamus sive ignoremus, nihil tamen aliud a nobis exigit, quam ut habeamus gratiam pro iis quæ nobis concessa sunt, ut pro illa ipsa gratiarum actione ad ampliora danda provocetur. Hoc ut scias, vide quomodo justus ille grati admodum animi causa de novo supernum meruerit visum. Nam quoniam condignum suæ virtutis specimen exhibuerat, et apud Gerarinos, et cum rex eum expelleret, et cum pastores puteos auferrent : benignus Dominus veluti confirmaturus ejus alacritatem, jam ob insignem illam mansuetudinem eum acceptum habens : postquam 23. *Ascendit illinc ad puteum juramenti, 24. visus est ei Dominus in nocte illa, et dixit : Ego sum Deus Abraham patris tui, ne timeas : tecum enim sum, et benedicam te, et multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum. Visus est ei, inquit, in nocte illa. Considera Dei sollicitudinem : ut illum refocillet ac fidentiorem reddat, apparet ei, et dicit : Ego sum Deus Abraham patris tui, patrem tuum glorificavi et adeo celebrem reddidi, ac peregrinum advenamque illustriorem omnibus incolis feci. Ego sum ille, qui hunc ita crescere curavi, et in omnibus curam ejus gessi. Ego sum : Ne igitur timeas. Quid sibi vult illud, Ne timeas ? Ne tibi mirum videatur quod ab Abimelech sis expulsus, quod a pastoribus sis injuria affectus. Multa talia et pater tuus pertulit, et inde gloriosior effectus est. Ne igitur hoc te terreat : Ego enim tecum sum. Idcirco hæc fieri permitto, simul volens et declarare tuam virtutem, et manifestari mentis illorum pravitatem, ut horum omnium causa te coronem ; Tecum enim sum. Ideo et invictus eris, atque infestantibus potentior, et invadentibus fortior. Et tantam tui curam habeo, ut invidiosus illis sis futurus : Ego enim tecum sum, et benedicam te, et multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum.*

Deus cur se dicat Deum Abrahami. — Considera benignitatem Dei. Nam postquam dixit, *Ego sum Deus*

σεν ἐν τῇ φάραγγι Γεράρων. Καὶ ὅπερ ὁ Χριστὸς παραγενόμενος τοῖς μαθηταῖς ἐνετέλλετο λέγων, *Ὅταν διώκωσιν ὑμᾶς, φεύγετε ἐτέρωθι*, τοῦτο καὶ οὗτος ἤδη διὰ τῶν ἔργων ἐπλήρου. Καὶ καθάπερ Δαυὶδ τοῦ Σαοὺλ τὸν πολλὸν φθὸνον καταστέλλων, διὰ τῆς ἀναχωρήσεως ἑαυτὸν ὑπεξάγων, ἐκείνου τὴν πολλὴν παρεμυθεῖτο φλεγμονὴν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ δίκαιος οὗτος ἐπλήρου τὸ ἀποστολικὸν ἐκείνου λόγιον, *Δότε τόπον τῇ ὀργῇ*· καὶ καταλιπὼν τὴν πόλιν ἐξῆλθε, [508] φησὶν, ἐν τῇ φάραγγι. Ἄλλ' ὅρα αὐτὸν κάκει μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας τὴν ἔνστασιν ἐνδείκνυμενον. Οὐδὲ γὰρ μέχρι τούτου ἐστὶ τὰ δεινὰ, ἀλλὰ κάκει γενομένη καὶ τὰ φρέατα ἀνορύζει βουλομένη μάχεσθαι· ἐπεχειρουν. *Ὀρυξε γὰρ, φησὶ, τὰ φρέατα, ἅπερ ἦσαν οἱ παῖδες τοῦ πατρὸς αὐτοῦ κεποιηκότες, καὶ ἐνέφραξαν αὐτὰ οἱ Φυλιστιεῖμ, καὶ κέθηκον αὐτοῖς τὰ ὄνοματά, ἅπερ ἦσαν ὁ πατήρ ἐπιθεῖς.* Καὶ ὠρυξεν, φησὶν, οἱ παῖδες *Ἰσαὰκ, καὶ ἔγρον φρέαρ ὕδατος ζῶντος*, ἀντὶ τοῦ, κάτωθεν ἀναβλύζοντος. *Καὶ ἐμάχεσαντο οἱ ποιμένες Γεράρων, φάσκοντες αὐτῶν εἶναι τὸ ὕδωρ.*

Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα φιλονεικεῖ ὁ δίκαιος, οὐδὲ ἀντιτείνει, ἀλλὰ καὶ τοῖς ποιμέσι παραχωρεῖ. Τοῦτο γὰρ ἀληθῶς ἐπιεικεία, οὐχ ὅταν τις παρὰ τῶν ἐν δυναστείᾳ ἀδικούμενος φέρῃ πρῶως, ἀλλ' ὅταν καὶ ὑπὸ τῶν νομιζομένων ὑποδεστέρων εἶναι ἐπηρεαζόμενος παραχωρῇ· ἐνταῦθα μὲν γὰρ τῇ ἐπιεικείᾳ ἂν τις τὸ πᾶν λογιῶται τοῦ ἐπηρεαζομένου· ἐκεῖ δὲ ἴσως τις εἶποι, διὰ τὴν δύνασθαι ἀντιτείνειν τῇ δυναστείᾳ τοῦ ἡδικοκότες, τὴν ἐπιεικείαν ἐπιδεικνυσθαι. Ἄλλ' ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ βασιλέως, οὐ διὰ τὴν ἐκείνου δυναστείαν, ἐπεδείξατο τὴν ἐπιεικείαν, ἀλλὰ διὰ τὸν οἰκεῖον τρόπον, ὅρα αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῶν ποιμένων τὸ αὐτὸ ποιοῦντα. Καὶ καθάπερ ἐκείνος ἔλεγεν, *Ἀπῆλθε ἀπ' ἡμῶν*, καὶ εὐθέως, καθάπερ ἐπίταγμα δεχόμενος, ὑπανεχώρει· οὕτω καὶ νῦν, τῶν ποιμένων ἐπηρεάζειν ἐπιχειροῦντων, καὶ τὸ φρέαρ οἰκειομένων, παραχωρεῖ. Καὶ ἵνα διηνεχῆς ἢ τοῖς μετὰ ταῦτα ἢ γνώσις τῆς ἀδικίας, ὄνομα ἐπιτίθησι τῷ φρέατι ἐκ τοῦ συμπεδικότος. Ἐπειδὴ γὰρ φανερὰν ἐπέδειξαν τὴν ἀδικίαν, Ἐκάλεσε, φησὶ, τὸ δρομα τοῦ φρέατος, *τόπου ἀδικία*. Καὶ ἦν λοιπὸν καθάπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου διδασκαλία τοῖς ἐξῆς καὶ τῆς τοῦ δικαίου ἐπιεικείας, καὶ τῆς ἐκείνων ἀγνωμοσύνης. Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ τόπου ἕκαστον παρεσκεύασε τὴν αἴτιαν τῆς προσγορίας μανθάνοντα γινώσκων τοῦ μὲν τὴν ἀρετὴν, τῶν δὲ ἁ τῆς κακίας τὴν ὑπερβολὴν. Καὶ σκόπει πῶς καὶ οὗτος ἐπιτείνει τὴν οἰκειαν ἀρετὴν, διὰ πάντων ἐπιδεικνύς ἑαυτοῦ τὴν ἐπιεικείαν, κάκεινοι τῇ ὑπερβολῇ τῆς κακίας λαμπρὸν καὶ ἄκοντες πειρῶνται τὸν δίκαιον ἀποφραίνειν. Οὐδὲ γὰρ ἀρκεσθέντες, πάλιν ἔτερον ὀρύσσοντι φρέαρ ἐπιτίθενται. Ἀπάρας γὰρ, φησὶν, *ἐκείθεν, ὠρυξε φρέαρ ἕτερον· ἐκρίνοντο δὲ καὶ περὶ ἐκείνου, καὶ ἐπυρνώμασεν αὐτό, Ἐχθρία*. Σκόπει πάλιν τοῦ δικαίου τὴν σύνεσιν. Ἐνταῦθα οὐ πάντι, ὡς εἴοικε, τὸ φρέαρ ἀφείλοντο, ἀλλὰ διαμαχεσάμενοι, καὶ πρὸς τὸ προφανὲς τῆς ἀδικίας ὀρῶντες ἀπέστησαν. Διὰ τοῦτο Ἐχθρία αὐτὸ προσγορεύουσεν, ἐπειδὴ ἔχθρας ὑπέθεσις κατέστη. Καὶ καθ' ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων τοιαῦτα ὑπομένων, οὐκ ἔδυσχέρανεν, οὐδὲ μικρόβυχόν τι ἐπέδειξατο, οὐδὲ ἐν ἐνόησε πρὸς ἑαυτὸν, οὐδὲ εἶπεν, ὅτι Οὐδὲ μέχρι φρεάτων ἀπολαύειν εἰμι κύριος· ἄρα μὴ ἐρημος γέγονα τῆς ἀνωθεν βοήθης; ἄρα μὴ τῆς προνοίας ἐστέρημαι τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ; Οὐδὲν τούτων οὐκ ἐνένοησεν, οὐκ ἔλογισατο, ἀλλὰ μετ' ἐπιεικείας ἀπάσης ἄπαντα ἔφερε. Διὰ [509] τοῦτο καὶ πλείονος ἀπήλαυε τῆς ἀνωθεν

συμμαχίας. Ταῦτα γὰρ, ὡς εἰπεῖν, τὰ συμβαίνοντα γυμνασία τις ἦν τῆς τοῦ δικαίου ἀρετῆς. *Ἀπάρας γὰρ, φησὶν, ἐκείθεν, ὠρυξε φρέαρ ἕτερον, καὶ οὐκ ἐμάχεσαντο περὶ αὐτοῦ· καὶ ἐπυρνώμασε τὸ δρομα αὐτοῦ, Ἐνρυχωρία, λέγων, Διότι τῶν ἐπλάτυνε Κύριος ἡμῖν, καὶ ἠβξῆσεν ἡμᾶς ἐπὶ τῆς γῆς.*

γ'. Ὅρα εὐγνωμοσύνην τοῦ δικαίου. Ἦνίκα μὲν τὰ πρότερα φρέατα ἐκείνοι παραπάσασθαι ἐπεχειρήσαν, οὐκ ἔδυσχέρανεν, οὐκ ἀντέτεινεν, ἀλλὰ μόνον τῇ προσγορίᾳ τῶν φρεάτων ἀνεξάλειπτον τὴν μνήμην τῆς ἐκείνων κακίας ἐναπετίθει. Ἐνταῦθα δὲ πάλιν, ἐπειδὴ οὐδεὶς ἐμποδῶν γέγονεν, ἀλλά μετὰ ἀδείας πάσης τῶν οἰκειῶν πόνων ἀπήλαυε, τὸ πᾶν ἀνατίθησι τῷ Θεῷ. *Ἐκάλεσε γὰρ αὐτό, Ἐνρυχωρία*. Εἶτα ἐρμηνεύει αὐτὴν τὴν προσγορίαν· διὰ τοῦτο, φησὶν, Ἐνρυχωρία, τοῦτο καλῶ, *Ὅτι ἐπλάτυνε Κύριος ἡμῖν, καὶ ἠβξῆσεν ἡμᾶς ἐπὶ τῆς γῆς*. Εἶδες γνῶμην φιλόθεου, πῶς τῶν ἐν μέσῳ δυσχερῶν οὐδεμίαν μνήμην ποιησάμενος, τῶν χρηστῶν μόνον μεμνημένος, ὑπὲρ ἐκείνου τὴν εὐχαριστίαν ἀναφέρει, καὶ φησὶν, *Ὅτι ἐπλάτυνε Κύριος ἡμῖν, καὶ ἠβξῆσεν ἡμᾶς ἐπὶ τῆς γῆς*; Οὐδὲν γὰρ οὕτως ὁ Θεὸς ἀποδέχεται, ὡς ψυχὴν εὐγνωμονα καὶ εὐχάριστον· καὶ μυρία καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἄπαντας ἡμᾶς εὐεργετῶν καὶ ἐκόντας καὶ ἄκοντας, καὶ εἰδότας καὶ ἀγνωσύντας, οὐδὲν ἕτερον παρ' ἡμῶν ἐπιζητεῖ, ἢ τὸ χάριτας εἰδέναι αὐτῷ ὑπὲρ τῶν εἰς ἡμᾶς γεγενημένων, ἵνα καὶ ὑπὲρ τούτου αὐτοῦ πάλιν πλείονα τὴν ἀμοιβὴν ἡμῖν παράσχη. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅρα τὸν δίκαιον τοῦτον διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ εὐγνωμοσύνην πάλιν τῆς ἀνωθεν ἐπιφανείας ἀξιούμενον. Ἐπειδὴ γὰρ ἀρκοῦσαν βάσανον τῆς οἰκειᾶς ἀρετῆς ἐπέδειξατο ἐπὶ τε τῶν ἐν Γεράροις, ἐπὶ τε τοῦ βασιλέως ἀπυθουμένου αὐτὸν, ἐπὶ τε τῶν ποιμένων παρασπώντων τὰ φρέατα, ὡς περ νευρώσαι βουλόμενος αὐτοῦ τὴν προθυμίαν ὁ φιλόθεος Δεσπότης, καὶ τῆς ἐπιεικείας αὐτὸν ἀποδεχόμενος τῆς πολλῆς, ἐπειδὴ *Ἀρέθῃ ἐκείθεν ἂ ἐπὶ τὸ φρέαρ τοῦ ὄρκου, ὦρθῃ αὐτῷ Κύριος ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, καὶ εἶπε· Ἐγὼ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρὸς σου· μὴ φοβοῦ· μετὰ σοῦ γὰρ εἰμι, καὶ εὐλόγησά σε, καὶ πληθύνω τὸ σπέρμα σου διὰ Ἀβραὰμ τὸν πατέρα σου.* ὦρθῃ αὐτῷ, φησὶν, ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ. Σκόπει Θεοῦ κηδεμονίαν. Ἴνα γὰρ αὐτὸν ἀνακτήσῃται, καὶ θαρρῆειν παρεσκεύασε, ἐπιφαίνεται αὐτῷ, καὶ φησὶν· *Ἐγὼ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρὸς σου, ὁ τὸν πατέρα τὸν σὸν ἐπίδοξον πεποινηκὸς, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ περιφανείᾳ καταστήσας, καὶ ξένον ὄντα περιφανέστερον τῶν ἐγχωρίων ἀπεργασάμενος*. Ἐγὼ εἰμι ἐκείνος ὁ ἐκείνον οὕτως αὐξήθηναί παρεσκεύασας, καὶ μεγάλῃν διὰ πάντων τὴν περὶ αὐτὸν πρόνοιαν ἐπιδείξάμενος. Ἐγὼ εἰμι· Μὴ τοίνυν φοβοῦ. Τί ἐστι, Μὴ φοβοῦ; Μὴ σε ταῦτα ξενίζετω, τὸ παρὰ τοῦ Ἀβιμέλεχ ἐλαθῆναι, τὸ παρὰ τῶν ποιμένων ἀδικηθῆναι. Πολλὰ τοιαῦτα καὶ ὁ πατήρ ὁ σὸς πέποιθε, καὶ διὰ τούτων λαμπρότερος ἀνεδείχθη. Μὴ τοίνυν ταῦτά σε φοβέτω· *Μετὰ σοῦ γὰρ [510] εἰμι*. Διὰ τοῦτο ταῦτα γίνεσθαι συγχωρῶ, ὁμοῦ καὶ σὲ βουλόμενος διὰ τῆς ἐπιεικείας ἐνδείξασθαι τὴν οἰκειαν ἀρετῆν, κάκεινων τῆς γνώμης τὴν μοχθηρίαν κατάδηλον ἅπανσι γενέσθαι, ἵνα σὲ καὶ ὑπὲρ τούτων στεφανώσω· *Μετὰ σοῦ γὰρ εἰμι*. Δι' ὃ καὶ ἀχείρωτος ἔση, καὶ τῶν πολεμούντων δυνατώτερος, καὶ τῶν ἐπηρεαζόντων ἰσχυρότερος. Καὶ ἡ μὲν παρ' ἐμοῦ πρόνοια καὶ ἐπιφθονὸν σε ἐργάσεται· *Μετὰ σοῦ γὰρ εἰμι, καὶ εὐλόγησά σε, καὶ πληθύνω τὸ σπέρμα σου διὰ Ἀβραὰμ τὸν πατέρα σου.*

Σκόπει Θεοῦ φιλανθρωπίαν. Εἰπὼν, *Ἐγὼ εἰμι ὁ Θεὸς*

ἂ Savil. et tres mss. ἀνέθη ἀνωθεν ἐπὶ.

ἂ Sex mss. ὄντα τῶν ἐγχωρίων λαμπρότερον ἀπεργασάμενος.

* Edit. τοῦ δέ. Sed τῶν δέ habet Coisl. et conjecit Sav.

Ἀβραάμ τῷ πατρὸς σου, καὶ δεῖξας ὅπως ὠκειώσατο τὸν πατριάρχην, ὡς καταξιώσαι Θεὸν ἑαυτὸν καλεῖν Ἀβραάμ, καὶ ὁ τῆς οἰκουμένης Δεσπότης καὶ δημιουργὸς ἐνὸς ἀνθρώπου φάσκειν εἶναι Θεός, οὐ συγκλείων μέχρι τοῦ πατριάρχου τὴν οἰκίαν δεσποτεῖαν, ἀλλὰ τὴν πολλὴν περὶ αὐτὸν εὐνοίαν δεικνύς, Οὕτω, φησὶν, αὐτὸν ὠκειωσάμην, ὡς πάντων τῶν ἄλλων ἀντάξιον ἐκεῖνον ἔμοι νομισθῆναι. Δι' ὃ *Καὶ πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου διὰ Ἀβραάμ τὸν πατέρα σου*. Πολλὰς ὄφειλω τὰς ἀμοιβὰς ἐκεῖνω τῆς εἰς ἐμὲ ὑπακοῆς· δι' ἐκεῖνον οὖν *Πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου*· ὁμοῦ καὶ παρεθάρρυνε τὸν δίκαιον, καὶ διὰ τῆς μνήμης τοῦ πατρὸς εἰς ζῆλον αὐτὸν διήγειρε τοῦ τὴν ὁμοίαν ἐκείνω ἀρετὴν ἐπιδείξασθαι. Εἶτα ἐπειδὴ τοσαῦτα αὐτῷ ἀγαθὰ ὑπέσχετο, *Ἐκοδόμησεν ἐκεῖ, φησὶ, θυσιαστήριον, καὶ ἐκκαλλέσκει τὸ δρομα Κυρίου, καὶ ἐπηξεν ἐκεῖ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ*. Τί ἐστίν, *Ἐκοδόμησεν ἐκεῖ θυσιαστήριον*; Τὰς εὐχαριστίας, φησὶν, ἐκεῖ ἀνήνεγκε τῷ Δεσπότη, ὑπὲρ ὧν τοσαύτην περὶ αὐτὸν κηδεμονίαν ἐπεδείξατο. *Καὶ ὤρυσεν ἐκεῖ οἱ παῖδες Ἰσαὰκ φρέαρ*. Ἐν ἀδεία λοιπὸν ὁ δίκαιος γίνεται· ὁ γὰρ εἶπεν, *Μετὰ σοῦ εἰμι, καὶ εὐλόγησω σε, καὶ πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου*, οὗτος ἄρθρον αὐτῷ καὶ τὴν περιφάνειαν ἐχαρίσατο, καὶ πᾶσιν αὐτὸν περίθλιπτον γίνεσθαι πεποίητο. Ὅρα γοῦν τὸν Ἀδιμέλεχ ἐκεῖνον, τὸν ἐλάσαι ἐπιχειρήσαντα καὶ εἰπόντα, *Ἀπελθε ἀπ' ἡμῶν, νῦν πρὸς αὐτὸν ἐρχόμενον*. Ἐπορεύθη γὰρ, φησὶν, Ἀδιμέλεχ, καὶ ὁ *νυμφαγωγὸς αὐτοῦ καὶ ὁ ἀρχιστράτηγος· καὶ εἶπεν αὐτοῖς Ἰσαὰκ· Ἴνα τί ἤλθετε πρὸς με; ὑμεῖς δὲ ἐμισήσατέ με, καὶ ἀπεστειλάτε ἀπ' ἡμῶν*. Θέα μοι πόση τοῦ δικαίου ἡ πραότης. Ὅρῳν τοὺς ἀπελίσαντας καὶ τοσοῦτον περὶ αὐτὸν τὸ μῖσος ἐπιδειξαμένους, νῦν ἐν τάξει ἰκετῶν πρὸς αὐτὸν παραγινομένους, οὐκ ἐφρόνησε μέγα κατ' αὐτὸν, οὐδὲ ἐπήρθη τὴν διάνοιαν, ἐναυλον ἔχων τὴν μνήμην τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν ῥηθέντων, οὐδὲ τῇ δυνάμει τοῦ Δεσπότου πεποιθὺς κατεξάνισταται τοῦ βασιλείου, ἀλλὰ πάλιν τὴν συνήθη ἐπιείκειαν ἐπιδεικνύμενος μετὰ πολλῆς πραυτητός φησι πρὸς αὐτούς· *Ἴνα τί ἤλθετε πρὸς με; ὑμεῖς δὲ ἐμισήσατέ με, καὶ ἀπεστειλάτε ἀπ' ἡμῶν*. Τίνος ἔνεκεν, φησὶν, παραγενέσθαι πρὸς με κατεδέξασθε, τὸν ἐλαθέντα, τὸν μισθέντα; *Καὶ εἶπεν· Ἰδοῦντες ἐψάραμεν ὅτι Κύριος μετὰ σοῦ, καὶ εἰπαμεν· Γενέσθω ἀρὰ ἀρὰ μέσον ἡμῶν καὶ ἀρὰ μέσον σοῦ, καὶ διαθησόμεθα διαθήκην μετὰ σοῦ, μὴ ποιήσῃς μεθ' ἡμῶν κικόν, καθότι ἡμεῖς οὐκ ἐβδελυξάμεθα σε, καὶ ὃν τρόπον ἐχρησάμεθά σοι καλῶς, καὶ [511] ἐξαπεστειλάμεν σε μετ' εἰρήνης, καὶ νῦν εὐλογημένος σὺ ὑπὸ Κυρίου*.

δ'. Ὅρα πόση τῆς ἐπιεικειᾶς ἡ ἰσχὺς, καὶ ὅση τῆς δρετῆς ἡ δύναμις. Οἱ γὰρ πρῶην ἐλάσαντες, νῦν παραγενόμενοι πρὸς τὸν ξένον, πρὸς τὸν ἀπόλιδα, πρὸς τὸν ἀλήτην, οὐ μόνον ἀπολογοῦνται ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγενημένων, καὶ συγγνώμην αἰτοῦσιν ὑπὲρ τῶν ἡμαρτημένων, ἀλλὰ καὶ ἀνακηρύττουσι τὸν δίκαιον, καὶ δεικνύουσι τὸν ἐπιτεθέντα αὐτοῖς φόβον, καὶ ὁμολογοῦσι καὶ τὴν οἰκίαν ἀσθένειαν, καὶ τῷ δικαίῳ μεγάλην μαρτυροῦσι τὴν δύναμιν. Τί γὰρ ἂν εἴη τούτου ἰσχυρότερον τοῦ μεθ' ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν ἔχοντος; *Ἰδοῦντες, φησὶν, ὅτι Κύριος μετὰ σοῦ*. Πῶθεν ὑμῖν ἡ τοιαύτη γνώσις; Ναί, φησὶν, αὐτὰ ἡμῖν τὰ πράγματα ἀντὶ διδασκαλίας γέγονεν. Εἶδομεν γὰρ ὅτι ἐλαυνόμενος τῶν ἐλαυνόντων ἰσχυρότερος γέγονας, καὶ ἐπηρεαζόμενος τῶν ἐπηρεαζόντων περιέγονας, καὶ ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας συνείδομεν, ὅτι πολλῆς ἀπολαύσεως τῆς ἀνωθεν βροπῆς. Τοῦτο δὲ καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας ἔργον, τὸ τὴν διάνοιαν αὐτῶν ποιῆσαι καταπαλλῆθαι τὸν δίκαιον, καὶ γνῶσιν αὐτοῖς ἐνθεῖναι τοιαύτην. Ἐπεὶ οὖν, φησὶν, ἐγνωμεν ὅτι

Κύριος μετὰ σοῦ, *Γενέσθω ἀρὰ ἀρὰ μέσον ἡμῶν*.

Ὅρα πῶς ὑπὸ τοῦ συνειδότης ὠθούμενοι, καὶ οὐδεὶς ἐτέρου καταναγκάζοντος, οὐδὲ τὰ γεγενημένα ἐξαγγέλλοντος, αὐτοὶ ἑαυτοὺς ἐλέγχειν ἐπιείκονται. Εἰ γὰρ μὴ ἠδικήσατε, φησὶ, τίνος ἔνεκεν καὶ συνθήκας ἀπαιτεῖτε παρὰ τοῦ δικαίου; Ἀλλὰ τοιοῦτόν ἐστιν ἡ ἀδικία· καθ' ἐκάστην ἡμέραν κατὰξίνει τὸ συνειδός, καὶ σιγῶντος τοῦ ἠδικημένου, οἱ τὴν ἀδικίαν ἐργασμένοι τὴν δίκην ἐφεστάναι νομίζοντες, ἐφ' ἐκάστης ἡμέρας ἐναγωνίοι γίνονται, καὶ μονοουχὶ ὑπογράφουσι ἑαυτοῖς τὴν ἐκδίκισιν τῶν ἡμαρτημένων. Ὅ δὴ καὶ οὗτοι μαθόντες, *Γενέσθω, φησὶν, ἀρὰ ἀρὰ μέσον ἡμῶν καὶ ἀρὰ μέσον σοῦ*. Εἶτα λέγουσιν, ὅποιαν βούλονται γενέσθαι τὴν ἀράν. *Καὶ διαθησόμεθα διαθήκην μετὰ σοῦ, μὴ ποιήσῃς μεθ' ἡμῶν κικόν, διότι ἡμεῖς οὐκ ἐβδελυξάμεθα σε*. Ὅρα πῶς ἐναντία ἑαυτοῦ ὑπὸ τοῦ θορόδου καὶ τῆς ἀγωνίας φθέγγονται· *Μὴ ποιήσῃς μεθ' ἡμῶν κικόν*. Τίνος ἔνεκεν οὕτω φοβείσθε τὸν δίκαιον, ὀρῶντες καὶ πρὸς τοὺς ἐπηρεάζοντας τοσαύτην τὴν ἐπιείκειαν ἐπιδεικνύμενοι; Ἀλλ' ὁ ἀδέεστος δικαστής, τὸ συνειδός, αὐτοὺς διήγειρε, καὶ εἰς ἐννοίαν ἤρχοντο, ὅσην περὶ τὸν δίκαιον τὴν ἀγνωμοσύνην ἐπεδείξαντο, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τοῦ φόβου καὶ τῆς δειλίας οὐ συνόρῳσιν, ὅπως ἐναντία λέγουσι. *Μὴ ποιήσῃς, φησὶ, κικόν μεθ' ἡμῶν, καθότι ἡμεῖς σε οὐκ ἐβδελυξάμεθα*. Τίνος οὖν ἔνεκεν ἀπηλάσατε; Ἀλλ' ὁ δίκαιος οὐκ ἀπαιτεῖ εὐθύνας. οὐδὲ ἐλέγχει τὰ παρ' αὐτῶν εἰρημένα. *Καὶ ἔν τρέπον, φησὶν, ἐχρησάμεθά σοι καλῶς, καὶ ἐξαπεστειλάμεν σε μετ' εἰρήνης, καὶ νῦν σὺ εὐλογημένος ὑπὸ Κυρίου*. Ὅρῳς ὅτι τὴν ἀνωθεν δίκην ἐδεδίεσαν. Ἦδεισαν γὰρ ὅτι κἂν αὐτοὺς δι' ἐπιείκειαν μὴ ἀμύνηται τὰ εἰς αὐτὸν γεγενημένα, ἀλλὰ ὁ τοσαύτην περὶ αὐτὸν πρόνοιαν ἐπιδεικνύμενος, εὐθύνας αὐτοὺς ἀπαιτεῖ τῶν εἰς τὸν δίκαιον γεγενημένων. Διὰ τοῦτο ἐξευμενίζοντες τὸν δίκαιον, καὶ συνθήκας ἀπαιτεῖν ἐπιείκονται, ὁμοῦ καὶ ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγενημένων ἀπολογούμενοι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐξῆς [512] τὴν ἀσφάλειαν ἑαυτοῖς περιποιούμενοι. *Καὶ ἐποίησεν αὐτοῖς, φησὶ, δοχὴν, καὶ ἐφαγον καὶ ἐπιον· καὶ ἀνυστάρτες τῷ πρῶτῳ, ὤμοσεν ἔκυστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτούς Ἰσαὰκ, καὶ ἀπέχωρτο ἀπ' αὐτοῦ μετὰ σωτηρίας*. Ὅρα τοῦ δικαίου τὴν φιλοφροσύνην, πῶς ἀμνησιχάκως αὐτοῖς διελέχθη, καὶ οὐ μόνον λήθην ἐποίησατο τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων, ἀλλὰ καὶ πολλὴν περὶ αὐτοῦς τὴν φιλοξενίαν ἐπιδείκνυται. Ἐποίησε γὰρ, φησὶν, αὐτοῖς *δοχὴν, καὶ ἐφαγον καὶ ἐπιον*. Διὰ τῆς ἐστίασεως πληροπορήσει αὐτοὺς βούλεται, ὡς οὐδεμίαν μνήμην ποιεῖται τῶν εἰς αὐτὸν ἐργασμένων παρὰ αὐτῶν. *Καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτούς, φησὶ, καὶ ἀπέχωρτο μετὰ σωτηρίας*. Ἦνίκα διὰ τούτου ἡ θεία Γραφή, ὅτι μετὰ πολλοῦ τοῦ φόβου τὴν κίνδυνον προσδοκῶντες παρεγένοντο, καὶ περὶ τοῦ παντός, ὡς εἰπεῖν, ἀγωνιῶντες τὴν πρὸς τὸν δίκαιον ἀπολογίαν ἐπεψασαν ποιήσασθαι. Εἶδες πῶς οὐδὲν ἰσχυρότερον ἀρετῆς, οὐδὲ δυνατώτερον; πῶς οὐδὲν ἀσφαλέστερον τοῦ τῆς ἀνωθεν συμμαχίας ἀπολαύοντος; *Εἶτα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, φησὶν, ἀπελθόντες οἱ παῖδες τοῦ Ἰσαὰκ ὤρυσεν φρέαρ, καὶ εἶπεν, Οὐχ εὐρομεν ὕδωρ. Καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸ, Ὅρκον*. Διὰ τοῦτο ἐκάλεσε τὸ δρομα τῇ πόλει, *Φρέαρ ὄρκου, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας*. Ὅρα καὶ ἐνταῦθα ἐκ τῶν γεγενημένων τὴν προσηγορίαν αὐτὸν ἐπιτιθέντα τῷ τόπῳ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τὸ φρέαρ ὀρύξαντες οὐδὲν εὐρον, ἐν ἧ τὸς ὄρκους ἐποίησαντο πρὸς ἀλλήλους, Φρέαρ ὄρκου ἐπέθηκεν ὄνομα τῷ τόπῳ, ἵνα ὑπόμνησις ἦ τῶν γεγενημένων. Εἶδες πῶς οὐτε τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου διδασκαλίαν ἔχων ὁ δίκαιος οὗτος, οὐτε πρὸς ἑσπέρν τινα ἰδεῖν ἔχων, ἀλλὰ τῷ πατρὶ κατακολουθήσας, καὶ ἀπὸ τοῦ τῆ

Abrahæ patris tui, et ostendit quomodo sibi vindicaverit, propriumque fecerit patriarcham, ita ut dignatus sit se vocare Deum Abrahæ, atque Dominus ac conditor orbis, unius hominis Deum se dixerit, non concludens in ipso patriarcha dominium suum, sed magnam in illum suam benevolentiam monstrans: ita, inquit, eum mihi feci propriam, ut apud me reputetur tanti, quanti alii omnes: ideo *Et multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum*. Multas, inquit, illi debeo retributiones ob suam in me obedientiam: igitur propter illum *Multiplicabo semen tuum*; simul et justo fiduciam indidit, et facta patris mentione, ad æmulandam paternam virtutem provocavit. Postquam autem tanta ei bona promisit, 25. *Ædificavit, inquit, ibi altare, et invocavit nomen Domini, et fæcit illic tabernaculum suum*. Quid est, *Ædificavit illic altare*? Gratiarum actiones, inquit, illic Domino obtulit, qui tantam pro se gesserat sollicitudinem. *Et foderunt illic pueri Isaac puteum*. Demum cum securitate degit justus: nam qui dixerat, *Ego tecum sum, et benedicam te, et multiplicabo semen tuum*: ipse simul eum et illustravit, et omnibus fecit spectabilem. Itaque vide Abimelech illum, qui abigere eum aggressus est, ac dixit, *Abi a nobis, nunc ad eum accedentem*. 26. *Ivit enim, inquit, Abimelech, et præfectus gynæcei et dux exercitus ejus*; 28. *et dixit eis Isaac: Quare venistis ad me? vos autem odio me habuistis, et expulistis a vobis*. Vide, obsecro, quanta sit mansuetudo justii. Videns eos a quibus fugatos erat, et qui tanto eum odio fuerant prosequuti, nunc veluti supplices ad se venire, non superbitur contra eos, non elato fuit animo, memor eorum quæ sibi a Domino dicta fuerant, neque virtute Domini fretus insurrexit contra regem: sed iterum consuetam mansuetudinem præ se ferens, cum magna lenitate verborum dixit eis: *Quare venistis ad me? vos autem odio me habuistis, et a vobis expulistis*. Quare, inquit, ceusistis ut vobis veniendum sit ad me expulsus et odio habitus? 28. *Et dixerunt: Videntes vidimus quia Dominus tecum, et diximus: Fiat execratio inter nos et inter te, et disponemus fœdus tecum*, 29. *ut ne feceris nobiscum malum, sicut nos non abominati sumus te, et quomodo tecum bene sumus tui, et dimisimus te cum pace, et nunc benedictus tu a Domino*.

4. Vide quantum mansuetudinis robur, quantaque virtutis potentia. Nam qui pridem abegerant, nunc veniunt ad peregrinum, ad virum civitate carentem, ad errorem: et non solum satisfaciunt, ac excusant se de his quæ commiserant, et peccatorum veniam petunt, sed et prædicant justum, indicantque sibi incussum metum, ac contentur suam infirmitatem, et justii magnam testantur virtutem. Quid enim robustius eo qui secum habet Deum? *Videntes, inquit, quod Dominus tecum est*. Unde vobis illa scientia? Profecto, dicunt, res ipsæ nos docuerunt. Vidimus te abactum abigentibus fortiorem factum esse, et vexatum eos a quibus vexare superasse, et ex rerum serie intelleximus te superno frui auxilio. Hoc autem divinæ dispensationis opus est, quod mens eorum obstupuerit justum, et quod hoc cognoverint. Quoniam igitur,

inquit, Dominus tecum, *Fiat execratio inter nos*. Vide quomodo impellente conscientia semetipsos reprehendere festinant, cum nullus alius cogat, vel facta obijciat. Nam nisi injuriam fecissetis, quare a justo petitis ut ineatur fœdus? Sed ita se habet injustitia: quotidie conscientia mordet, et silente eo qui offensus est, poenam atque rationem exigi putant qui injustitiam sunt operati: quotidie anguntur, et quasi sibi metipsis præscribunt peccatorum suorum ultionem. Id cum et illi didicissent, *Sit, inquit, execratio inter nos et inter te*. Deinde dicunt qualem execrationem fieri velint. *Et inibimus fœdus tecum, ut ne feceris nobis malum, sicut nos non sumus te abominati*. Vide quomodo pugnantia inter se præ mentis angore et turbatione loquuntur: *Ne feceris nobis malum*. Quare sic timuistis justum, videntes eum tantam præ se ferre mansuetudinem erga eos qui lacescebant? Sed incorruptus iudex, conscientia, eos excitavit, et animadverterunt quantum erga justum ingrati fuerint: propterea præ timore atque formidine non attendunt se diversa et pugnantia loqui. *Ne feceris, inquit, malum nobiscum, sicut nos te non abominati sumus*. Quare igitur abegistis? Verum justus non petit rationem, neque expostulat, neque eorum dicta arguit. *Et quomodo, inquit, bene te usi sumus, et dimisimus te cum pace, et nunc tu benedictus a Domino*. Vides eos supernam vindictam timuisse. Norant enim quod licet ipse propter humanitatem suam non ulcisceretur quæ fecerant, eum certe qui tantam ejus curam agebat, repetiturum esse rationem eorum quæ in justum facta fuerant: eapropter justum placant, et pactum inire cum eo student, simul et pro his quæ facta erant rationem reddentes, et in futurum securitatem sibi conciliantes. 30. *Et fecit eis, inquit, convivium, et comederunt et biberunt*: 31. *et cum surrexissent mane, juravit unusquisque proximo suo, et dimisit eos Isaac, et discesserunt ab eo cum salute*. Vide justii benignitatem, quomodo cum eis absque vindicandi cupiditate loquitur: et non solum obliviscitur eorum quæ in se facta, sed magna hospitalitate illos excipit. *Fecit enim eis convivium, et comederunt et biberunt*. Convivio satis certa dat argumenta, se non fore minorem eorum quæ in se commiserant. *Et dimisit eos, inquit, et abierunt cum salute*. Significavit per hoc divina Scriptura, eos magno cum timore advenisse, periculum expectantes, et de rerum summa, ut ita dicam, anxios, ut excusarent se, ad justum contendisse. Vidisti quomodo nihil validius virtute? nihil potentius supernis auxiliis freto? Postea dicit: 32. *In die illo abierunt pueri Isaac, et foderunt puteum, et dixerunt: Non invenimus aquam*. 33. *Et vocavit eum, Juramentum. Et idcirco vocavit nomen civitati, Puteus juramenti, usque in hodiernum diem*. Vide et hic, ex his quæ facta sunt, loco nomen impositum. Nam quia effosso puteo nihil invenerunt in die illo quo juramenta inter se fecerunt, Puteum juramenti vocavit nomen loci, ut factorum duraret memoria. Vidisti quomodo justus ille, qui neque a lege eruditus fuit, neque ad aliquem virtute præditum respicere potuit, sed patris vestigia sequi-

tus, et ductus a conscientia magistra humanæ naturæ insita, tantam exhibuit philosophiam? Quæ enim ab eo facta sunt, non solum mansuetudinem indicabant justis, sed et præcepta Christi suis illum operibus implere ostendebant. Nam id quod Christus discipulis suis præcipiens et admonens dicebat, ne solos diligentes diligenter, sed et erga inimicos caritatem exhiberent (*Math. 5. 44*): hoc ille nunc multo antea implebat, et tanta hospitalitate tractabat eos qui magno ipsum odio prosequuti fuerant: omnemque vindictæ cupiditatem animo suo excludebat.

5. *Moralis epilogus.* — Qua igitur nos venia digni erimus, qui post gratiam, post tantam doctrinam et Salvatoris præcepta, neque ad hujus justis mensuram pervenire valeamus? Et quid dico, ad ejus mensuram? Neque prope adstare possumus. Tanta enim nunc malitiæ abundantia obduxit omnia, ut et diligentes diligere res admodum rara sit. Unde igitur nobis salutis spes, si publicanis deteriores fuerimus? sicut dicit Christus. *Si diligitis diligentes vos, quid amplius facitis? nonne et publicani hoc faciunt (Ibid. v. 46)?* Et Christus quidem volens nos ad summum virtutis venire fastigium, illis superiores vult esse: nos autem inferiores esse studeamus. Et quid dico, publicanis? Deteriores et latronibus, et sepulcorum directoribus, et homicidis. Etenim hi omnes diligunt eos qui erga se bene affecti sunt, et sæpenumero etiam pro dilectis periclitantur. Quid igitur fuerit nobis miserabilius, qui tantam a Domino misericordiam nacti sumus, et innumera mala facientibus deteriores invenimur? Obsecro igitur, cogitemus et supplicii magnitudinem, et confusionis quæ alibi futura est gravitatem, ac vel saltem nunc nostram agnoscamus generositatem, et obtemperemus doctrinæ Christi, ac non solum nos diligentes sincere diligamus, omni odio et invidia ab animabus nostris eliminatis: sed et eos qui hostiliter nos persequuntur, diligere studeamus: neque enim aliter salutem consequi nos possibile erit, nisi hac incedamus via: et magis quam eos qui nos diligunt, illos diligere studeamus, utpote qui nobis innumerorum bonorum sint auctores. Sic enim et peccatorum nostrorum remissionem invenire, et humiliata mente et contrita anima Deum precari poterimus. Quia cum anima ab omni odio libera mente tranquilla est, Deum sedulo invocat, multumque sibi superne auxilium conciliat: quod nobis omnibus concedatur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LIII.

Erat autem Esau annorum quadraginta, et duxit Judith filiam Beel (a) Chettæi, et Basemath filiam Elom Evæi, et exasperabant Isaac et Rebeccam (Gen. 26. 34. 35).

1. Age et hodie si placet aggrediamur ea qua: heri

(a) Hebraicus textus כַּתְּוִי. Vulgata recte *Feeri*. Voce autem Latina *Beel*, accurate interpretatur versio Græca Βεελ. Porro hæc versio Græca maxime omnium ad Hebraicam lectionem accedit. Nam quod Βεελ legatur pro *Beer*, aut *Beer*, id laud dubie ortum ex transmutatione litterarum Hebraic-

dicta sequuntur, et singula, quantum nobis conceditur, aperiemus, ut domum cum utilitate aliqua redire possimus. Videamus igitur, quæ primum lecta sunt.

34. *Erat autem Esau, inquit, annorum quadraginta, et accepit Judith filiam Beel Chettæi, et Basemath filiam Elom Evæi: 35. et exasperabant Isaac et Rebeccam.* Vide quanta ex paucis his verbis addisci possunt. Quare enim nobis numerum annorum Esau signavit? Non absque causa, sed ut senectutem discamus Isaac, eumque jam provecum fuisse ætate. Nam si memores fuerimus eorum quæ antea dicta sunt, et eum, quando accepit Rebeccam, quadraginta annorum fuisse, quando autem nati sunt ei filii, annorum sexaginta: sciemus cum nunc centenarium esse, et in profundissima senectute. Quoniam enim posthac narraturus est, quomodo præ senio hebetatos oculos habuerit, ideo numerum annorum Esau assignat, ut inde tempus Isaac certo scire possimus. Propterea dicit, *Erat autem Esau annorum quadraginta.* Deinde ut sciamus filii ejus temeritatem, qui uxores ducebat a gentibus, a quibus non oportebat, declaravit nobis, unam fuisse ex genere Chettæorum, aliam autem ex genere Evæorum; quamvis nihil tale eum agere oportebat, qui didicisset quantam diligentiam patriarcha adhibuisset, præcipiens servo suo, ut de cognatione sua filio Isaac adduceretur uxor: quia etiam mater ipsorum Rebecca ex Charran venerat. Verum ut statim ab initio suos inordinatos mores indicaret, inconsultis parentibus illas duxit. Et ut sciamus quam male moratæ mulieres fuerint, dicit Scriptura: *Et erant exasperantes Isaac et Rebeccam.* Et quid est hæc malitia pejus, quando illæ quæ omnem honorem impendere debebant, non solum hoc non agebant, sed et ad contentionem paratæ erant? Hæc autem omnia non absque causa historia nobis significat; sed ut postea, cum videris Rebeccam Jacob majori benevolentia prosequi, discas eam non injuria rem eam fecisse. Jam autem ne seriei contextus præveniamus, scripta ipsa sequamur. 1. *Factum est autem postquam genuit Isaac, et hebetati sunt oculi ejus ad videndum (Cap. 27):* jam enim, inquit, præ senio videre non poterat: *et vocavit Esau filium suum natu majorem, et dixit ei: 2. Fili mi, ecce genui, et nescio diem mortis meæ. 3. Nunc igitur sume arma tua, pharetram et arcum, et egredere in campum, et venare mihi venationem, 4. et fac mihi edulia, sicut ego amo, et affer mihi, ut comedam, ut benedicat te anima mea, priusquam ego moriar.* Hic obsecro, dilecte, animadvertite immensam Dei sapientiam, et quomodo pater quidem genuinam præ se ferens dilectionem, hæc imperavit Esau; sapiens autem et omnipotens Dominus per Rebeccam prædictionem suam impleri curat, docens nos, quantum valeant virtus et morum suavitas. Ille enim et ob primogenituram, et ob patris erga se affectionem primatum se habere putans, simul destitutus omnibus inventus est, quia quæ in se erant, afferre noluit: hic autem, quia domestica erat virtute præditus, et gratiarum, quæ frequenter accidit in Bibliis, ut in Prolegomenis ad Hexapla ostendimus.

φύσει τῆ ἀνθρωπίνῃ ἐγχειμένου τῷ συνειδότη διδα-
σκάλου ὀδηγούμενος, τοσαύτην φιλοσοφίαν ἐπεδείκνυτο;
Τὰ γὰρ γεγενημένα οὐ μόνον τὴν ἐπιτακτικὴν ἐδείκνυτο
τοῦ δικαίου τούτου· ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ Χριστοῦ παραγ-
γέλματα δι' αὐτῶν τῶν ἔργων αὐτὸν πληροῦν ἀπέφη-
νε. Καὶ ὅπερ ὁ Χριστὸς ἔλεγε διαταττόμενος τοῖς
μαθηταῖς καὶ παραινῶν, οὐ μόνον τοὺς ἀγαπῶντας
ἀγαπᾶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐχθρούς τὴν ἀγάπην ἐπι-
δείκνυσθαι, τοῦτο οὗτος ἀνωθεν ἐπλήρου, καὶ πρὸς
τοὺς τοσοῦτον μίσος περὶ αὐτὸν ἐσχηκότας τοσαύτην
ἐπέδεικνυτο τὴν φιλοξενίαν, καὶ τὸ τῆς μνησικαχίας
πάθος ἐξώριζε τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς.

ε'. Τίνος οὖν ἀνεήμενη μὲς συγχρόμῳ ἀξιοί, ἡμεῖς
οἱ μετὰ τὴν χάριν, καὶ τὴν τοσαύτην διδασκαλίαν,
καὶ τὰ τοῦ Σωτῆρος παραγγέλματα, οὐδὲ τὸ αὐτὸ μέ-
τρον τῷ δικαίῳ τούτῳ φθάσαι δυνάμενοι; Καὶ τί λέγω
τὸ αὐτὸ μέτρον; Ἀλλὰ μὴδὲ ἐγγὺς στήναι ἰσχύοντες.
Τοσαύτη γὰρ νῦν ἐπεπόλασε τῆς κακίας ἡ ὑπερβολή,
ὡς σπάνιον εἶναι καὶ τοὺς ἀγαπῶντας ἀγαπᾶν. Πόθεν
οὖν ἡμῖν ἔσται σωτηρία ἐλπίς, εἰ μέλλομεν καὶ τῶν
τελωνῶν χεῖρους γίνεσθαι; καθὼς φησὶν ὁ Χριστὸς
λέγων, *Ἐάν ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τί
πορισὸν ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ
ποιοῦσι;* Καὶ ὁ μὲν Χριστὸς βουλόμενος ἡμᾶς εἰς
τὴν ἀκραν κορυφὴν τῆς ἀρετῆς ἀνελεθεῖν, ἐκείνων ἀνω-
τέρους εἶναι βούλεται· ἡμεῖς δὲ κἀκεῖνον ἐλάττωτος
εἶναι σπεύδομεν. [513] Καὶ τί λέγω τελωνῶν; χεῖρους
καὶ τῶν ληστῶν, καὶ τῶν τυμβωρύχων, καὶ τῶν ἀνδρο-
φόνων. Καὶ γὰρ τούτων ἕκαστος τὸν πρὸς αὐτὸν ἀγα-
πητικῶς διακείμενον ἀγαπᾶ, καὶ πολλάκις καὶ κιν-
δυνεύειν ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ καταδέχεται. Τί οὖν ἀν-
εἴη ἡμῶν ἄλλοινοτέρων, ὅταν οἱ τοσαύτης ἀξιοθέντες
παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας τῶν μυρία ἐργασαμένων
κακῶν εὐρισκώμεθα χεῖρους; Ἐννοοῦντες τοῖνον, πα-
ρακαλῶ, καὶ τῆς τιμωρίας τῆς ἐκεῖ γινομένης τὸ μέ-
γεθος, καὶ τῆς αἰσχύνης τῆς ἐνταῦθα τὴν ὑπερβολὴν,
ὥφ' ἑοῦ ποτε τὴν οἰκίαν ἐπιγνώμεν εὐγένειαν, καὶ
ποιθώμεθα τῆ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίᾳ, καὶ μὴ μόνον
τοὺς ἀγαπῶντας ἀγαπῶμεν ἠγῶσις, πᾶσαν βρακα-
νίαν καὶ φθόνον ἐξορίζοντες τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, ἀλλὰ
κἂν ἐχθρῶδώς τινες ὡς πρὸς ἡμᾶς διακείμενοι, καὶ
τούτους ἀγαπᾶν σπουδάζωμεν· καὶ γὰρ οὐδὲ ἐτέρως
σωθῆναι δυνατὸν ἡμᾶς, μὴ ταύτην ἐλθόντας τὴν ὁδόν·
καὶ μᾶλλον τῶν ἀγαπῶντων ἡμᾶς τούτους ἀγαπᾶν
σπουδάζωμεν, ἅτε δὴ μυρίων ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν προ-
ξένους γινομένους. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν ἡμαρτημένων
ἡμῖν τὴν συγχώρησιν εὐρασθαι δυνήσμεθα, καὶ μετὰ
κατεσταλμένης διανοίας καὶ συντετριμμένης ψυχῆς
τὰς πρὸς τὸν Θεὸν ἰκασίας ποιεῖσθαι. Ὅταν γὰρ ψυχὴ
ἐκτὸς γένηται πάσης ἀπεχθείας, καὶ τὸν λογισμὸν ἐν
γαλήνῃ ἰδρυμένον ἔχη, μετὰ πολλῆς τῆς νήψεως τὸν
Δεσπότην καλοῦσα, πολλὴν ἐπισπάται τὴν ἀνωθεν
βοήθῃ· ἥς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, χάριτι
καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,
μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι,
νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

OMILIA NI.

*Ἦν δὲ Ἡσαΐ ἐτῶν τεσσαράκοντα, καὶ ἔλαβε τὴν
Ἰουδίθ θυγατέρα Βεθλ τοῦ Χετταίου, καὶ τὴν
Βασεμῆθ θυγατέρα Ἐλόμ του Εὐαίου, καὶ ἦσαν
ἐρίζουσαι τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῇ Ῥεβέκκᾳ.*

α'. Φέρε καὶ σήμερον, εἰ δοκεῖ, τὰ ἐξῆς τῶν χθῆς εἰ-
ρημίων ἐπιθόντες, κατὰ τὸ ἡμῖν ἐγχωροῦν ἀναπτύ-
ξωμεν ἕκαστον τῶν γεγραμμένων, ἵνα τὴν ἐντεῦθεν

ὠφέλειαν καρπωσάμενοι, οὕτως οἴκαδε ἀναχωρήσω-
μεν. Ἰδόμεν τοῖνον τὴν ἀρχὴν τῶν ἀνεγνωσμένων.
*Ἦν δὲ Ἡσαΐ, φησὶν, ἐτῶν τεσσαράκοντα, καὶ
ἔλαβε τὴν Ἰουδίθ θυγατέρα Βεθλ τοῦ Χετταίου,
καὶ τὴν Βασεμῆθ θυγατέρα Ἐλόμ του Εὐαίου, καὶ
ἦσαν ἐρίζουσαι τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῇ Ῥεβέκκᾳ.* Ὅρα
πόσα ἐκ τῶν ὀλίγων τούτων ῥημάτων ἔστι καταμα-
θεῖν. Τίνος γὰρ ἔνεκεν ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν τοῦ
Ἡσαΐ ἐσήμανεν; Οὐχ ἀπλῶς, ἀλλ' ἵνα ἐντεῦθεν κατα-
μάθωμεν τοῦ Ἰσαὰκ τὸ γῆρας, καὶ ὅτι λοιπὸν προθε-
δηκῶς ἦν. Ἐάν γὰρ μνημονεύσωμεν τῶν ἐμπροσθεν
ειρημίων, καὶ ὅτι, ἡνίκα μὲν ἔλαβε τὴν Ῥεβέκκᾳ,
καὶ αὐτὸς τεσσαράκοντα ἐτῶν ἐτύγχανεν, ὅτε δὲ ἐτέ-
χθησαν οἱ παῖδες, ἐξήκοντα ἐτῶν ἦν, εἰσόμμεθα ὅτι
νῦν ἕκατοστοῦ λοιπὸν ἔτους ἐπιβάς ἐν βαθυτάτῳ γῆρᾳ
ἐτύγχανεν. Ἐπειδὴ γὰρ μέλλει μετὰ ταῦτα διηγείσθαι
ἡμῖν, [514] ὡς ὑπὸ τοῦ γῆρως ἀμβλυτέρως ἔσχε τὰς
ὄψεις, διὰ τοῦτο τῶν ἐτῶν τοῦ Ἡσαΐ τὸν ἀριθμὸν
ἐσήμανεν, ἵνα ἐντεῦθεν εἰδέμεν ἔγωμεν ἀκριβῶς τοῦ
Ἰσαὰκ τὸν χρόνον. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν, *Ἦν δὲ Ἡσαΐ
ἐτῶν τεσσαράκοντα.* Ἔπειτα ἵνα μάθωμεν τοῦ παιδὸς
τὴν προπέτειαν, καὶ ὅτι παρὰ τῶν ἐθνῶν, ὧν οὐκ
ἐχρῆν, τὰς γαμετὰς ἠγάγετο, ἐδήλωσεν ἡμῖν, ὅτι ἡ
μὲν ἐκ τοῦ γένους τῶν Χετταίων ἦν, ἡ δὲ ἐκ τῶν
Εὐαίων· καίτοι γε ἐχρῆν αὐτὸν μαθόντα, ὅσην σπου-
δὴν ὁ πατριάρχης ἐποχῆσθεο διαστελλόμενος τῷ παιδί
τῷ ἑαυτοῦ, ὥστε ἐκ τῆς φυλῆς αὐτοῦ γαμετῆν τῷ
Ἰσαὰκ ἐνεγκεῖν, καὶ ὅτι ἡ μήτηρ αὐτῶν ἡ Ῥεβέκκα
ἐκ τῆς Χαββᾶν ὠρμάτω, μηδὲν τοιοῦτον βουλευσασθαι.
Ἄλλ' ἵνα ἐκ προοιμίων δείξῃ τῶν οἰκείων τρόπων τὸ
ἀτακτον, προλαδὼν ἐκείνας ἠγάγετο. Καὶ ἵνα μάθο-
μεν τῶν γυναικῶν τὸ ὀπιστροπον, φησὶν ἡ Γραφή,
Καὶ ἦσαν ἐρίζουσαι τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῇ Ῥεβέκκᾳ.
Καὶ τί ἂν εἴη ταύτης τῆς μοχθηρίας χαλεπώτερον,
ὅταν αἱ πᾶσαν τιμὴν ἀπονέμειν ὀφειλοῦσαι, μὴ μόνον
τοῦτο μὴ ποιῶσιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς φιλοεικίαν πα-
ρασκευάζονται; Ταῦτα δὲ πάντα οὐχ ἀπλῶς ἡμῖν ἡ
ἱστορία σημαίνει, ἀλλ' ἵνα μετὰ ταῦτα, ἐπειδὴν ἴσῃς
τὴν Ῥεβέκκᾳ πρὸς τὸν Ἰακώβ πολλὴν τὴν εὐνοίαν
ἐπιδεικνυμένην, μάθῃς ὡς οὐκ ἀπεικὸς πρᾶγμα δι-
επράττετο. Τίως δὲ ἵνα μὴ τὴν ἀκολουθίαν προφθά-
σωμεν, αὐτοῖς ἐπώμεθα τοῖς γεγραμμένοις. Ἐγένετο
δὲ μετὰ τὸ γηρᾶσαι τὸν Ἰσαὰκ, καὶ ἡμβλύνθησαν
οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ τοῦ ὄραν· οὐκ ἔτι γὰρ, φησὶν,
ὑπὸ τοῦ γῆρως ὄραν ἴδύνατο· *Καὶ ἐκάλεισεν Ἡσαΐ
τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν πρεσβύτερον, καὶ εἶπεν αὐτῷ·
Υἱέ μου, ἰδοὺ ἐγὼ γεγήρακα, καὶ οὐ γινώσκω τὴν
ἡμέραν τῆς τελευτῆς μου. Νῦν οὖν λάβε τὸ σκεῦός
σου, τὴν τε φαρέτρην καὶ τὸ τόξον, καὶ ἐξελεύσε
εἰς τὸ πεδίον, καὶ θήρευσόν μοι θήραν, καὶ ποιήσόν
μοι ἐδόσματα, ὡς φιλῶ ἐγὼ, καὶ ἐνεγκέ μοι, ἵνα
φάγω, ὅπως εὐλογηθῆσῃ ἡ ψυχὴ μου, πρὶν ἢ ἀπο-
θαιεῖν με.* Ἐνταῦθά μοι σκόπει, ἀγαπητέ, τὴν ἀφα-
τον τοῦ Θεοῦ σοφίαν, καὶ ὅπως ὁ μὲν πατήρ τὴν φυ-
σικὴν φιλοσοφίαν ἐπιδεικνύμενος ταῦτα διετάξατο
τῷ Ἡσαΐ· ὁ δὲ σοφὸς καὶ εὐμήχανος Δεσπότης διὰ
τῆς Ῥεβέκκας τὴν οἰκίαν πρόδρῃσιν εἰς ἔργον ἐξ-
ενεχθῆναι παρασκευάζει, διδάσκων ἡμᾶς ὅση τῆς ἀρε-
τῆς ἡ ἰσχύς καὶ τῆς τῶν τρόπων ἐπιεικείας. Καὶ γὰρ
ἐκεῖνος μὲν καὶ ἀπὸ τῶν πρωτοτοκίων, καὶ ἀπὸ τῆς
τοῦ πατρὸς περὶ αὐτὸν διαθέσεως τὰ πρωτεία ἔχειν
νομίζων, ἀθρόον ἀπάντων ἔρημος ἠδρίσκειτο, ἐπειδὴ
τὰ παρ' ἑαυτοῦ εἰσενεγκεῖν οὐκ ἠβούληθη· οὗτος δὲ,
ἐπειδὴ οἰκοθεν ἦν ἐνάρετος, καὶ τὴν ἀνωθεν εἶχε
βοήθῃν συμμαχοῦσαν αὐτῷ, καὶ ἀκοντος τοῦ πατρὸς

την παρ' αὐτοῦ εὐλογίαν ἐπισπάται. Οὐδὲν γὰρ ἰσχυρῶτερον τοῦ παρὰ τῆς δεξιᾶς ἐκείνης βοηθουμένου. Ὅρα γοῦν ἀκριβῶς ἅπαντα, ἵνα μάθῃς τῆς οἰκονομίας τὴν ὑπερβολὴν, καὶ πῶς ὁ μὲν τῆς ἐκεῖθεν ἀπολαύων ῥοπῆς, πολλῆς ἐν ἅπασιν ἀξιοῦται τῆς συνεργίας, ὥστε τὴν τοῦ πατρὸς εὐλογίαν εἰς αὐτὸν μετενεχθῆναι· ὁ δὲ πάντων διαμαρτάνει, προδεδωμένος οἰκοθεν διὰ τὴν τῶν τρόπων μοχθηρίαν. *Ῥεβέκκα δὲ, φησὶν, ἤκουσε λαλοῦντος Ἰσαὰκ πρὸς Ἡσαῦ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Ἐπορεύθη δὲ Ἡσαῦ εἰς τὸ πεδῖον θηρῶσιν θήραν τῷ πατρὶ αὐτοῦ. Εἶπε δὲ Ῥεβέκκα πρὸς τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν ἐλάσσω. Διὰ τί προσέθηκε, τὸν ἐλάσσω; Ἐπειδὴ ἀνωτέρω εἶπεν, ὅτι [515] Ἐχάλεσεν Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν πρεσβύτερον, ἵνα μάθωμεν τίνι νῦν διαλέγεται ἡ Ῥεβέκκα, φησὶ, πρὸς τὸν ἐλάσσω, τοῦτ' ἔστι, τὸν Ἰακώβ. Ἰδε ἐγὼ ἤκουσα τοῦ πατρὸς σου λαλοῦντος πρὸς Ἡσαῦ τὸν ἀδελφόν σου, καὶ λέγοντος· Ἐνεγκέ μοι θήραν, καὶ ποιήσῃ μου ἐδέσματα, ἵνα φαγῶν εὐλογῆσω σε ἐναντίον Κυρίου, πρὸ τοῦ ἀποθαιεῖν με. Ταῦτα μὲν ἤκουσα τοῦ πατρὸς σου πρὸς τὸν ἀδελφόν σου τὸν Ἡσαῦ διαλεγόμενον. Νῦν οὖν, υἱέ, ἀκούε μου καθά σοι ἐγὼ ἐτέλλομαι, καὶ πορευθεὶς εἰς τὰ πρόβατα, λάβε μοι ἐκεῖθεν δύο ἐρίφους ἀπαιλοῦς καὶ καλοῦς, ἀλλὰ ποιῶσα αὐτοὺς ἐδέσματα τῷ πατρὶ σου, ὡς φιλεῖ, καὶ εἰσλοίσῃς τῷ πατρὶ σου, καὶ φάγεται, ὅπως εὐλογῆσῃ σε ὁ πατήρ σου πρὸ τοῦ ἀποθαιεῖν αὐτόν.*

β'. Ὅρα μητρὸς φιλοστοργίαν, μᾶλλον δὲ Θεοῦ οἰκονομίαν. Αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ καὶ ταύτην πρὸς τὴν συμβουλήν διεγείρων, καὶ τὸ πᾶν κατορθωθῆναι ποίων. Εἶδες τῆς μητρὸς τὴν ἀρίστην. συμβουλήν; Ὅρα καὶ τοῦ Ἰακώβ τὸ περισκεμμένον, καὶ ὅπως διὰ τῆς ἀποκρίσεως τῶν οικειῶν τρόπων δείκνυσαι τὴν ἐπιεικειαν. *Εἶπε γάρ, φησὶ, πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ· Ἔστιν ὁ ἀδελφός μου Ἡσαῦ ἀνὴρ δασύς, ἐγὼ δὲ ἀνὴρ λεῖος· μήποτε ψηλαφῶσι με ὁ πατήρ, καὶ ἔσομαι ἐναντίον αὐτοῦ ὡς καταστροφῶν, καὶ ἐπάξω ἔμαυτῷ κατάραν, καὶ οὐκ εὐλογίαν. Πολλὴ τοῦ παιδὸς ἡ εὐγνωμοσύνη, καὶ ἡ πρὸς τὸν πατέρα αἰδώς. Δέδοικα, φησὶ, μὴ εἰς τὸ ἐναντίον μοι τὰ τῆς σπουδῆς ἐπέλθῃ, μὴ δόξω ἐναντιοῦσθαι τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ, καὶ ἀντὶ τῆς εὐλογίας κατάραν ἐπισπάσωμαι. Τὶ οὖν ἡ Ῥεβέκκα, ἡ θαυμαστὰ καὶ φιλόστοργος; Ἐπειδὴ οὐκ ἐξ οικείας γνώμης μόνον τοῦτο διεπράττετο, ἀλλὰ καὶ τῇ ἄνωθεν ὑπηρετεῖτο προῤῥήσει, πᾶσαν σπουδὴν ποιεῖται τὸν φόβον ἐξελεῖν τοῦ παιδὸς, καὶ θάρσος ἐνθεῖναι, ὥστε τὴν συμβουλήν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν· καὶ οὐχ ὑπισχεῖται αὐτῷ ὅτι δυνήσεται παρακροῦσασθαι τὸν πατέρα καὶ λαθεῖν· ἀλλὰ τί; Ἐπ' ἐμὲ ἡ κατάρου σου, τέκνον· μόνον ὑπάκουσον τῆς φωνῆς μου, καὶ πορευθεὶς ἐνεγκέ μοι. Κἂν γένηται τοιοῦτον τι, φησὶν, οὐδὲν αὐτὸς παραλαβήσῃ. Μὴ τοίνυν δεισῆς, ἀλλὰ θαρρῶν ὑπάκουσον μου τῆς φωνῆς, καὶ ποιεῖ τὰ παρ' ἐμοῦ σοι συμβουλευθέντα. Τοῦτο ἀληθῶς φιλοστοργία μητρὸς, τὸ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἐτοιμῶς ἅπαντα καταδέχεσθαι. Ταῦτα εἰπούσα ἰσχυρεῖ ἐξελεῖν τοῦ παιδὸς τὸν φόβον. Καὶ πορευθεὶς ἔλαβε καὶ ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτοῦ· καὶ ἐποίησεν ἐδέσματα καθὰ ἐρίλαι ὁ πατήρ αὐτοῦ. Καὶ λαβοῦσα, φησὶν, ἡ Ῥεβέκκα τὴν στολήν τοῦ υἱοῦ αὐτῆς τοῦ πρεσβυτέρου τὴν καλὴν, ἡ ἦν παρ' αὐτῆς ἐν τῷ οἴκῳ, ἐνέδυσεν Ἰακώβ τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν νεώτερον, καὶ τὰ δέρματα τῶν ἐρίφων περιέθηκεν περὶ τοὺς βραχίον-*

*τας αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὰ γυμνά τοῦ τραχήλου αὐτοῦ, καὶ ἔδωκε τὰ ἐδέσματα καὶ τοὺς ἄρτους, οὓς ἐποίησεν, εἰς τὰς χεῖρας Ἰακώβ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς, καὶ εἰσήνεγκε τῷ πατρὶ αὐτοῦ. Θέα μοι ἐνταῦθα τῆς Ῥεβέκκας μετὰ τῆς φιλοστοργίας καὶ τὴν πολλὴν σοφίαν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἀνωτέρω, ὅτι ὁ μὲν ἦν δασύς, ὁ δὲ λεῖος, τὴν στολήν, φησὶν, ἐνέδυσεν αὐτόν τοῦ Ἡσαῦ, καὶ τὰ δέρματα περιέθηκεν αὐτῷ, [516] καὶ πανταχόθεν σχηματίσασα αὐτόν, ὡς τὴν ἀπάτην εἰς ἔργον ἔλθειν, δοῦσα τὰ ἐδέσματα καὶ τοὺς ἄρτους εἰς τὰς χεῖρας, παρεσκεύασε προσαγαγεῖν τῷ πατρὶ. Σκόπει μοι πάλιν ἐνταῦθα, πῶς τῆς ἄνωθεν χάριτος ἦν τὸ πᾶν. Ὅταν γὰρ ἡμεῖς τὰ παρ' ἐαυτῶν εἰσενέγκωμεν, δαψιλῶς ἀπολαύσομεν καὶ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ συνεργίας. Ἴνα γὰρ μὴ ῥαθυμῶμεν, μηδὲ ἀναπεπτωκότες ὦμεν, βούλεται καὶ ἡμᾶς τι συνεισφέρειν, ἵν' οὕτω καὶ τὰ παρ' ἐαυτοῦ ἐπιδείξῃται· καὶ οὕτε τὸ πᾶν τῆς ἄνωθεν γίνεται βοηθείας, ἀλλὰ δεῖ καὶ ἡμᾶς τι συνεισνεγκεῖν· οὕτε παρ' ἡμῶν πάλιν ἀπαιτεῖ τὸ πᾶν, εἰδὼς τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας τὴν ὑπερβολὴν, ἀλλὰ τὴν οικείαν φιλανθρωπίαν μιμούμενος, καὶ βουλόμενος ἀφορμὴν τινα λαθεῖν, ὥστε τὴν οικείαν φιλοτιμίαν ἐπιδείξασθαι, ἀναμένει τὰ παρ' ἡμῶν εἰσνεχθῆναι· ὅπερ καὶ νῦν γεγένηται. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ ὁ Ἰακώβ καὶ ἡ Ῥεβέκκα, ἅπερ ἔχρην ἀφ' ἐαυτῶν γενέσθαι, πεποιθήσασιν, καὶ ὁ μὲν ὑπήκουσε τῆς συμβουλῆς τῆς μητρὸς, ἡ δὲ τὰ παρ' ἐαυτῆς πάντα ἐπλήρωσε, τότε λοιπὸν καὶ ὁ ἀγαθὸς Δεσπότης τὸ πάντων δυσχερέστερον τοῦτο μετ' εὐκολίας ἀνυσθῆναι πεποίηκε, τὸ μὴ γενέσθαι κατάδηλον τῆς ἀπάτης τὸ δῆγμα τῷ Ἰσαάκ. Ἐπειδὴ γὰρ προσήνεγκε τὰ ἐδέσματα τῷ πατρὶ, *Εἶπε· Τίς εἰ σὺ, τέκνον; Καὶ εἶπεν Ἰακώβ τῷ πατρὶ αὐτοῦ· Ἐγὼ εἰμι Ἡσαῦ ὁ υἱός σου ὁ πρωτότοκος· πεποίηκά σοι, καθὰ λελάληκάς μοι. Ἀναστῆς κάθισον, καὶ φάγε ἐκ τῆς θήρας μου, ὅπως εὐλογῆσῃ με ἡ ψυχὴ σου. Ἐννοεῖ μοι μεθ' ὄσης ἀγωνίας ταῦτα ἐφθέγγετο ὁ Ἰακώβ. Ὁ γὰρ ἐν προοίμιόις εἰπὼν τῇ μητρὶ, Φοβοῦμαι μὴ ἐπάξω ἔμαυτῷ κατάραν, καὶ οὐκ εὐλογίαν, νῦν ἐν ὄσῳ φόβῳ καθειστήκει τοσοῦτον δῆγμα ὑποκρινόμενος; Ἄλλ' ἐπειδὴ Θεὸς ἦν ὁ συνεργῶν τοῖς γινόμενοις, ἅπαντα εἰς ἔργον ἐξῆει. Τί οὖν, ἀν εἰποι τις, καὶ τῷ ψεύτῃ τῷ τοιοῦτῳ Θεὸς συνήργησεν; Μὴ ἀπλῶς ἐξέταξε τὸ γινόμενον, ἀγαπήσει, ἀλλὰ τὸν σκοπὸν καταμάνθανε, καὶ ὅτι οὐ βιωτικῆς ἐνεκὲν τινος πλεονεξίας τοῦτο ἐγίνετο, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς τὴν εὐλογίαν ἐπισπάσασθαι ἐσπουδάξεν· ἄλλως δὲ εἰ μέλλοις ἀπλῶς τὰ γινόμενα ἐξετάξαι, καὶ μετὰ τὸν σκοπὸν πανταχοῦ ἐπιζητεῖν, ὅρα ὅσοι τὸν πατριάρχην παιδοκτόνον ὀνομάξουσιν, καὶ τὸν Φινεὲς ἀνδροφόνον. Ἄλλ' οὕτε ἐκεῖνος παιδοκτόνος, ἀλλὰ καὶ λίαν φιλόστοργος, εἰ καὶ τις ἄλλος· οὕτε οὗτος ἀνδροφόνος, ἀλλὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἄγαν ζηλωτής. Ἐκότερος γὰρ αὐτῶν τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ διεπράττετο. Δίπτερ ὁ μὲν διὰ τὴν ὑπακοὴν πολλῆς ἀξιοῦται τῆς ἄνωθεν ἀμοιβῆς· ὁ δὲ διὰ τὸν ζῆλον ἀνακηρύττεται. Ἔστι γὰρ, φησὶ, Φινεὲς, καὶ ἐξ-ελάσαστο. Εἰ τοίνυν φόβος εὐδοκίμησε καὶ παιδοκτονία ἐν ἐκείνοις, ἐπειδὴ κατὰ Θεοῦ γνώμην ἐγένετο, καὶ οὐ τοῖς γεγονόσι προσέχομεν, ἀλλὰ τῷ σκοπῷ τῶν γινόμενων, καὶ τῇ τῶν πεποιηκότων γνώμῃ, πολλῶ μᾶλλον καὶ ἐνταῦθα τοῦτο λογιζέσθαι χρή.**

γ'. Μὴ τοίνυν τοῦτο σκόπει, ὅτι ψεύδος ἦν τὰ λεγόμενα παρὰ τοῦ Ἰακώβ, ἀλλ' ἐκεῖνο ἐννοεῖ, ὅτι βουλόμενος

^c Quinque mss. ὑπήκουσε τῇ συμβουλῇ.

^d Morel. et Savil. ὦρα. Coisl. ὅρα σοι καὶ τ. π.

^e Coisl. ἀλλὰ καὶ ζηλωτής.

^a Sic Coisl., melius quam editi, qui habent ἐπέλθοι. Ed
^b Quinque mss. et Bibl. περιέθηκεν ἐπὶ τοὺς.

tuam supernam habuit subsidiariam, etiam invito patre illius benedictionem abripit. Nihil enim validius eo qui dextra illa adjuvatur. Vide igitur diligenter omnia, ut discas dispensationis excellentiam; et quomodo hic quidem illa gratia fretus, magnum in omnibus auxilium et cooperationem adipiscitur, ita ut patris in eum transferatur benedictio: ille autem omnia amittit, perdens semetipsum propter morum iniquitatem. 5. *Rebecca autem, inquit, audivit loquentem Isaac cum Esaü filio suo. Ivit autem Esaü in campum, ut venaretur prædam patri suo.* 6. *Dixit autem Rebecca ad filium suum juniorem.* Quare adjecit, *Juniorem?* Quia superius dixerat, *Vocavit Isaac filium suum natu majorem, ut discamus cui nunc loquatur suum,* inquit, *Ad juniorem, hoc est, Jacob.* *Audivi, inquit, patrem tuum loquentem cum Esaü fratre tuo, et dicentem:* 7. *Affer mihi venationem, et fac mihi edulia, ut cum comedero, benedicam te coram Domino, priusquam moriar ego.* Hæc quidem audivi patrem tuum fratri tuo Esaü loquentem. 8. *Nunc igitur, fili, audi me sicut ego tibi præcipio,* 9. *et vade ad oves, et sumito mihi inde duos hædos teneros et bonos, et faciam ex eis edulia patri tuo, ut amat:* 10. *et inferes patri tuo et comedet, ut benedicat te pater tuus priusquam moriatur ipse.*

2. *Rebecca in rebus quæ ad benedictionem Jacobi ab Isaac spectant, et suo amori et ipsi Dei ministravit oraculo; cooperari nos vult auxilio suo Deus; non cooperatur mendacio.* — Vide magnum matris amorem, imo dispensationem Dei. Ipse enim erat qui ei hoc consilium dedit, et omnia bene agere curavit. Vidisti matris optimum consilium? Vide et Jacob providentiam: et quomodo respondens, suorum morum indicat mansuetudinem. 11. *Dixit enim, inquit, matri suæ: Est frater meus vir hispidus, ego autem vir lævis:* 12. *ne forte contrectet me pater meus, et ero ante eum quasi contemnens, et inducam mihi ipsi maledictionem, non benedictionem.* Magna pueri honestas, et in patrem reverentia. Timeo, inquit, ne in diversum eveniant studia mea, ne videar adversari patris sententiæ, et pro benedictione maledictionem mihi adducam. Quid igitur Rebecca, admirabilis illa et amans filii? Quia non ex sua tantum sententia faciebat, sed et divino ministrabat oraculo, ideo omni studio conatur eximere puero metum, et addere animos, ut consilium perficiat: nec promittit ei quod possit deludere patrem, et latere: sed quid? 13. *In me recidat maledictio hæc, fili mi: tantum obedi voci meæ, et vadens asser mihi.* Et si fuerit aliquid tale, inquit, nihil tibi nocebit. Ne igitur timeas, sed bene fidens *Obedi voci meæ, et fac quæ tibi consuluntur.* Hæc vere materna dilectio est, ut pro puero parata sit omnia ferre. His dictis filium a timore liberavit. 14. *Cum igitur abiisset, sumpsit et attulit matri suæ: et fecit edulia, sicut amabat pater ejus.* 15. *Et ut sumpsit Rebecca, inquit, stolam filii sui senioris pulchram, quam habebat apud se domi, induit Jacob filium suum juniorem,* 16. *et pellibus hædorum brachia ejus: et nuda colli ejus circumdedit,* 17. *et dedit edulia, et panes quos fecerat in manus Jacob filii sui, et obtulit patri suo.*

Vide, obsecro, hic Rebeckæ cum magna dilectione conjunctam raram sapientiam. Nam quia superius dixit, illum quidem hispidum esse, hunc vero lævem stola, inquit, Esaü induit eum, et pellibus circumdedit eum, et cum undique eum ad deceptionem instruxisset, datis eduliis et panibus in manus, effecit ut patri afferret. Considera hic rursus, quomodo omnia superna gratia evenerint. Nam quando quod a nobis est offerimus, largiter divinam cooperationem consequimur. Nam ut ne desides et supini simus, vult etiam nos aliquid conferre, quo sic illa sua exhibeat, et non totum sit superni auxilii, sed oporteat etiam nos aliquid simul afferre; neque a nobis iterum exigit totum, sciens infirmitatis nostræ magnitudinem: sed pro sua benignitate, et volens occasionem aliquam accipere, ut suam declaret liberalitatem, exspectat ut afferamus quæ a nobis sunt: id quod et nunc factum est. Nam quia Jacob et Rebecca fecerunt ea quæ a se fieri oportebat: et ille quidem obedivit consilio matris, hæc autem omnia quæ ad se attinebant implevit: tunc ultra bonus Dominus magna facilitate perfici curavit quod omnium erat difficillimum, ne fraudis hujus fabula nota esset Isaaco. Nam postquam attulit edulia patri, 19. *Dixit ad eum: Quis tu es, fili? Et dixit Jacob ad patrem suum: Ego sum Esau primogenitus tuus: feci tibi sicut loquutus mihi es.* Surge ergo, sede, et comede de venatione mea, ut benedicat me anima tua. Considera hic, obsecro, quanta cum anxietate verba hæc loquutus sit Jacob. Qui enim principio dixerat matri: Timeo ne inducam super me maledictionem, et non benedictionem: nunc expende in quanto timore constitutus fuerit, qui tantam fabulam ageret? Verum quia Deus erat qui cooperabatur iis quæ fiebant, omnia opere sunt impleta. Quid igitur, dicet aliquis, cooperatusne Deus est mendacio? Dilcte, ne indages tantum quod sit, sed attende etiam scopum, et quod id non factum sit temporalis commodi vel avaritiæ causa, sed quod ille patris benedictionem sibi comparare studeret: alioqui si ita simpliciter quæ fiunt examinaturus es, neque semper scopum exquiras, vide ne et patriarcham filii interfectorem, et Phineem homicidam dicas¹. Verum neque Abraham filii homicida fuit, sed et valde ei affectus erat, si quis alius: neque Phinees homicida, sed zelo plenus. Uterque enim quod Deo probabatur, faciebat. Quamobrem ille per obedientiam, multam a Deo remunerationem promeruit; hic vero propter zelum prædicatur. Dicitur enim: *Stetit Phinees, et placavit (Psal. 105. 30).* Si igitur homicidium et filii cædes placuerunt, quia secundum Dei sententiam fiebant, nec attendimus ad facta, sed ad scopum eorum quæ gerebantur, et ad voluntatem eorum qui fecerunt: multo magis et hic perpendendum istud fuerit.

3. Ne igitur hoc considera, quod falsa fuerint ea quæ dicebantur a Jacobo, sed illud cogita, volentem

¹ Juxta Morel. et Savil. sic legendum est, Scopum exquiras, jam tibi dicendum erit patriarcham esse filii interfectorem, et Phineem homicidam.

Deum prædictionem impleri, omnia ut sic fierent dispensavisse. Et ut scias Deum omnia facilia reddidisse, etiam ea quæ difficilia erant: vide quomodo justus non potuerit suspicari fraudem, sed persuasus sit dictis Jacob, et cum edulia ista comedisset, benedictionibus eum remuneret. Et non prius a venatione rediit Esau, quam omnia essent impleta: ut per omnia sciamus, voluntate Dei hæc gesta fuisse. 20. *Dixit autem, inquit, Isaac: Quid hoc, quod tam cito invenisti, fili? Ille autem dixit: Quod tradidit Dominus Deus tuus coram me.* Adhuc in angustiis stabat Jacob, augebaturque plurimum timor ejus: verum hæc omnia propterea facta sunt, ut discamus rebus ipsis Dominum non simpliciter suam declarare sollicitudinem et providentiam, nisi viderit et nostrum accelerare fervorem. Ne enim præterea obiter hunc agonein, dilecte, sed consideres de rerum summa fuisse periculum: eumque timore ac tremore plenum fuisse, ne propter benedictionem fieret omni maledictioni obnoxius. Deinde inquit, 21. *Dixit Isaac: Appropinqua mihi, et contrectabo te, fili, an sis filius meus Esau, vel non.* Etenim ob vocem paululum dubitabat justus: sed quia dispensatio implenda erat, non permisit Deus ut dolus sentiretur. 22. *Appropinquavit autem, et contrectavit eum, et dixit: Vox quidem vox Jacob, manus autem manus Esau: et non agnovit eum.* Vide quomodo ostendat totum a Dei gratia manasse: quæ efficiebat, ut ipse nihil horum agnosceret, et Jacob paterna frueretur benedictione. *Et non agnovit eum, inquit; erant enim manus ejus sicut manus Esau.* 24. *Et dixit, Tunc es filius meus Esau? Vide iterum, quomodo ostendit divina Scriptura, quod dubitasset justus. Dixit enim, inquit, Num tu es filius meus Esau? ut ex eo quoque sciamus, patrem victum naturali affectione omnia fecisse: Deum autem, qui futura prævidet, et virtutum nota servos suos insignire solet, omnia hunc in modum dispensavisse. Et dixit Jacob: Ego. Postquam enim dixit, Num tu es Esau filius meus? et dixit, Ego: dixit, 25. Affer mihi, et comedam de venatione tua, fili, ut benedicat te anima mea: vix tandem a cura solvitur Jacob, et attulit patri edulia, attulitque vinum, et bibit.* 26. *Et dixit ei: Accede ad me, et osculare me, fili.* 27. *Et accedens osculatus est eum; et odoratus est odorem vestimentorum ejus, et benedixit eum, ac dixit.* Vide divinæ Scripturæ observationem. Postquam interrogavit, *Num tu es Esau?* et dixit, *Ego:* iterum contrectavit eum, et subdubitabat, cum ex voce pene simulationem deprehendisset: et iterum interrogavit, *Num tu es filius meus Esau?* et dixit, *Ego:* et postea attulit ei, et comedit: tunc, inquit, *Osculatus est eum, et benedixit eum.* Ut ne quis opinetur eum in personam Esau benedictionem fecisse, sed in illum quem osculatus est: propterea commemorat divina Scriptura, quod osculatus est, et benedixit illum, quem osculatus est. *Odoratus est enim odorem vestimentorum ejus et benedixit eum, et dixit: Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus.* 28. *Et dabit tibi Deus de rore cæli, et de pinguedine terræ, et multitudinem frumenti et vini.*

Det, inquit, Dominus Deus tibi, qui edulia attulisti, qui a me osculum accepisti: *Et serviant tibi gentes.* Vide quomodo necessarium copiam ipsi precatus sit, deinde principatum gentium, prædicens et futuram ejus prosperitatem et eorum qui ab eo nascuntur incrementum. *Et adorent te principes.* Non solum et apprecatur gentium subjectionem, sed etiam principum. *Et sis dominus fratris tui.* Vide quomodo servit justus, etiam ignorans, Dei voluntati. Omnia enim hæc propter hoc dispensabantur, ut hic propter virtutem dignus, recipiat benedictionem. *Et adorabunt te filii patris tui.* Filios consuevit Scriptura vocare omnem generationem: sicut et hic, filios patris tui: ac si quis diceret eos qui ex semine Esau futuri erant. Non enim alios filios habuit Isaac, quam hos duos solos. *Qui maledicit te, sit maledictus: qui benedicit te, sit benedictus.* Ecce coronidem benedictionis, ecce summam omnium honorum, esse benedictum. Vidisti Dei clementiam? Qui timuerat ne maledictionem acciperet pro benedictione, non solum cum tanta largitate benedictiones a patre reportat: sed et illi maledicuntur, qui attentant eum maledicere. Hinc discamus, quod quando quis secundum voluntatem Dei sua dispensare vult, tanto superno subsidio adjuvatur, ut hoc plane reipsa experiatur. Quis enim non admiretur et obstupescat Dei ineffabilem dispensationem, quod non prius Esau de venatione advenerit, quam solveretur fabulæ illius argumentum, et quando ille accepta benedictione a patre discessit? Hoc enim nos docere volens beatus Moses adjicit: 30. *Et factum est postquam cessavit Isaac benedicere Jacob filium suum: et factum est quando exiit Jacob a facie Isaac patris sui, ecce Esau frater suus venit de venatione.*

4. *Quidquid peractum sit, post adventum Esau, narrat commentando Chrysostomus; benedictionis Esau explicatio numerum claudit.* — Vide quomodo post illius exitum alter statim advenit. Non hoc absque causa vel temere factum, sed ut ignorans afferret et ipse edulia, et a patre addisceret rem totam ut acta erat. Nam si in fratrem incidisset, forsitan et ipsum interemisset, victus ira: qui enim hoc postea deliberravit, multo magis dum ægeretur negotium, id attentasset. Sed manus Dei erat, quæ puerum servabat: et hunc quidem dignum benedictione effecit, illum autem et benedictione privavit et primogenitura. 31. *Ut autem advenit, inquit, fecit et ipse edulia, et attulit patri suo, et dixit: Surgat pater meus, et comedat de venatione filii sui, ut benedicat me anima tua.* Vide, obsecro, iterum justum perturbari, et mente cruciari. Nam ut audivit, 32. *Dixit: Quis es tu? Ille autem dixit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau.* Vide quomodo superbe se gerat in re præsentis: non satis ipsi fuit dicere, *Ego sum Esau:* sed addidit, *Primogenitus.* 33. *Obstupuit autem Isaac stupore vehementi, et dixit: Quis igitur venatus est mihi venationem, et attulit mihi, et comedi de omnibus antequam tu venires: et benedixi eum, et sit benedictus? Vide quomodo in perplexitate constitutus justus, et narrans factum, addidit tamen graviter illius animum vulnerans: Et*

ὁ Θεὸς εἰς ἔργον τὴν πρόβρῃσιν αὐτοῦ ἀγαγεῖν, ἅπαντα οὕτως ὠκονόμησε γενέσθαι. Καὶ ἵνα μάθῃς; [517] ὅτι ὁ Θεὸς τῶν ὅλων ἐξευμαρίξων, καὶ τὰ δύσκολα εὐκολα ποιῶν, ὅρα πῶς ὁ δίκαιος οὐκ ἰδυνήθη συνιδεῖν τὴν ἀπάτην, ἀλλὰ καὶ πείθεται τοῖς παρὰ τοῦ Ἰακώβ βῆθεις, καὶ ἀπολαύσας τῶν ἐδεσμάτων ἀμείβεται αὐτὸν ταῖς εὐλογίαις. Καὶ οὐ πρότερον παραγίνεται ἀπὸ τῆς θήρας ὁ Ἡσαῦ, μέχρις ὅτε πάντα τέλος ἔλαβεν, ἵνα διὰ πάντων γνῶμεν ὅτι κατὰ Θεοῦ γνῶμην τὸ γινόμενον ἦν. *Ἐἶπε δέ, φησὶν, Ἰσαὰκ· Τι τοῦτο, ὅτι ταχὺ εὔρες, ὦ τέκνον; Ὁ δὲ εἶπεν· Ὁ παρὲδωκε Κύριος ὁ Θεός σου ἐναντίον ἐμοῦ.* Ἐτι ἐναγωνίως εἰστήκει ὁ Ἰακώβ, καὶ ἤβητο αὐτῷ τὰ τοῦ φόβου, καὶ πάντα ἐγένετο, ἵνα μάθωμεν δι' αὐτῶν ὅτι ὁ φιλόκωπος Δεσπότης οὐκ ἀπλῶς τὴν οἰκίαν ἐπιδείκνυται πρόνοιαν, ἀν μὴ πολλὴν ἴδῃ καὶ τὴν παρ' ἡμῶν θερμότητα γινομένην. Μὴ γάρ μοι παραδράμῃς, ἀγαπητέ, τοῦτον νῦν τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ σκόπει ὅτι περὶ τοῦ παντὸς ἦν αὐτῷ ὁ κίνδυνος, καὶ ἐδεδοίκε καὶ ἔτρεμε μὴ δι' εὐλογίαν κατάρως ὑπεύθυνος γένηται. *Ἐἶτά φησιν, Ἐἶπε δὲ Ἰσαὰκ· Ἐγγισόν μοι, καὶ ψηλάφησω σε, τέκνον, εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου Ἡσαῦ, ἢ οὐ.* Ἀπὸ γὰρ τῆς φωνῆς ἡρέμα πῶς ἐνεδοίαζεν ὁ δίκαιος· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐχρῆν τὴν οικονομίαν εἰς ἔργον ἐξελεῖν, οὐ συνεχωρήθη συνιδεῖν τὴν ἀπάτην. *Ἐγγισε δέ, φησὶν, Ἰακώβ, καὶ ἐψηλάφησεν αὐτὸν καὶ εἶπεν· Ἡ μὲν φωνή, φωνὴ Ἰακώβ· αἱ δὲ χεῖρες, χεῖρες Ἡσαῦ· καὶ οὐκ ἐπέγνω αὐτόν.* Ὅρα πῶς δείκνυται ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἦν τὸ πᾶν, τῆς παρασκευασθούσης καὶ αὐτὸν μηδὲν τῶν γινομένων συνιδεῖν, καὶ τὸν Ἰακώβ ἀπολαύσαι τῆς πατρικῆς εὐλογίας. *Καὶ οὐκ ἐπέγνω αὐτόν, φησὶν· ἦσαν γὰρ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ὡς αἱ χεῖρες Ἡσαῦ. Καὶ εἶπεν· Εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου Ἡσαῦ;* Ὅρα πάλιν πῶς δείκνυσιν ἡ θεία Γραφή ὅτι ἐδίσταζεν ὁ δίκαιος. *Ἐἶπε γάρ, Εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου Ἡσαῦ;* ἵνα καὶ ἐκ τούτου πάλιν γνῶμεν, ὅτι ὁ πατὴρ μὲν ἠττηθεὶς τῇ φυσικῇ φιλοστοργίᾳ ἅπαντα διεπράττετο· ὁ δὲ Θεὸς ὁ τὰ μέλλοντα προορῶν, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν τρόπων ἀρετῆς χαρακτηρίζων καὶ δεικνύς τοὺς ἑαυτοῦ θεράποντας, οὕτως ἅπαντα οἰκονομεῖ. *Καὶ εἶπε, φησὶν· Ἐγὼ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, Εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου Ἡσαῦ;* καὶ εἶπεν, Ἐγὼ εἶπε, Προσαγάγε μοι, καὶ φάγομαι ἀπὸ τῆς θήρας σου, τέκνον, ἵνα εὐλόγησῃ σε ἡ ψυχή μου· μόλις ποτὲ τῆς ἀγωνίας λοιπὸν ἀπηλλάγη ὁ Ἰακώβ, *Καὶ προσήνεγκε τῷ πατρὶ τὰ ἐδέσματα, καὶ εἰσηνεγκεν οἶνον, καὶ εἶπε. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐγγισόν μοι, καὶ φίλησόν με, τέκνον. Καὶ ἐγγίσας ἐφίλησεν αὐτόν· καὶ ὡσφράνθη τὴν ὀσμήν τῶν ἱματίων αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησεν αὐτόν, καὶ εἶπεν.* Ὅρα τῆς θείας Γραφῆς τὴν παρατήρησιν. Ἐπειδὴ ἠρώτησεν, *Εἰ σὺ εἶ Ἡσαῦ;* καὶ εἶπεν, Ἐγὼ, καὶ πάλιν ἐψηλάφησεν αὐτόν, καὶ ἡρέμα πῶς ἐνεδοίαζεν ὑπὸ τῆς φωνῆς εἰς ὑπόνοιαν τινα καὶ ὑπόκρισιν ἐμπεσῶν, καὶ πάλιν ἠρώτησεν, *Εἰ σὺ εἶ ὁ υἱός μου Ἡσαῦ;* καὶ εἶπεν, Ἐγὼ, εἶτα προσήνεγκεν αὐτῷ, καὶ ἔφαγε τότε, φησὶν, *Ἐφίλησεν αὐτόν, καὶ εὐλόγησεν αὐτόν.* Ἴνα μὴ νομίση τις ὅτι εἰς τὰ τοῦ Ἡσαῦ πρόσωπον τὴν εὐλογίαν [518] ἐποίησατο, ἀλλ' εἰς ἐκεῖνον τὸν ὑπ' αὐτοῦ φιληθέντα· διὰ τοῦτο ἐμνημόνευσεν ἡ θεία Γραφή, ὅτι καὶ ἐφίλησε, καὶ ἠλόγησεν ἐκεῖνον τὸν ὑπ' αὐτοῦ φιληθέντα. *Ὁσφράνθη δέ, φησὶν, τὴν ὀσμήν τῶν ἱματίων αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησεν αὐτόν, καὶ εἶπεν· Ἴδού ὀσμήν τοῦ υἱοῦ μου, ὡς ὀσμή ἀγροῦ κίβρους, ὃν ἠλόγησε Κύριος. Καὶ ὄσσει σοι Κύ-*

* Hic quædam exciderant in Morel. δι' ὁμοιοτέλειον, quæ in Savil. et in quatuor mss. habentur et ab interprete lecta sunt.

ριος ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς αἰσθητοῦ τῆς γῆς, καὶ κλήθος σίτου καὶ οἴνου. Δώσει, φησὶ, σοὶ τῷ τὰ ἐδέσματα προσενεγκόντι, τῷ παρ' ἐμοῦ φιληθέντι. Καὶ δουλεύσατέωσαν σοὶ ἔσθη. Ὅρα πῶς τῶν τῶν ἀναγκαίων ἀφθονίαν αὐτῷ ἐπιπέζατο, εἶτα τὴν ἀρχὴν τῶν ἐθνῶν, προμηνύων ἤδη τὴν μέλλουσαν αὐτῷ ἔσεσθαι εὐμερίαν, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ τιχτομένων τὴν ἐπίδοσιν. *Καὶ προσκυνήσατέωσαν σοὶ ἀρχοντες.* Οὐ μόνον τὴν τῶν ἐθνῶν ὑποταγὴν αὐτῷ ἐπέυχεται, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρχόντων. *Καὶ γίνου κύριος τοῦ ἀδελφοῦ σου.* Ὅρα πῶς ὑπηρετεῖται καὶ ἀγνοῶν ὁ δίκαιος τῇ τοῦ Θεοῦ γνῶμῃ. Καὶ ἅπαντα ταῦτα διὰ τοῦτο ὠκονομεῖτο, ἵνα οὕτως ὁ διὰ τὴν ἀρετὴν ἄξιος, αὐτὸς καρπίσῃται τὴν εὐλογίαν. *Καὶ προσκυνήσουσὶ σοὶ οἱ υἱοὶ τοῦ πατρὸς σου.* Υἱὸς εἰώθεν ἡ Γραφή καλεῖν πᾶσαν τὴν συγγένειαν· ὡς καὶ ἐνταῦθα, τοὺς υἱοὺς τοῦ πατρὸς σου, ὡς ἂν εἴποι τις, τοὺς ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ Ἡσαῦ ἔσεσθαι μέλλοντας. Οὐδὲ γὰρ ἕτερον παῖδα ἔσχεν ὁ Ἰσαὰκ, ἀλλ' ἡ τούτους μόνους. *Ὁ καταρώμενός σε, ἐπικατάρατος· ὁ δὲ εὐλογῶν σε, ἐυλογημένος.* Ἴδού ἡ κορωνὶς τῆς εὐλογίας, ἵδού τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ἀπάντων, τὸ εὐλογημένον εἶναι. Εἶδες Θεοῦ φιλοκωπέαν; Ὁ δεδοικὺς μὴ κατάραν ἐπισπάσθαι ἀντὶ εὐλογίας, οὐ μόνον μετὰ τὸσαύτης θαφιλίας τὰς εὐλογίας κομίζεται παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνοις ἀρᾶται τοῖς ἐπιχειροῦσιν αὐτὸν καταρᾶσθαι. Ἐντεῦθεν μανθάκωμεν ὅτι ἐπειδὴν τις κατὰ τὰ τῷ Θεῷ δοκούντα τὰ καθ' αὐτὸν οἰκονομεῖν βούληται, τοσαύτης ἀπολαύει τῆς ἀνωθεν συνεργείας, ὡς αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς πείρας αἰσθησὶν λαβεῖν. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐκπλαγίσῃ καὶ θαυμάσειε τοῦ Θεοῦ τὴν ἀφατον οἰκονομίαν, ὅτι οὐ πρότερον ὁ Ἡσαῦ ἀπὸ τῆς θήρας παραγέγονε, μέχρις ὅτε πέρας ἔλαβεν ἡ τοῦ δρᾶματος ὑπόθεσις, κακεῖνος δεξάμενος τὰς εὐλογίας παρὰ τοῦ πατρὸς ἀνεχώρησε; Τοῦτο γὰρ ἡμᾶς διδάξει βουλόμενος ὁ μακάριος Μωϋσῆς ἐπιγαγε· *Καὶ ἐγένετο μετὰ τὸ παύσασθαι τὸν Ἰσαὰκ εὐλογοῦντα Ἰακώβ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἐγένετο ὡς ἐξῆλθεν ἀπὸ προσώπου Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἵδού Ἡσαῦ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἦλθεν ἀπὸ τῆς θήρας.*

δ. Ὅρα πῶς μετὰ τὴν τούτου ἔξοδον ἐκεῖνος εὐθέως παρεγένετο, οὐκ ἀπλῶς οὐδὲ εἰκῆ, ἀλλ' ἵνα ἀγνοῶν προσαγάγῃ καὶ αὐτὸς τὰ ἐδέσματα, καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς μάθῃ ἅπασαν τοῦ πράγματος τὴν ὑπόθεσιν. Εἰ γὰρ ἐφθῆ καταλαβὴν τὸν ἀδελφὸν, ἴσως ἂν αὐτὸν καὶ διεχειρίσατο ἠττημένους ὑπὸ τοῦ θυμοῦ· ὁ γὰρ μετὰ ταῦτα τοῦτο βουλευσάμενος, πολλῶν μᾶλλον ἐν ἀκμῇ τοῦ πράγματος τούτου ἂν εἰργάσατο. Ἄλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ χεὶρ ἦν ἡ τὸν παῖδα διασώζουσα, καὶ τοῦτον μὲν ἄξιον τῆς εὐλογίας ἀπεργασαμένην, ἐκεῖνον δὲ [519] ἀποστερήσασα καὶ τῆς εὐλογίας καὶ τῶν πρωτοτοκίων. *Παραγενόμενος δέ, φησὶν, ἐποίησε καὶ αὐτὸς ἐδέσματα, καὶ προσήνεγκε τῷ πατρὶ αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· Ἀναστῆτω ὁ πατὴρ μου, καὶ φαγέτω τῆς θήρας τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅπως εὐλόγησῃ με ἡ ψυχή σου.* Ὅρα μοι πάλιν τὸν δίκαιον ἐν θυροῦθι γενόμενον καὶ διαταραττόμενον τὴν λογισμὸν. Ἀκούσας γὰρ, φησὶν, *Ἐἶπε· Τίς εἶ σὺ; Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐγὼ εἰμι ὁ υἱός σου ὁ πρωτότοκος Ἡσαῦ.* Ὅρα πῶς μεγαλοφρονῶν ἐπὶ τῷ πράγματι ε, οὐκ ἵρκεσθη τῷ εἶπειν, *Ἐγὼ εἰμι Ἡσαῦ, ἀλλὰ προσέθηκεν, Ὁ πρωτότοκος.* *Ἐξέστη δὲ Ἰσαὰκ ἔκστασιν μεγάλην σφόδρα, καὶ εἶπε· Τίς οὖν ὁ θηρεύσας μοι θήραν, καὶ εἰσηνεγκας μοι, καὶ ἔφαγον ἀπὸ πάντων πρὸ τοῦ σὲ ἐλθεῖν, καὶ εὐλόγησα αὐτόν, καὶ εὐλογημένος ἔστω;* Ὅρα πῶς καὶ εἰς ἀπορίαν γεγωνὺς ὁ δίκαιος, καὶ διηγούμενος αὐτῷ τὸ συμβᾶν, ὁμως προσέθηκε,

δ Sex mss. τὴν γενεάν. ε Colol. προσαγάματι.

καιριαν εκείνη διδούς τὴν πληγὴν, τὸ, *Και εὐλόγηκα αὐτὸν, και εὐλογημένος ἔστω.* Τοῦτο δὲ ἔποιεῖς ὁ δίκαιος τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ὀδηγούσης αὐτοῦ τὴν γλώτταν, ἵνα πάντα μετὰ ἀκριβείας ἐκείνος μαθὼν εἰδέναι ἔχη, ὡς οὐδὲν αὐτῷ πλέον ἔσται οὔτε ἀπὸ τῶν πρωτοτοκίων, οὔτε ἀπὸ τῆς θήρας. *Ἀκούσας δὲ, φησὶν, Ἦσαῦ ἀνεβόησε φωνῇ μεγάλῃν σφόδρα και πικράν.* Τί ἐστὶ, *Φωνῇ μεγάλῃν σφόδρα και πικράν;* Τὸν θυμὸν ἠνίκατο διὰ τὸ ῥήματος, και τῆς ὀργῆς, ἧς ἐπλήσθη ταῦτα μαθὼν, τὴν ὑπερβολήν. *Και εἶπεν, Εὐλόγησον δὴ καμὲ, πάτερ.* Εἶπε δὲ αὐτῷ: *Ἐλθὼν ὁ ἀδελφός σου μετὰ δόλου, ἔλαβε τὴν εὐλογία σου.* Προλαβὼν, φησὶν, ὁ ἀδελφός σου τὴν εὐλογίαν πᾶσαν ἐπεσπάσατο μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας. Καὶ ἵνα γινῶς, ὅτι ἡ ἀνωθεν χάρις ἦν ἡ τὸν δίκαιον ἀπατήθηναὶ συνεργήσασα, ὅρα πῶς αὐτὸς τοῦτο ὁμολογεῖ λέγων, *Ἐλθὼν ὁ ἀδελφός σου μετὰ δόλου, μονονουχὶ ἀπολογούμενος τῷ παιδί, και διδάσκων αὐτὸν, ὅτι Ἄγνωσθ' ἐπ' ἐκείνῳ τὰς εὐλογίας ἐποίησάμην, και ὅτι εἰς ἐξ ἐκείνων ἐτοιμος ἦμην ποιήσασθαι· ἀλλ' ἐκείνος, Ἐλθὼν μετὰ δόλου, ἔλαβε τὴν εὐλογία σου·* τὰ σοὶ παρασκευασθέντα ἐκείνος ἐδέξατο· οὐ παρὰ τὴν ἐμὴν δὲ αἰτίαν γέγονε. *Και εἶπε, φησὶν, Ἦσαῦ· Δικαίως ἐπεκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακώβ· ἐπέτρικε γάρ με ἡδὴ δευτερον τοῦτο· τὰ τε πρωτοτόκιά μου εἰλήσει, και νῦν εἰλήσει τὴν εὐλογία μου.* Οὐ μάτην, φησὶ, τῆς προσηγορίας ταύτης ἡξιώθη· πεπερισμὸς γάρ ἐρμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὅπερ οὗτος εἰς ἐμὲ ἐπεδείξατο, και τῶν πρωτοτοκίων ἀποστερήσας και τῆς εὐλογίας. Τί οὖν ὁ Ἦσαῦ πρὸς Ἰσαάκ; *Οὐχ ὑπελίπου μοι εὐλογία, πάτερ;* Ἀποκριθεὶς δὲ Ἰσαάκ εἶπεν αὐτῷ· *Μάνθανε, φησὶν, ὅτι πάσας εἰς αὐτὸν ἐξέχεα τὰς εὐλογίας, Εἰ κύριον αὐτὸν ἐποίησά σου.* Ὅρα πῶς εὐθέως ἀπὸ τούτου ἄρχεται, και οὐδὲν ἕτερον λέγει, ἀλλὰ τὴν δουλείαν αὐτῷ σημαίνει και τὴν ὑποταγήν· και φησὶν, *Εἰ κύριον αὐτὸν ἐποίησά σου, και πάντα τοὺς ἀδελφούς αὐτοῦ οἰκέτας, σίτω και οἶνω ἐστήριξα αὐτὸν· σοὶ δὲ τί ποιήσω, τέκνον;* Οὐδὲν ἕτερον λοιπὸν ὑπολείπεται· εἰ δεσπότην αὐτὸν ἐποίησά σου, και πάντα αὐτοῦ οἰκέτας τοὺς ἀδελφούς, και [520] τῶν ἀναγκαίων αὐτῷ τὴν ἀφθονίαν ἐπηξάμην, τί λοιπὸν ἕτερον λείπεται; *Εἶπε δὲ Ἦσαῦ πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ· Μὴ εὐλογία μί μοι ἔστι, πάτερ; Εὐλόγησον δὴ καμὲ.* Ἐπειδὴ ἤκουσε τοῦ πατρὸς εἰπόντος, *Και εὐλόγησα αὐτὸν, και εὐλογημένος ἔσται,* εἶτα και τὴν εὐλογίαν αὐτῷ πᾶσαν δὴλην ἐποίησε, τότε φησὶν, *Εὐλόγησον δὴ καμὲ, πάτερ· μὴ γάρ μοι ἔστιν εὐλογία;* Μὴ γάρ οὐχ ἱκανὸς σὺ καμὲ ἀξιώσας τῆς παρὰ σοῦ εὐλογίας, τὸν οὕτω παρὰ σοῦ ἀγαπώμενον, τὸν πρωτότοκον, τὸν διὰ τὴν θύραν παρὰ σοῦ ἀποσταλέντα; Συνέγειε διὰ τῶν ῥημάτων τὸν πατέρα. *Καταρυχθέντος γάρ, φησὶν, Ἰσαάκ ἀνεβόησε φωνῇ Ἦσαῦ, και ἔκλαυσεν.* Εἶδε τὸν πατέρα ἐν ἀμηχανίᾳ ὑπάρχοντα, και οὐ δυνάμενον, οὐδὲ ἀνεχόμενον ἀνατρέψαι τὰ ἡδὴ γεγονότα· και ὁ μὲν τῇ βοῇ και κλαυθμῶν προσέβηκεν, εἰς πλείονα συμπάθειαν ἀγαγεῖν τὸν πατέρα βουλόμενος. Οἰκτεῖρας δὲ αὐτὸν ὁ Ἰσαάκ, εἶπεν αὐτῷ· *Ἰδοὺ ἀπὸ τῆς πίστεως τῆς γῆς ἔσται ἡ κληρονομία σου, και ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ ἀνωθεν, και ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ σου ζῆση, και τῷ ἀδελφῷ σου δουλεύσεις· ἔσται δὲ ἡρῖκου ἂν καθέλης και ἐκλύσεις τὸν ζυγὸν αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ τραχήλου σου.* Ἐπειδὴ, φησὶ, και αὐτὸς τῆς παρ' ἐμοῦ εὐλογίας ἀπολαύσαι ἐπιθυμεῖς, μάνθανε ὅτι οὐχ οἶόν

* Sex. mss. et Sav. πρωτοτόκων. Morel. melius πρωτοτοκίων.

τέ με ἐναντία τῇ τοῦ Θεοῦ γνώμῃ διαπράξασθαι· ἀλλὰ και σοὶ μὲν ἐπεύχομαι τὴν ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ ἀπολαύσιν· Ἰσθὶ δὲ μέλλων πολεμικὸν ἀναδέξασθαι βίον· *Ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ γάρ σου ζῆση, και τῷ ἀδελφῷ σου δουλεύσεις.*

ε'. Ἀλλὰ μηδεὶς ἀκούων ταῦτα ξενιζέτω, ὁρῶν μετὰ ταῦτα τὸν ἀδελφὸν ἀλλήτην γενόμενον διὰ τὸν παρὰ τοῦτου φόβον, και εἰς τὴν ἄλλοτριαν ἐπιειγόμενον, μηδὲ τοῖς προομιόμοις προσέχων, νομιζέτω διαπίπτειν τὴν πρόβησιν. Ὅταν γάρ ὁ δεσπότης τι ὑπόσχεται, και ἐναντία τῶν ὑποσχέσεων ἴδωμεν ἐν τοῖς προομιόμοις ἐκβαίνοντα, μὴ θορυβώμεθα· οὐ γάρ οἶόν τέ ποτε μέχρι τέλους διαμαρτεῖν. Τοῦτο δὲ γίνεται, ἵνα λαμπρότεροι διὰ πάντων οἱ δίκαιοι δεικνύμενοι, τὴν περιουσίαν τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως καταδόχλον ἡμῖν ἀπασί γενέσθαι παρασκευάσωσι. Καὶ ἐφ' ἐκάστου τῶν δικαίων τοῦτου εὐρήσεις, εἰ βουλευθείης ἀπάσας μετὰ ἀκριβείας κατιδεῖν τὰς ἱστορίας, ὁ δὴ και νῦν γεγένηται. Μὴ γάρ δὴ τοῦτο ἴδης, ὅτι νῦν εὐθέως φυγὰς ἐγίνετο, ἀλλὰ τὴν μετὰ ταῦτα περιφάνειαν λογίζου, και ὅτι τοῦ χρόνου παραδραμόντος αὐτὸς οὗτος ὁ φοβερός αὐτῷ γεγονός τὸσαύτην περὶ αὐτὸν ἐπιδεικνύεται τὴν αἰδῶ, και ὅτι εἰς τοσαύτην ἤλθε δόξαν μετὰ τὴν ἐπὶ τῆς ξένης τάλαιπωρίαν, ὡς και τοὺς ἐξ αὐτοῦ τεχθέντας εἰς ἀπειρον πλῆθος ἐκταθῆναι, και διὰ τῆς τοῦτου προσηγορίας ἅπαν τὸ ἔθνος χαρακτηρίζεσθαι. Νυνὶ δὲ διδάσκουσα ἡμᾶς ἡ θεία Γραφή τοῦ ἀδελφοῦ τὸν θυμὸν, και ὅτι πρὸς φόβον ἀπέβλεπε, φησὶ· *Και ἐνεκότες Ἦσαῦ τῷ Ἰακώβ περὶ τῆς εὐλογίας, ἧς ἠεὶ εὐλόγησεν αὐτὸν ὁ πατήρ αὐτοῦ.* Καὶ ἵνα μάθωμεν, ὅτι οὐχ ἀπλῶς ὀργὴ ἦν πρόσκαιρος τοῦτο, διὰ τῆς λέξεως ἐσημανεν ἡμῖν τῆς κακίας αὐτοῦ τὴν ὑπερβολήν. *Ἐνεκότες γάρ, φησὶν, ἀντὶ τοῦ, ἐνέκειτο, ἐπέμενε, ὡς και διὰ τῶν ῥημάτων τὴν ἐν τῷ βῆθει κρυπτομένην γνώμην φανεράν καταστήσας.* Εἶπε γάρ, φησὶν, *ἐν τῇ διανοίᾳ· Ἐγγισάτωσαν αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους τοῦ πατρὸς μου, ἵνα ἀποκτείνω Ἰακώβ τὸν ἀδελφόν μου.* Ὅντως ἄρα και τῶν μαινομένων αὐτῶν οὐκ ἔλαττον ὁ θυροῦμενος παραπαλεῖ. Σκόπει [521] γάρ, ὅπως καλῶς τοὺς μαρινομένους ὁ δαίμων ἐκείνος ἐπεισελθὼν ἐκφρονας ἐργάζεται, και ἐναντία τοῖς ὀρμημένοις διαπράττεσθαι ἀναπειθεῖ. Οὐ γάρ ὀρῶσιν ὑγιῶς, οὔτε ἕτερον τι διαπράττονται τῶν χρησίμων, ἀλλὰ καθάπερ τὰς αἰσθήσεις πεπνηρωμένοι, και τὸ διακριτικὸν διαφθεβεραντες, οὕτως ἅπαντα ἐργάζονται. Οὕτω και ὁ θυμοῦμενος, οὐ τοὺς παρόντας ἐπιγινώσκουσιν, οὐ συγγενείας μέμνηνται, οὐ φίλας, οὐ συνθελας, οὐκ ἀξιώματος, οὐκ ἄλλου τινὸς ἔνοιαν λαμβάνουσιν, ἀλλ' ὅλοι ὑπὸ τοῦ θυμοῦ τυραννοῦμενοι κατά κρημνῶν φέρονται. Τί οὖν ἂν εἴη τῶν τοιούτων ἑλεεινότερον, ὅταν ἀλόντες ὑπὸ τοῦ πάθους, και ἀχμάλωτοι γενόμενοι, και πρὸς φόβον εἰσίνονται; Διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Παῦλος τὴν ῥίζαν ἀποσπάσαι βουλόμενος τοῦ κακοῦ, γράφων παρήνει, οὕτω λέγων, *Πᾶσα ὀργὴ και θυμὸς και κραυγὴ ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ.* Οὐ μόνον, φησὶ, θυμοῦσθαι ὑμᾶς οὐ βούλομαι, οὐδὲ μὴ ὀργίζεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ μετὰ κραυγῆς τοῖς πλησίον διαλέγεσθαι, κραυγὴν ἐνταῦθα λέγων, τὴν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ γινομένην. Ὅταν γάρ τὸ πάθος ἐνδοθεν διεγείρηται, και ἡ καρδία οἰδαίνῃ, οὐκ ἔτι λοιπὸν ἡ γλῶσσα ἡρέμα φθέγγεσθαι ἀνέχεται, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν τῆς καρδίας ἐμφαίνουσα, μετὰ κραυγῆς τῷ πλησίον διαλέγεσθαι παρασκευάζει. Βουλόμενος οὖν ἐν γαλήνῃ διαγεῖν διηνεκεῖ τοὺς αὐτῷ πειθομένους ὁ μακάριος οὗτος, εἰπὼν, *Πᾶσα ὀργὴ, ἔδειξε τί ἐστὶ Πᾶσα ὀργὴ, ἡ ἀφ' οἴου δὴ ποτε πράγματος κινουμένη· και πᾶς θυμὸς*

benedixi eum, et sit benedictus. Hoc autem faciebat justus, sapientia Dei illius linguam dirigente, ut cum ille omnia diligenter didicisset, scire posset nihil ei profere vel primogenituram, vel venationem. 34. *Auditis sermonibus patris, Esau clamavit voce magna et acerba.* Quid est, *Voce magna et acerba?* Indignationem significavit per verbum, et iram magnam qua succensus est cum hæc didicisset. *Et dixit, Benedic, obsecro, et me, pater.* 35. *Dixit autem ei: Frater tuus venit cum dolo, et accepit benedictionem tuam.* Prior, inquit, frater tuus benedictionem omnem ubertim et copiose abripuit. Et ut sciassupernam gratiam ad hoc fuisse cooperatam, ut justus deciperetur, vide quomodo ipse hoc fateatur dicens: *Venit frater tuus cum dolo: quasi excuset se apud filium, et illum doceat dicens, Ignorans illi benedictiones impendi, et paratus eram tibi eas largiri: sed ille Venit cum dolo, et accepit benedictionem tuam; quæ tibi præparata erant, ille præripuit: non hoc mea culpa factum est.* 36. *Et dixit, inquit, Esau: Recte vocatum est nomen ejus Jacob; supplantavit enim me jam secundo: et primogenita mea tulerat, et nunc accepit benedictionem meam.* Non in vanum, inquit, nomen hoc sortitus est: supplantationem enim interpretatur nomen ejus (*a*): id quod hic in me declaravit, et primogenitura et benedictione me privans. Quid igitur ad Isaac Esau: *Non reservasti et mihi benedictionem, pater?* 37. *Respondit autem Isaac, et dixit Esau: Disce, inquit, quod omnes benedictiones in eum effudi, Cum eum fecerim dominum tuum.* Vide quomodo statim ab hoc exorditur, et nihil aliud ei quam servitutem significat et subjectionem: ac dicit: *Si eum feci dominum tuum, et omnes fratres ejus servos, frumento et vino stabilivi eum: tibi autem quid faciam, fili?* Nihil aliud ultra relictum est: cum dominum eum fecerim tuum, et omnes fratres famulos, et rerum necessariorum ubertatem precatus ei sim, quid aliud ultra relictum est? 38. *Dixit autem Esau ad patrem suum: Num benedictio una tibi est, pater? Benedic, obsecro, et me.* Quoniam audivit patrem dicentem: *Et benedixi eum, et benedictus erit,* atque omnem illi deinde benedictionem manifestavit: tunc inquit, *Benedic, obsecro, et me, pater: num una tibi benedictio est?* Non potes et mihi tuam benedictionem impartiri, qui ita a te diligor, qui primogenitus, qui a te in venationem missus sum? Conturbavit patrem verbis. *Compuncto autem Isaac, inquit, clamavit voce magna Esau, et flevit.* Vidit patrem consilio destitutum, et non posse, neque velle revocare quæ facta sunt: et clamori etiam adjecit ploratum, ut ad majorem commiserationem patrem flecteret. Misertus itaque ejus Isaac dixit ei: 39. *Ecce de pinguedine terræ erit habitatio tua, et de rore cæli desuper, 40. et in gladio tuo vives, et fratri tuo servies: erit autem quando depones et exsolves jugum ejus a collo tuo.* Quoniam, inquit, et ipse meam benedictionem desideras, disce non esse possibile ut agam quæ divinæ voluntati adversa sunt; sed et tibi quidem apprecor, ut rore cæli fruaris: scias

(a) עֵקֶב *Ekeb* Hebræis est *planta pedis*, sive etiam *supplantatio*, unde factum עֵקֶב.

autem te militarem vitam acturum esse: nam *In gladio tuo vives, et fratri tuo servies.*

8. Cæterum nullus hæc audiens miretur, videns post hæc fratrem ejus vagantem ob illius metum, et in terram alienam contendentem: neque initia attendens, existimet vaticinium excidere. Nam quando Dominus aliquid pollicetur, etsi contraria iis quæ pollicetur videamus in principio evenire, non turbemur: neque enim possibile est ut ad finem usque promissa excidant. Hoc autem fit, ut dum justi per omnia fulgidiores redduntur, abundantiam virtutis Dei manifestam nobis omnibus faciant. Et in unoquoque justorum hoc invenies, si volueris historiis singulas diligenter animadvertere, quod sane nunc quoque factum est. Ne hoc attendas, quod nunc statim profugus sit, sed cogita gloriam quæ posthac sequetur; ut quomodo temporis processu hic ipse sic terribilis illi factus, tantam erga eum declaret reverentiam: quomodo item in tantam venerit gloriam post ærumnas, quas in terra aliena tulit, ut qui ex ipso nati sunt, in immensam multitudinem propagentur, et ejus nomine tota gens cognominetur et insigniatur. Nunc autem docet nos divina Scriptura fratris indignationem, qua ad homicidium spectabat, inquit: 41. *Et odio gravi prosequeretur Esau Jacob propter benedictionem, quam dixerat eum pater suus.* Et ut seianus non fuisse simplicem subitanam iram, per dictionem nobis significavit malitiæ ejus excessum. *Gravi odio prosequeretur, dicit: hoc est, instabat et perseverabat odium, ita ut et mentem in profundo latentem per verba significaret.* *Dixit enim in corde suo: Appropinquant dies luctus patris mei, ut occidam Jacob fratrem meum.* Vere omnino is qui irascitur non minus quam ii qui furiosi sunt, insanit. Considera enim quomodo dæmon ille sicut insanientes subingressus, mente destituit quos corripit, et suadet ut plane contraria faciant iis quæ oculis videntur. Neque enim recte vident illi, neque aliud quiddam faciunt: sed quasi hebetatis sensibus, et judicandi vi amissa, faciunt omnia. Ita sane et qui irascuntur, non agnoscent præsentem, non memores sunt cognationis, non amicitiam, non consuetudinem, non dignitatem, neque quidquam aliud in mentem admittunt, sed iræ vi pressi, in præceps miserabiliter feruntur. Quid igitur illis miserius fuerit, quando victi et capti ab ægritudine animi etiam ad homicidium festinant? Propterea beatus Paulus radicem hujus mali volens extirpare, admonet, sic scribens: *Omnis ira et indignatio, et clamor auferatur a vobis cum omni malitia (Ephes. 4. 31).* Non solum, inquit, nolo vos succensere et indignari, et irasci, sed neque cum clamore proximis loqui: clamorem hic dicens, qui ab ira nascitur. Quando enim morbus hic intrinsecus excitatur et cor tumet, non jam sinit ut lingua placide loquatur; sed affectionem cordis demonstrans, efficit ut clamose cum proximo loquatur. Volens igitur beatus ille sibi obtemperantes in perpetua versari tranquillitate, dixit: *Omnis ira (hoc est, a quacumque causa moveatur), et omnis indignatio et omnis clamor tollatur a vobis: deinde radicem hujus*

mali volens arefacere, et inutilem reddere, dicit: *Cum omni malitia*. Nam qui sic afficitur, semper in portu sedet a terrenis fluctibus liber; et neque tempestatem timet, neque naufragium; sed quasi in tranquillitate navigans, vel in placido portu sedens, ita presentem vitam trahit, non solum ab omni perturbatione liber, sed et immortalium et ineffabilium bonorum fructus sibi per omnia concilians: qui nobis omnibus concedantur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri, et sancto Spiritui sit gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LIV.

Rebecca autem vocato filia suo juniore dixit ei
(Gen. 27. 42).

1. *Gratiæ divinx auxiliium. Conscientia sufficiens magister.*—Vidistis heri publicani bene affectum animum, et Domini ineffabilem misericordiam, et Judæorum stupiditatem immensam (a)? Vidistis quomodo omnes nos erudierit beatus Mathæus, statim obediens, et tantam morum mutationem præ se ferens: quia in voluntate vestra, post supernam gratiam, sitæ sunt et virtutes, et vitia: et quia studio nostro possumus fieri virtutibus conspicui; et contra desides facti, in peccati præcipitium deferri? Hoc enim est quo a brutis differimus, quia ratione insigniti sumus a benigno Deo, et in natura nostra insita est scientia boni et mali. Nullus ergo prætexat, se ex ignorantia virtutem negligere, vel quia nullum habeat viæ ducem et commonstratorem. Sufficentem enim magistrum habemus conscientiam, et fieri non potest, ut quis illo adjumento privetur. Nam simul cum formatione hominis insita est illi scientia faciendorum, ut rectum suum animum declarans in presenti vita, quasi in palæstra quadam exercitatus ad virtutum labores, probitatis virtutisque præmia reportet, et brevi tempore in laboribus decursu, perpetuas coronas mereatur, atque in fluxu hoc sæculo virtutem amplexatus, æternis bonis in infinita sæcula fruatur. Id sane scientes, fratres, nostram ne perdamus nobilitatem, ne simus post tantam beneficentiam ingrati, ne sectemur voluptates, quæ tam brevi tempore durant, perpetuum dolorem nobis accersentes: sed ante nos semper intuentes oculum illum qui numquam sopitur, qui et abscondita cordis novit, res nostras ita instituamus et moderemur, et muniti armis Spiritus bene affectum animum exhibeamus, ut superno fruente auxilio, devicto hoste illo et adversario nostro, ejusque machinamenti inutilibus redditis, bonis illis frui valeamus, quæ promisit Dominus diligentibus se. Ne ergo quis spectet ad laborem virtutum, sed lucrum inde partum cogitans prompte labores suscipiat. Nam si ii qui in terrenis versantur negotiis, et ad colligendas opes insaniant,

(a) Hic commemoratur homilia ubi de publicano penitente, de Judæorum stupiditate, deque Mathæi apostoli vocatione agebatur: an vero hæc homilia ex editarum numero sit, nondum explorare potui; suspicor tamen ex amissarum numero esse.

omnia prompte suscipiunt faciendæ; et pericula maris, naufragia, piratarum insidias prospicientes non franguntur, nec segniore sunt, quamvis de fine nihil certi habeant: qualem nos habituri sumus defensionem, si non omni studio et alacritate accingamur ad virtutum studia et agones, propter æterna illa bona? Quare ita ingrati sumus benefactori nostro, et neque quæ jam donata sunt versamus animo, neque prociensa cogitamus; sed omnem propemodum oblitum, frustra, et in vanum, quasi pecudes, vitam totam transigimus: animæ quidem nullam habentes curam, ventrem autem solum dirumpentes cibis, atque etiam propter hoc misero corpori perniciem parantes, ac propter intemperantiam et ingluviem innumera nobis negotia facimus et accersimus, dum animam fame perire sinimus? tametsi præstantior anima sit quam corpus, et ablata illa, hoc mortuum relinquatur. Cum igitur oporteret et huic atque illi congrua et convenientia præbere alimenta, modum neque hic, neque illic servantes, utrique nocemus: hoc plus quam oportet anginantes, illam autem fame perire cogentes. Id quod universorum Dominus loco maximæ indignationis aliquando interminatus est Judæorum populo dicens: *Dabo vobis non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi sermonem Domini* (Amos 8. 11); docens nos, illam quidem famem corpus macilentum reddere, hanc autem animam attenuare: id ipsum, quod Dominus tunc supplicii loco illis minabatur, nunc nos sponte nobis attrahimus; idque postquam Deus tantam nostri curam declaravit, et dispensavit, ut cum sacrarum Scripturarum lectione habeamus et a doctoribus admonitiones.

Cum lectione Scripturæ monita Doctorum.—Ideo oro vestram caritatem, ut excussa desidia paululum expergiscamini, et studium omne in animæ salutem transferatis. Sic enim et a Deo benevolentiam uberem attrahetis, nosque alacriores ad docendum vos erimus, quos videbimus consilio nostro parere. Quoniam et agricola, quando videt terram fecundam, culturæ idoneam fructuumque feracem, parat se etiam ipse ut majori studio illam colat: eodem modo et nos si viderimus vestrum in divinis profectum, et vos ea quæ a nobis dicuntur, factis studiose implere, majorem docendi laborem exhibebimus: utpote scientes, nos non in petris seminare, sed in pingui et profunda terra.

2. *Utilitatem, non plausus auditorum, querit Chrysostomus. Radix homicidii invidia.*—Ea enim de causa quotidie vobis concionamur, ut aliquid lucri faciatis, et virtutes vestræ crescant, nosque lætemur vestrum videntes profectum. Numquid enim temere et in vanum dicere volumus, ut a vobis laudum fructus recipiamus, et ut plaudentes manibus recedatis? Non hoc spectamus; absit: sed vestram utilitatem. Mea maxima laus est et summus plausus, si quis a vitii ad virtutem convertatur, si quis antea deses, nostra adhortatione studiosus fiat: hoc et mihi maximum affert solatium et laudem, et vobis lucrum et divitias spirituales. Sed non ambigo, quia multum studii ex-

καὶ πᾶσα κραυγὴ ἀρθήτω ἀφ' ὀμῶν· εἶτα αὐτὴν τὴν
ρίξαν τῆς κακίας ξηρᾶναι βουλόμενος καὶ ἀκαρπον
ἐργάσασθαι, φησὶ, Ἔν πάσῃ κακίᾳ. Ὁ γάρ οὕτω
διακείμενος διηνεκῶς ἐν λιμένι κἀθήται, τῶν ἀπὸ τῆς
γῆς κωμάτων ἀπηλλαγμένος, καὶ οὕτε χειμῶνα δέ-
δοικαν, οὕτε ναυάγιον, ἀλλὰ καθάπερ ἐν γαλήνῃ
πλέων ἢ ἐν εὐδίῳ λιμένι καθήμενος, οὕτως ἔλκει τὸν
παρόντα βίον πάσης ταραχῆς ἐκτὸς ὧν ⁹, καὶ οὐ μό-
νον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀθανάτων καὶ ἀπορρήτων
ἀγαθῶν τὴν ἀπολαυσὶν ἐαυτῶ διὰ πάντων προξενεί-
ων γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φι-
λάνθρωπιᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ
τῷ Πατρὶ, ἀμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος,
τιμῆ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων.
Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΝΔ'.

**Καλέσασα δὲ Ῥεβέκκα τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν γεώ-
τερον, εἶπεν αὐτῷ.**

α'. Εἶδετε θῆξ ἐὰν τοῦ τελώου τὴν πολλὴν εὐγνωμο-
σύνην, καὶ τοῦ Δεσπότη τὴν ὄφασιν φιλάνθρωπιαν,
καὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀναισθησίαν ;
[522] Εἶδετε πῶς ἅπαντας ἡμᾶς ἐπαίδευσεν ὁ μακάριος
Ματθαίος, δι' ὧν οὕτω ταχέως ὑπήκουσε, δι' ὧν
τοσαύτην ἐπεδειξάτο τὴν μεταβολὴν, ὅτι ἐν τῇ προ-
ειρέσει κείται τῇ ἡμετέρῃ, μετὰ τὴν ἀνωθεν χάριν, τὰ
τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας · καὶ ὅτι καὶ σπουδάσαν-
τες δυνάμεθα γενέσθαι ἐνάρτετοι, καὶ βραθυμῆσαντες
κάλιν εἰς τὸν τῆς ἀμαρτίας κρημνὸν καταφερόμεθα ;
Τοῦτο γάρ ἐστιν ὧ τῶν ἀλόγων διεστέκαμεν, τὸ λόγῳ
τετιμηθῆναι ἡμᾶς παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, καὶ
ἐν τῇ φύσει τῇ ἡμετέρᾳ ἐναποκεῖσθαι τὴν γνώσιν τοῦ
χαλοῦ καὶ τοῦ πονηροῦ. Μηδὲς τοίνυν προφασίζεσθαι
ὡς δι' ἄγνοιαν ἀρετῆς ἀμαλῶν, ἢ διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸν
ὑποδεικνύντα τὴν ταύτης ὁδὸν. Ἀρχοῦντα γάρ ἔχο-
μεν διδασκαλὸν τὸ σωεῖδος, καὶ εὐχολοῦν τέ τινα ἀπ-
εσπερηθῆναι τῆς ἐκείθεν βοήθειας. Καὶ γὰρ ἀμα τῇ
πλάσει τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἡ γνώσις τῶν πρακτέων
αὐτῷ ἐναπετέθη, ἵνα τὴν οἰκειὰν εὐγνωμοσύνην ἐπι-
δειξάμενος, καθάπερ ἐν παλαιστῆρ τινὶ, τῷ παρόντι
βίῳ ἐγγυμασάμενος πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς πόνους,
τὰ ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς βραβεῖα κομισθῆναι, καὶ ἐν βραχεῖ
χρόνῳ πονήσας, ἐν διηνεκῇ τῷ αἰῶνι τῶν στεφάνων
ἀξυμωθῆναι, καὶ ἐν τῷ ἐπικτήτῳ τούτῳ αἰῶνι τὴν ἀρετὴν
ἐλόμενος, ἐν τοῖς ἀπείροις καὶ αἰδίῳ αἰῶσι τῶν
ἀθανάτων ἀγαθῶν ἀπολαύη. Ὅπερ εἰδότες, ἀγαπη-
τοὶ, μὴ προδῶμεν ἡμῶν τὴν εὐγένειαν, μὴ ἀγνώμονες
περὶ τὴν τοσαύτην εὐεργεσίαν γενώμεθα, μηδὲ τὸ
πρόσκαιρον τῆς δοκούσης ἡδονῆς μεταδώσαντες,
διηνεκῇ τὴν ὀδύνην ἐαυτοῖς κατασκευάσωμεν· ἀλλὰ
τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν τὸν τὰ ἀπόρρητα τῆς διανοίας
ἐπιστάμενον διηνεκῶς προορῶμενοι, οὕτως ἅπαντα
τὰ καθ' ἑαυτοὺς οικονομῶμεν, καὶ τοῖς ὅπλοις τοῦ
Πνεύματος φραζόμενοι, καὶ τὴν οἰκειὰν εὐγνωμοσύ-
νην ἐπιδειξάμενοι, ἐπισπασώμεθα τὴν ἀνωθεν ῥοπήν,
ἵνα τῆς ἐκείθεν ἀπολαύσεως συμμαχίας, καὶ τοῦ
ἐχθροῦ καὶ πολεμίου περιγενόμενοι, καὶ ἀκυρα αὐτοῦ
καταστήσαντες τὰ μηχανήματα, τῶν ἀγαθῶν ἐκεί-
νων ἀπολαῦσαι δυνηθῶμεν, ὧν ἐπηγγελίκατο τοῖς
ἀγαπίοις αὐτὸν ὁ Κύριος. Μὴ τοίνυν πρὸς τὸν πόνον
τις ὁράτω τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ τὸ ἐντεῦθεν κέρδος λο-
γίζόμενος ἐτοίμως τοὺς ὑπὲρ ταύτης πόνους κατα-
δεχέσθαι. Εἰ γάρ οἱ περὶ τὰ βιωτικὰ στερφόμενοι,
καὶ περὶ τὴν τῶν χρημάτων συλλογὴν μεμηνότες,
ἅπαντα προθύμως καταδέχονται, καὶ τοὺς κατὰ θά-

λατταν κινδύνους, καὶ τὰ ναυάγια, καὶ τὰς τῶν πει-
ρατῶν ἐφόδους προορῶντες, οὐδὲ οὕτως ὀκνηρότεροι
γίνονται, καὶ ταῦτα οὐδὲ θαρβέειν περὶ τοῦ τέλους δυ-
νάμενοι· πόλιν ἡμεῖς ἔξομεν ἀπολογία, τῶν ἀθανά-
των ἐκείνων ἕνεκεν πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀγῶνας
μὴ πάση σπαυδῇ καὶ προθυμίᾳ ἀποδύομενοι ; Τίνας
ἕνεκεν οὕτως ἀγνώμονες περὶ τὸν εὐεργετήν γινόμε-
θα, καὶ οὕτε τὰ ἥδη δωρηθέντα λογίζομεθα, οὕτε τὰ
ἐπαγγεθέντα ἐννοοῦμεν, ἀλλὰ πάντως, ὡς εἰπεῖν,
λήθην ποιησάμενοι, ἀπλῶς καὶ εἰκῆ βουσιμῶν δι-
κην βίον ἅπαντα παρατρέχομεν, τῆς μὲν ψυχῆς οὐδε-
μίαν ἐπιμέλειαν ποιούμενοι, τὴν δὲ γαστέρα μόνην
διαβρόχυντες, καὶ πολλὴν διὰ ταύτης τῷ ταιαπῶρῳ
τούτῳ σώματι τὴν λύμην κατασκευάζοντες, καὶ τοῦτα
μὲν διὰ τῆς ἀμετρίας, καὶ τῆς πολλῆς ἀδηφαγίας
μυρία πρῶγματα κατασκευάζειν ἡμῖν παρασκευάζο-
μεν, τὴν δὲ ψυχὴν λιμῶ τήκεσθαι συγχωροῦμεν ;
[523] καίτοι ψυχὴ σώματος κυριώτερον, καὶ ἐκείνης
ἀπειρηκυίας νεκρὸν τοῦτο καταλείπεται. Δέον οὖν
κάκειν τὴν κατέλληλον καὶ ἀρμόττουςαν παρέχειν
τροφήν ἡμᾶς, ἐκπότεροις λυμαίνομεθα, ἀμετρίαν καὶ
ἐνταῦθα κάκει πολλὴν ἐπιδεικνύμενοι, καὶ τὸ μὲν
ὑπὲρ τὴν χρεῖαν παίνοντες, τὴν δὲ ὑπὸ λιμοῦ δια-
φθειρεσθαι καταναγκάζοντες. Καὶ ὅπερ ὁ τῶν ὀλων
Δεσπότης ἐν τάξει μεγίστης ἀγανακτῆσεως ἠπειλήσῃ
ποτε τῷ τῶν Ἰουδαίων ἔθιμῳ, λέγων, Ἄδωσω ὑμῖν ὅθ
λιμὸν ἀρετοῦ, οὐδὲ δίψην ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ
ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου, διδάσκων ἡμᾶς ὅτι ἐκεῖνος
μὲν ὁ λιμὸς τὸ σῶμα κατατείνειν δύναται, οὗτος δὲ ὁ
λιμὸς αὐτῆς καθικνεῖται τῆς ψυχῆς· τοῦτ' αὐτὸ νῦν,
ὅπερ ἀντὶ τιμωρίας ἐκείνοις ἐπάγειν τότε ἠπειλήσεν ὁ
Δεσπότης, ἡμεῖς ἐκόντες ἐπισπώμεθα, καὶ ταῦτα τοῦ
Θεοῦ τοσαύτην περὶ ἡμᾶς κηδεμονίαν ἐπιδειξαμένους, καὶ
οικονομήσαντες μετὰ τῆς ἀπὸ τῶν Γραφῶν ἀναγκώσεως,
ἔχειν ἡμᾶς καὶ τὴν ἀπὸ τῶν διδασκάλων νοουσίαν.

Δι' ὃ παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, πᾶσαν
βραθυμίαν ἀποτινάξασθαι καὶ διεγερθῆναι μικρὸν,
καὶ πᾶσαν τὴν σπουδὴν μεταθεῖναι ἐπὶ τὴν τῆς
ψυχῆς σωτηρίαν. Οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὴν παρὰ τοῦ
Θεοῦ ἐνοιαν μετὰ δαψιλείας ἐπισπάσθητε, καὶ ἡμεῖς
προθυμότερον τὴν πρὸς ὑμᾶς διδασκαλίαν ποιησώ-
μεθα, ὀρῶντες εἰς ἔργον ἡμῶν ἐκβαίνουσαν τὴν συμ-
βολήν. Ἐπεὶ καὶ γεωργίως, ἐκπεῖσαν βῆ τῆς γῆς τὴν
ἐπιτηδεύσητα πολλὴν παρέχουσαν αὐτῷ τῶν καρπῶν
τὴν φορὰν, καὶ αὐτὸς μετὰ πλείονος τῆς σπουδῆς
πρὸς τοὺς τῆς γεωργίας πόνους ἐπαποδύεται· τὸν
αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμεῖς ἂν θεασοίμεθα τὴν κατὰ
θεὸν ὑμῶν προκοπὴν, καὶ ὅτι τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα
διὰ τῶν ἔργων ἐνδεικνύσθαι σπουδάξωμεν, πλείονα καὶ
αὐτοὶ τὸν πόνον τὸν διδασκαλικὸν ἐπιδειξόμεθα· ἅτε
εἰδότες ὅτι οὐ κατὰ πετρῶν στείρομεν, ἀλλ' εἰς λιπα-
ρὰν καὶ βαθύγειον καταβάλλομεν τὰ σπέρματα.

β'. Διὰ γὰρ οὗτο καθ' ἐκάστην ἡμέραν τὴν πρὸς ὑμᾶς
διδασκαλίαν ποιούμεθα, ἵνα καὶ ὑμεῖς κερδάναντες τι
χρησίμον ἐντεῦθεν ἀπέληθητε, καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς ὑμῖν
αὐξάνηται, καὶ ἡμεῖς ὀρῶντες ὑμῶν τὴν προκοπὴν
εὐφραινώμεθα. Μὴ γὰρ ἀπλῶς καὶ εἰκῆ λέγειν βουλό-
μεθα, ὥστε τὸν παρ' ὑμῶν ἔπαινον καρπώσασθαι, καὶ
ἵνα κροτήσαντες ὑμεῖς ἀναχωρήσητε ; Οὐ διὰ τοῦτο,
μὴ γένοιτο, ἀλλὰ διὰ τὴν ὠφέλειαν τὴν ὑμετέραν.
Ἔμοι μέγιστος ἔπαινος καὶ ἀρχετός, εἰ τις ἀπὸ τῆς
κακίας ἐπὶ τὴν ἀρετὴν μεταβάλλοιτο, εἰ τις πρὸς τού-
του βήθυμος ὦν, σπουδαῖος ἐκ τῆς παρ' ἡμῶν ὑπο-
μνήσεως γένηται· τοῦτο καὶ ἔμοι μέγιστον φέρει τὸν
ἔπαινον καὶ τὴν παραμυθίαν, καὶ ὑμῖν πολὺ τὸ κέρδος
καὶ τὸν πλοῦτον τὸν πνευματικόν. Ἀλλὰ καὶ ὅτι μὲν

⁹ Ὁρθ. mss. ταραχῆς ἐλευθερος ὧν.

πολλὴν ἐπιδειξέσθε τὴν σπουδὴν, οὐκ ἀμφιβάλλοι· οἶδα γάρ ὅτι θεοδιδάκτοι ἐστε, δυνάμενοι καὶ ἄλλους νοθεύειν. Διὰ τούτο ἐνταῦθα στήσας τὴν περὶ τοῦτου συμβουλὴν, τῆς συνήθους ἀφομαὶ διδασκαλίας ἐκ τῶν τοῦ μακαρίου Μωϋσέως ῥημάτων, μᾶλλον δὲ τῶν παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δι' αὐτοῦ ἡμῖν εἰρημένων, μικρὰ τινα εἰς τὸ μέσον προσθεῖς, ἐκείθεν ὑμῖν σημερον τὴν ἐστίασιν παραθήσομαι. ἤκούσατε πρῶτον ὅπως κατὰ τὴν συμβουλὴν τῆς Ῥεβέκκας ἅπαντα διαπραξάμενος ὁ Ἰακώβ, τὴν παρὰ τοῦ [524] πατρὸς εὐλογίαν ἐπεσπάσατο, τὴν ἑταινετὴν ἐκαίνην κλοπὴν ἐπιδειξάμενος, δι' ὃ καὶ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ συνεργίας ἀπέλυσσε, καὶ εἰς ἔργον ἐξῆλλα ἐν αὐτῷ τὸ σπουδαζόμενον· ἄλλ' ἐπειδὴ ἐντεῦθεν αὐτῷ πολὺς ὁ φθόνος ἐτίχτετο παρὰ τοῦ Ἡσαῦ, καὶ πρὸς φόνον λοιπὸν παρεσκευάζετο· τοιοῦτον γὰρ τοῦτ' ἐτὸ ὀλέθριον πάθος· οὐ πρότερον ἵσταται, μέχρις ἂν τὸν ὑπὸ τοῦ πάθους ἄλόντα κατὰ κρημνῶν ἐνεγθῆναι παρασκευάσῃ, καὶ πρὸς τὴν τοῦ φόνου παρνομίαν δραπεῖν. Ῥίζα γάρ τοῦ φόνου ὁ φθόνος. Οὕτω καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τοῦ Κάιν καὶ ἐπὶ τοῦ Ἄβελ γέγονεν. Οὐδὲν γὰρ ἔχων οὐδὲ ἐκεῖνος, οὐ μικρὸν, οὐ μέγα ἐγκαλέσαι τῷ ἀδελφῷ, ἐπειδὴ εἶδεν εὐδοκιομῶντα παρὰ τῷ δεσπότῃ τῶν ὄλων ἀπὸ τῆς προσκομιδῆς τῶν δώρων, καὶ ἑαυτὸν ἀπόβλητον γεγεννημένον διὰ τὴν οικεῖαν βρύθμειαν, εἰς φθόνον εὐθύς διεγέρετο, καὶ τὴν ρίζαν τοῦ φόνου τεκῶν ἐν τῇ διανοίᾳ, παραχοῆμα καὶ τὸν καρπὸν ἐκείνον τὸν ὀλέθριον ἐπέδειξετο, καὶ τὸν φόνον εἰς ἔργον ἤγαγεν. Οὕτω δὴ καὶ νῦν ὁ Ἡσαῦ ἰδὼν τὸν ἀδελφὸν τὰς εὐλογίας παρὰ τοῦ πατρὸς δεξάμενον, καὶ ὑπὸ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς βασκανίας εἰς φόνον ἔβενεχθεῖς, ἐμέλετα τοῦ ἀδελφοῦ τὴν ἀναίρεσιν.

Ἄλλ' ἡ θαυμασία μήτηρ τοῦτο αἰσθημένη, πάλιν τὴν μητρικὴν φιλοστοργίαν περὶ τὸν παῖδα ἐπιδείκνυται καὶ συμβουλὴν εἰσάγει τὴν δυναμένην αὐτὸν ἐξαρπάσαι τῶν τοῦ ἀδελφοῦ χειρῶν. *Κατέλασσα γὰρ, φησὶ, τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν νεώτερον, εἶπεν αὐτῷ· Ἰδοὺ Ἡσαῦ ὁ ἀδελφός σου ἀπειλεῖ σοὶ ἀποκτεῖναι σε. Νῦν οὖν ἀκουσὸν μου τῆς φωνῆς. Ἡ πειρά σε διδασκέτω, φησὶν, ὅτι τὰ λωσιτελῆ σοὶ συμβουλεύω, καὶ καθάπερ ἤδη τῆς ἐμῆς φωνῆς ἀκούσας, τὰς μεγάλας ἐκείνας εὐλογίας ἐπεσπασώ παρὰ τοῦ πατρὸς, οὕτω δὴ καὶ νῦν ἀκουσόν μου τῆς φωνῆς, ἵνα διαφυγῆναι δυνηθῆς τοῦ ἀδελφοῦ τὰς χεῖρας. Οὕτω γὰρ ἑαυτὸν ἐλευθερώσεις τῶν κινδύνων, κάμῃ τοῦ πένθους. Εἰκόσ γὰρ ἐκείνον, εἰ τοῦτο τολμήσειε, δίκην ἀπαιτηθῆναι, καὶ πανταχόθεν ἐμοὶ τῆς ὀδύνης τὴν ἐπίτασιν ἀβέσβαι. Ἀκουσον οὖν μου τῆς φωνῆς, καὶ ἀναστὰς ἀπόδραθι πρὸς τὸν ἀδελφόν μου Λάβαν εἰς Χαρρὰν, καὶ οἰκησον μετ' αὐτοῦ ἡμέρας τιτὰς, ἕως τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμόν σου ἐπὶ τὴν ὀργὴν τοῦ ἀδελφοῦ σου ἀπὸ σοῦ, καὶ ἐπιλάθῃται ὁ πεπολημένος αὐτῷ· καὶ ἀποστείλασα μεταπέμψομαι σε ἐκείθεν, μήποτε ἀσκνωθῶ ἐκ τῶν δύο ὑμῶν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ.* Ἀπιθι, φησὶ, πρὸς τὸν ἀδελφόν μου Λάβαν, καὶ οἶκαι ἐκεῖ μετ' αὐτοῦ. Εἰκόσ γὰρ καὶ τὸν χωρισμὸν καὶ τὸν ἐν μέφω χρόνον λογῶσαι τί πλέον, καὶ παραμυθίσασθαι τὸ πάθος, καὶ τὴν βασκανίαν λωφῆσαι, καὶ λήθην αὐτῷ γενέσθαι τῶν ὑπὸ σοῦ γεγεννημένων περὶ τὴν τῆς εὐλογίας κλοπῆν. Καὶ ἐπιλάθῃται, φησὶν, ὃ πεποληκας αὐτῷ. Εἰκότως, φησὶν, ὀργίζεται· δι' ὃ προσήκει ἐκκλίνας αὐτοῦ τὴν ὀργὴν, ὅπως ἀπὸ τοῦ χρόνου λήθης ἐγγενομένης αὐτῷ, μετὰ ἀσφαλείας λοιπὸν δυνηθῆς τὴν ἐνταῦθα οἰκισιν ποιήσασθαι. Καί

abstulisti, neque ab ea liberatum in tranquillitate esse voluisti: sed id quod est miraculum, et perquam rarum, in medio tribulationis constitutum, absque pavore esse me fecisti: illud sane et hic fecit benignus Dominus. 5. *Benedixit enim domum Ægyptii propter Joseph.* Et didicit postea barbarus, eum qui ut servus habebatur, Deo peculiariter gratum esse, *Et permisit omnia quæ habebat in manibus Joseph;* 6. *et non sciebat quidquam, præter panem quem comedeat.* Quasi dominum totius domus constituit. En servus et captivus sub manu sua habet omnia quæ erant domini. Tanta res est virtus: nam ubicumque illa apparuerit, omnibus dominatur et prævalet. Etenim sicut oriente sole tenebræ discutiuntur, ita et nunc apparente virtute e medio tollitur omnis malitia.

4. *Victa a Josepho uxor Putipharis; Deus solus timendus est.*—Sed mala bestia diabolus, ut primum vidit justum gratum esse, et per ea quæ putantur esse adversa clariore fieri, fremit dentibus et insanit: neque videre potest justum quotidie magis ac magis clarescere, sed profundum barathrum effodit, et præcipitium parat, quo illum maximo, ut arbitratur, damno afficiat; et tempestatem excitat, quæ possit violentum ipsi naufragium parere: sed didicit non post longum tempus, se contra stimulum calcitrare, et contra suum caput operari omnia. *Et erat Joseph, inquit, pulcher specie, et formosus aspectu.* Quare nobis corporis pulchritudinem narrat? Ut discamus eum non solum anima pulchrum fuisse, sed et corpore. In ipso enim flore ætatis erat: juvenis erat, et *Pulcher specie, et formosus facie.* Hæc autem prius narravit de eo Scriptura, ut doceat nos Ægyptiam adolescentis pulchritudine captam ad illicitum eum concubitum incitasse. 7. *Et factum est post hæc.* Quid est, *Post hæc?* Postquam ei concedita potestas totius domus, postquam tantum honorem a domino suo consequutus est, *Injecit uxor domini sui oculos suos in Joseph.* Vide intemperantiam lascivæ mulieris. Non subiit illi in mentem se haberi dominam, non cogitavit illum esse servum, sed a formositate capta, et diabolico incendio suscepto, in juvenem postea insilire tentat: malamque illam cogitationem in mente servans, tempus inquirebat et solitudinem, quæ possent ei cooperari ad illicitum suum conatum. *Verum ille noluit:* neque paruit, neque verba illius suscepit. Sciebat enim hinc sibi magnam perniciem enasci: et non solum res suas spectabat, sed operam dabat ut et illam, quantum possibile erat, ab insana hac liberaret, et ab illicita ista concupiscentia: atque consilium ei affert, quod sciebat ei ut pudesceret, et quid sibi esset profuturum cognosceret. 8. *Dixit enim, inquit, uxori domini sui (domina a servo consilium accepit): Si dominus meus propter me nihil scit in domo sua, sed omnia quæcunque habet, dedit in manus meas.* O gratum viri animum! Vide quomodo enumerat beneficia domini, ut doceat quantum illa se ingrata erga conjugem ostendat. Si enim ego, inquit, qui famulus sum, qui peregrinus, qui captivus, tanta fruor apud eum libertate, ut omnia sua sub manu mea tradiderit: et nihil est

quod exceptit de manu mea, præter te: et omnibus aliis ego præsum, soli autem tibi subjicior, esque extra meam potestatem. Deinde ut letalem ei plagam daret, et in mentem revocaret viri benevolentiam, persuaderetque ei ne tam ingrata esset erga conjugem suum, inquit: Et tu propterea extra potestatem meam es, co 9. *Quod tu uxor ejus sis.* Cum igitur uxor ejus sis, *Quomodo faciam hoc malum verbum, et peccabo coram Deo?* Quoniam enim illa solitudinem observabat, et tempus exspectabat quo latere posset virum, et omnes qui in domo erant, dicit: *Quomodo potero facere malum hoc, et peccabo coram Deo?* Quid enim putas? Etiam si fecerimus ut res clam sit omnibus, oculus tamen illum, qui dormire nequit, latere non poterimus: illum solum timere oportet, et tremere ac pavere, ut ne in conspectu ejus mali quidpiam faciamus. Et ut discamus justum excellentem virtutem, et eum non semel neque bis, sed et sæpius certamen hoc sustinuisse, et colloquium hoc tulisse, consulereque non cessavisse, subdit Scriptura: 10. *Cum autem loqueretur de die in diem, et non obediret ei:* ubi observavit in domo facientem aliquid, assilivit in juvenem, sicut fera dentibus frendens, et apprehensis vestimentis tenuit eum. Non simpliciter hoc prætereamus, sed cogitemus quantum certamen sustinuerit justus ille. Non enim erat tam admirabile, ut nili videretur, in fornace Babylonis versari tres pueros et illesos permanere, nihilque ab igne pati (*Dan. 3*), ut admirabile hoc et rarum, nempe admirandum illum juvenem retineri vestimentis a scelestis illa et lasciva, nec tamen illi cedere, sed et vestibus relictis in manibus illius resilire. Sicut enim tres pueri illi propter suam virtutem superno freti auxilio, igne præstantiores visi sunt: ita et ille, quia quod in se erat afferebat, et continentia certamina cum magna exhibebat constantia, magno supernoque præsidio munitur. Neque enim potuisset, dextera Dei non cooperante ei, tantum certamen certare, et a rebus illius libidinose mulieris aufugere. Et licebat postea videre admirabilem illum, nudum quidem vestibus exire, indutum autem continentia vestimentis, et quasi ab incendio et fornace illesum effugere: ac non solum non adustum, sed et multo fulgidiorum et clariorem factum.

5. Sed vide post tantam victoriam, postque tantam fortitudinem, cujus causa illum oportebat coronari, et cujus causa oportebat illum prædicari, iterum quasi reum et obnoxium innumera sustinentem mala. Nam Ægyptia illa non ferens pudorem et opprobrium, in quæ seipsam injecerat impossibilia attentans, primum quidem convocavit eos qui in domo erant, accusans adolescentem: testificaturque illum dixisse ea quæ ab ipsa magno furore proposita fuerant, atque ita omnes decipere tentat. Hic enim mos est malitiæ, semper contra virtutem pugnat, et ei sua peccata adscribere satagit: id quod et hæc faciebat, adolescentem quasi intemperantem criminans et se continentia larva tegens, dicensque propter hoc et illum vestes reliquisset, et se retinuisse illas. Benignus vero

Deus hæc fieri permittit, ut per omnia famulum suum clariorem efficiat. Nam hæc omnia venienti viro cum magna malitia dixit, et adolescentem accusavit, dicens: 17. *Intravit ad me puer Hebræus, quem duxisti ad nos, ut illuderet mihi. O misera et calamitosa! Non ipse introduxit, ut illuderet tibi: sed diabolus te induxit, ut non solum adultera fieres, sed et ut, quantum in te fuit, homicidium patrares. Et ostendit postea ad comprobationem eorum quæ dicta erant adolescentis vestes.*

Dei providentiâ erga Josephum. — Considera, obsecro, hic communis omnium Domini clementiam: sicut enim a fratribus illum eripuit, volentibus cum interficere: et effecit primum quidem ut secundum consilium Ruben in cisternam immitteretur, et postea iterum secundum consilium Judæ negotiatoribus venderetur, ut somniorum eventus complerentur, fidemque facerent justo, non frustra neque temere hæc præsignata fuisse: ita et nunc superna manus erat quæ barbarum detinuit, et non permisit ut statim ad eandem justî festinaret. Quid enim prohibuisset eum hoc facere, cum intelligeret illum violare suum lectum tentavisse? Verum providus Deus ideo tantam curavit ab illo exhiberi clementiam, ut injectus in carcerem, etiam illic suam declararet virtutem, et sic ad principatum regni perveniret. 19. *Succensuit enim, inquit, dominus ejus, 20. et misit eum in custodiam, ubi vincti regis detinebantur.* Sed si quidem non credebatur, non oportebat eum in carcerem conjicere: sin credebatur verum esse quod Ægyptia finxerat, tunc neque carcere dignus erat, sed plecti capite et extremam pœnam pati debebat. Verum quando suum auxilium dextra superna ostendit, omnia levia et facilia fiunt; et feroces mansuetiores se præstant. Tunc autem supernum præsidium ubertim nobis assistit, quando multam et nos ostenderit virtutem. Nam hic quoniam multum certavit, propterea etiam magnas retributiones consequitur. Et post tantam fortitudinem abducitur in carcerem, et silenter fert omnia. Scitis enim quanta illi qui non sunt sibi conscii malitiæ, quando sicut rei condemnantur, utantur sæpe fiducia, dicendique libertate instructi ingenti animo insurgant contra eos qui insontibus crimen intentant. Verum ille non sic: sed silet, et omnia mansuete fert, et magna cum patientia Dei exspectat subsidium. Vide enim quomodo et in carcere principatum omnem accipiat a custode carceris, idque merito: 21. *Erat enim Dominus cum Joseph, inquit, et effundebat ei suam misericordiam.* Quid est, *Effundebat ei suam misericordiam?* Ad miserationem inflectebat præfectum carceris, et mire erga illum benevolentiam suam declarari curabat: *Dedit enim ei gratiam coram illa.* Vere nihil beatius eo qui Dei benevolentia fruitur. 22. *Dedit enim, inquit, præfectus carceris carcerem in manum Joseph.* Vide quomodo custos carceris aliquid honoris ei desert, auctoritatemque ei permittit, atque omnes qui in carcere erant, esse jubet sub potestate ejus. 23. *Et nesciebat præfectus carceris aliquid: omnia enim erant in manu Joseph, eo*

quod Dominus erat cum eo, et omnia quæ ipse faciebat, Dominus prosperare faciebat in manibus ejus. Vidit quomodo comitabatur eum perpetuo superna gratia, et omnia quæ faciebat, erant plena gratia.

Moralis epilogus. Dei gratia efficit ut omnia bene succedant. — Hoc igitur et nos studeamus, ut nobiscum semper habeamus Dominum, et ut quæ a nobis fiunt, ab illo prosperentur. Nam qui illius auxilium assequitur, etiam in mediis malis existens ridebit, ac nihili putabit omnia, Domino omnium faciente et disponente cuncta, ut prospere succedant omnia, atque ardua facilia reddente. Quomodo autem poterimus nobiscum habere Dominum, ita ut ipso dirigente prospere agamus in omnibus? Si sobrii vigilantesque fuerimus, et imitati fuerimus juvenis illius continentiam et alias virtutes, animunusque generosum, ac viderimus sic omnia fieri diligenter oportere, ut nunquam a Domino condemnemur; sed sciamus possibile non esse, ut occultetur aliquid ab oculo illo qui dormire nequit, verum necesse omnino esse, ut is qui peccat, supplicii obnoxius fiat. Neque majoris faciamus timorem hominum, quam indignationem Dei, sed memores simus semper verborum Joseph dicentis: *Quomodo faciam verbum hoc malum, et peccabo coram Deo?* Igitur quando nos aliqua cogitatio perturbat, hoc in mente versemus verbum, et statim effugiet omnis illicita concupiscentia. Itaque sive quis corporum concupiscentia capiatur, sive pecuniarum amore, sive alia quadam absurda voluptate, statim hoc cogitet, illum nempe esse qui nos condemnet, a quo non est possibile occultare etiam ea quæ in mente nostra versantur: et omnino effugiemus etiam diabolicas machinationes, magnoque adjutorio superno juvabimur; quo nobis frui contingat omnibus gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et sancto Spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LXIII.

Et nesciebat aliquid præfectus carceris propter Joseph (Gen. 39. 23).

4. Reliquias eorum quæ a nobis heri dicta sunt, volumus hodie reddere caritati vestræ, et iterum attingere historiam Josephi. Scitis enim hesterno sermone prolixius extenso, nos non potuisse ulterius progredi, sed sermoni finem imposuisse, quando propter Ægyptiæ calumniam ab archimagiro in carcerem est conjectus. Ideo hodie operæ pretium fuerit docere vestram caritatem, quæ in carcere ei acciderint. Nam postquam in carcerem est conjectus, et traditus præfecto carceris, etiam illic tantum Dei subsidium assequutus est, ut totius carceris principatus a præfecto carceris ipsi concederetur. *Et nesciebat aliquid præfectus carceris propter Joseph.* Vidisti quomodo in ipsis ærumnis versans, adversitatem ne senserit quidem, sed provida sapientia Dei omnia aspera verterit in jucunda. Et sicut licet quis margaritam luto obruat, nihilominus nativam retinet pulchritudinem. sic et virtus, quocumque eam projeceris, suam vim exærit,

καὶ ἠνελεγετο, ἵνα διὰ πάντων τὸν ἑαυτοῦ οἰκέτην λαμπρότερον ἀποφύγη. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἐλθόντι τῷ ἀνδρὶ μετὰ πολλῆς τῆς κακουργίας εἰποῦσα καὶ κατηγορήσασα τοῦ νεανίσκου ἔλεγεν· *Ἐισήλθε πρὸς με ὁ παῖς ὁ Ἑβραῖος, ὃν εἰσήγαγες πρὸς ἡμᾶς, ἐμπαίζαι μοι.* Ἄθλια καὶ ταλαίπωρε. Οὐκ αὐτὸς εἰσήγαγεν ὥστε ἐμπαίζαι σοι, ἀλλ' ὁ διάβολός σε εἰσήγαγεν, ὥστε μὴ μόνον μοιχαλίδα γενέσθαι, ἀλλὰ, τὸ ἦκον εἰς σὲ, καὶ φόνον ἐργάσασθαι. Καὶ ἐδείκνυ λοιπὸν εἰς ἀπόδειξιν τῶν παρ' αὐτῆς λεγομένων τὰ ἱμάτια τοῦ νεανίσκου.

Ἐνδεί μοι ἐνταῦθα τοῦ κοινῶ πάντων ἀνθρώπων Δεσπότην τὴν φιλανθρωπίαν. Ὅσπερ γὰρ τῶν ἀδελφῶν αὐτὸν ἐξελεγετο βουλομένων αὐτὸν ἀνελεῖν, καὶ παρεσκεύασε πρότερον μὲν κατὰ τὴν συμβουλὴν τοῦ Ῥουθὴν εἰς τὸν λάκκον ἐμβληθῆναι, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν κατὰ τὴν συμβουλὴν τοῦ Ἰούδα τοῖς ἐμπόροις διαπραθῆναι, ἵνα τῶν ὄνειράτων ἡ ἔκθασις εἰς ἔργον ἔλθοῦσα πείσῃ τὸν δίκαιον, ὡς οὐ μάτην οὐδὲ εἰκῆ ἔκεινα αὐτῷ προεμνηνύετο· οὕτω καὶ νῦν ἡ ἄνωθεν χεῖρ ἦν ἡ τὸν βάρβαρον ἐκεῖνον κατέχουσα, καὶ μὴ συγχωρήσασα εὐθέως ἐπὶ τὴν σφαγὴν ἐρμῆσαι τοῦ νεανίσκου. Τί γὰρ ἦν τὸ κωλύον, μαθόντα ὡς εἰς αὐτὴν τὴν εὐνὴν ἀδικῆσαι αὐτὸν ἐπεχείρησε, μὴ τοῦτο ποιῆσαι; Ἄλλ' ὁ εὐμήχανος Θεὸς τοσαύτην παρεσκεύασεν αὐτὸν ἐπιδειξάσθαι τὴν πραότητα, ἵνα ἐμβληθεὶς τῷ δεσμοτηρίῳ, καὶ πάλιν ἐκεῖ τὴν οἰκειαν ἐπιδειξάμενος ἀρετὴν, οὕτως ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς βασιλείας παραγένηται. *Ἐθυμώθη γάρ, φησὶν, ὁ κύριος αὐτοῦ, καὶ ἐνέβαλεν αὐτὸν εἰς τὸ δούριον, ὅπου οἱ δεσμοῦνται τοῦ βασιλέως κατέχονται.* Εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐπίστευσε, οὐκ ἐγρῆν αὐτὸν ἐμβαλεῖν ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ· εἰ δὲ ἐπίστευσε πάλιν ἀληθὲς εἶναι τὸ παρὰ τῆς Αἰγυπτίας λεγόμενον, οὐδὲ οὕτω δεσμοτηρίου ἄξιός ἦν, ἀλλὰ ἀποτηρηθῆναι καὶ δίκην δοῦναι τὴν ἐσάτην. Ἄλλ' ὅταν ἡ ἄνωθεν δεξιὰ τὴν ἑαυτῆς πρῶνοιαν ἐπιδείκνυται, πάντα εὐκόλα καὶ ῥῆδια γίνεται, καὶ οἱ ἄγριοι ἡμερώτεροι καθίστανται. Τότε δὲ καὶ ἡ ἄνωθεν ῥοπή μετὰ δαφιλείας ἡμῖν παραγίνεται, ὅταν πολλὴν καὶ ἡμεῖς τὴν ἀρετὴν ἐπιδειξόμεθα. Ἐπειδὴ γὰρ μεγάλως οὗτος ἠγωνίσαστο, διὰ τοῦτο καὶ μεγάλων ἀπολαύει τῶν ἀμοιβῶν. Καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην ἀνδρείαν ἀπήγετο εἰς τὸ δεσμοτήριον, καὶ σιγῇ πάντα ὑπέμενε. Ἰστε γὰρ ὅπως οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδότες πονηρὸν, ἐπειδὴν ὡς ὑπεύθυνοι καταδικάζονται, πόση κέρχρηται πολλάκις τῇ παρῆσει καὶ τῇ ἐλευθεροστομίᾳ, κατεξανιστάμενοι καὶ [599] μεγαλοφρονούντες κατὰ τῶν τὴν δίκην αὐτοῖς ἀνευθύνους οὖσιν ἐπαγόντων. Ἄλλ' οὗτος οὐκ οὕτως, ἀλλὰ καὶ σιγῇ, καὶ πάντα πρῶως δέχεται, καὶ ἀνέμενε μετὰ πολλῆς τῆς ὑπομονῆς τὴν τοῦ Θεοῦ ῥοπήν. Ὅρα γὰρ πῶς καὶ ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ ὦν πάλιν τὴν ἀρχὴν ἅπαντα αὐτὸς ἐδέχεται παρὰ τοῦ δεσμοφύλακος· εἰκότως· *Ἦν γάρ, φησὶ, Κύριος μετὰ Ἰωσήφ, καὶ κατέχεεν αὐτοῦ ἔλεος.* Τί ἐστὶ τὸ, *Κατέχεεν αὐτοῦ ἔλεος;* Πρὸς οἰκτον ἐπέκαμψε τὸν ἀρχιδεσμοφύλακα, καὶ πολλὴν περὶ αὐτὸν τὴν εὐνοιαν ἐπιδειξάσθαι παρεσκεύασεν· *Ἐδωκε γὰρ αὐτῷ χάριν ἐναντίον αὐτοῦ.* Αἰθῶς οὐδὲν μακαριώτερον τοῦ τῆς ἄνωθεν εὐνοίας ἀπολαύοντος. *Ἐδωκε γάρ, φησὶν, ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ τὸ δεσμοτήριον διὰ χειρὸς τῷ Ἰωσήφ.* Ὅρα πῶς ὑπεξίσταται ὁ δεσμοφύλαξ, καὶ παραχωρεῖ, καὶ αὐτῷ τὴν αὐθεντίαν ἐπιτρέπει, καὶ πάντας τοὺς ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ ὑπὸ τὴν ἐκείνου ἐξουσίαν εἶναι ἐκέλευσε. *Καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ ἰσχυρῶς οὐδὲν· πάντα γὰρ ἦν διὰ χειρὸς*

Ἰωσήφ, διὰ τὸ τὸν Κύριον μετ' αὐτοῦ εἶναι, καὶ ὅσα αὐτὸς ἐποίει, Κύριος εὐώδου ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Σκόπει πῶς συμπαρῆν αὐτῷ διηνεκῶς ἡ χάρις ἡ ἄνωθεν, καὶ πάντα ἄπερ ἐπραττε χάριτος ἦν πεπληρωμένα.

Τοῦτο τοῖνον καὶ ἡμεῖς σπουδάσωμεν, ἵνα μεθ' ἑαυτῶν ἔχωμεν αἰετὸν τὸν Κύριον, καὶ ἵνα τὰ παρ' ἡμῶν γινόμενα ὑπ' ἐκείνου κατευοδῶται. Ὁ γὰρ ταύτης ἀξιοθεὶς τῆς ῥοπῆς, καὶν μέσοις τοῖς δεινοῖς ὦν τυγχάνῃ, καταγέλασται πάντων, καὶ οὐδὲν αὐτὰ ἠγήσεται, τοῦ Δεσπότητος τῶν ὀλων, τοῦ πάντα ποιοῦντος καὶ μετασκευάζοντος, κατευοδῶντος αὐτῷ ἅπαντα καὶ τὰ δυσχερῆ ῥάδια ἀπεργαζομένου^a. Πῶς δὲ δυνησόμεθα μεθ' ἑαυτῶν ἔχειν τὸν Κύριον, καὶ ὑπ' αὐτοῦ κατευοδῶσθαι ἐν ἅπασιν; Ἐάν νήφοντες ὦμεν καὶ ἐργηγοῦντες, καὶ μιμητώμεθα τοῦ νέου τούτου τὴν σωφροσύνην, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν, καὶ τὸ φρόνημα τὸ γενναῖον, καὶ ἴδωμεν ὅτι οὕτω χρῆ μετὰ ἀκριβείας ἅπαντα διαπραττεσθαι, ὡς μηδέποτε ὑπὸ τοῦ Δεσπότητος καταγνωσθῆναι, ἀλλ' ὅτι οὐκ οἶόν τέ τινα λαθεῖν ἐκεῖνον τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμῶν εἰδέναι, ἀλλ' ἀνάγκη πάντως τὸν ἁμαρτόντα ταῖς τιμωρίαις ὑπεύθυνον γενέσθαι. Καὶ μὴ προτιμώτερον ἠγώμεθα^b τὸν τῶν ἀνθρώπων φόβον τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγανακτήσεως, ἀλλὰ μνημονεύωμεν διὰ παντὸς τῶν ῥημάτων τοῦ Ἰωσήφ λέγοντος· *Πῶς ποιήσω τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο, καὶ ἁμαρτήσομαι ἐναντίον τοῦ Θεοῦ;* Ὅταν τις οὖν λογισμὸς ἡμᾶς διαταράττη, τοῦτο ἐν τῇ διανοίᾳ στρέφωμεν τὸ ῥῆμα, καὶ παραχρῆμα φυγαδεύεται πᾶσα ἄτοπος ἐπιθυμία. Εἶτε οὖν σωματικῶν ἐπιθυμιᾶς τις ἄλῳ, εἶτε χρημάτων ἔρωσι, εἶτε ἀλλή τινι ἀτόπῳ ἡδονῇ, εὐθέως τοῦτο λογίζεσθω, ὅτι ἐκεῖνος ἡμῖν ἐστὶν ὁ δικάζων, ὃν οὐκ οἶόν τε λαθεῖν οὐδὲ τὰ ἐν τῇ διανοίᾳ βουλευόμενα· καὶ πάντως διαφευξόμεθα καὶ τὰς τοῦ διαδόλου μηχανὰς, καὶ ἀπολαύσομεν πολλῆς τῆς ἄνωθεν συμμαχίας· ἥς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, [600] μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΑΙΑ ΕΓ'.

Καὶ οὐκ ἦν ἰσχυρῶς οὐδὲν ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ διὰ Ἰωσήφ.

α'. Τὰ λείψανα τῶν χθῆς ἡμῖν ἐρημμένων βουλόμεθα σήμερον ἀποδοῦναι τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, καὶ τῆς κατὰ τὸν Ἰωσήφ πάλιν ἱστορίας ἀφασθαι. Ἰστε γὰρ δεῖ χθῆς εἰς μῆκος ἡμῖν ἐκταθέντος τοῦ λόγου οὐκ ἰσχύσαμεν περαιτέρω προελθεῖν, ἀλλὰ μέχρις ἐκείνου τὸν λόγον ἐστήσαμεν, ἥνικα διὰ τὴν τῆς Αἰγυπτίας συκοφαντίαν ὑπὸ τοῦ ἀρχιμαγείρου εἰς τὸ δεσμοτήριον ἐνεβλήθη. Διὸ σήμερον ἀναγκαῖον διδάξαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην τὰ κατὰ τὸ δεσμοτήριον αὐτῷ συμβεβηκότα. Ἐπειδὴ γὰρ ἐνεβλήθη εἰς τὸ δούριον, καὶ παρεδόθη τῷ ἀρχιδεσμοφύλακι, κάκει τοσαύτη γέγονεν εἰς αὐτὸν ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥοπή, ὡς πᾶσαν τὴν ἀρχὴν τοῦ δεσμοτηρίου αὐτὸν ἐμπιστευθῆναι παρὰ τοῦ ἀρχιδεσμοφύλακος. *Καὶ οὐκ ἦν ἰσχυρῶς, φησὶν, οὐδὲν ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ διὰ Ἰωσήφ.* Εἶδες πῶς ἐν αὐταῖς ταῖς θλίψεσι γενόμενος οὐδεμίαν αἰσθησὴν ἐλάβανε τῶν λυπηρῶν, ἀλλ' ἡ εὐμήχανος τοῦ Θεοῦ σοφία πάντα μετέβαλλε τὰ λυπηρά. Καὶ καθάπερ τὸν μισθαρτήν καὶ ἐν βορβόρῳ τῆς καταχύσεως, τὸ οἰκεῖον κάλλος ἐπιδείκνυται· οὕτω καὶ ἡ ἀρετὴ, ὅπου δ' ἂν αὐτῷ

^a Quatuor mss. κατεργαζομένου.
^b Sex mss. μὴ πρότερον ἠγώμεθα

ἐμβάλης, τὴν οἰκίαν δύναμιν ἐπιδείκνυται, κἄν ἐν δουλείᾳ, κἄν ἐν δεσμοτηρίῳ, κἄν ἐν θλίψει, κἄν ἐν ἀνάσσει. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ ἐμβληθεὶς εἶλε τὸν ἀρχιδεσμοφύλακα, καὶ πάντων τῶν αὐτόθι τὴν ἐξουσίαν ἐδέξατο παρ' αὐτοῦ, ἴδωμεν ἐνταῦθα ὅπως τῆς προσούσης αὐτῷ χάριτος ἐκκαλύπτει τὴν ἰσχύν. Ἐγένετο γάρ, φησί, *μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα*. Ποῖα; Ἄπερ διηγῆσατο μετὰ τὸ συκοφαντηθῆναι, μετὰ τὸ καταδικασθῆναι τὸ δεσμοτῆριον οἰκεῖν· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ γνωρῖσαι ἡμῖν, ὅτι Κύριος ἦν μετ' αὐτοῦ, καὶ ὅτι ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ διὰ χειρὸς αὐτοῦ πάντα τὰ αὐτόθι ἐπέτρεψεν οἰκονομησθαι. Ἐγένετο οὖν μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, μετὰ τὸ βληθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ, *ἀμαρτόντα τὸν ἀρχαιονοχόν καὶ τὸν ἀρχιστοιχοῖον καταδικασθῆναι ὑπὸ τοῦ βασιλέως τὸ δεσμοτῆριον οἰκεῖν· καὶ δεξιάνους αὐτοῦς ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ συνέστησεν αὐτοῦς τῷ Ἰωσήφ*. Οὐδὲ γὰρ ὡς δεσμώτη λοιπὸν αὐτῷ ἐκέχρητο, ἀλλ' ὡς κοινωνῶ τῆς φρονήδος, μάλλον δὲ καὶ ὡς ἱκανῶ ἐπικουφίσει τὰς συμφορὰς τοῖς αὐτόθι καθειργμένοις. *Καὶ παρόστη αὐτοῖς*, φησί. Τί ἐστὶ τὸ, *Παρόστη αὐτοῖς*; Ἄντι τοῦ, παρεμυθαίτο, ἐνεύρου αὐτῶν τὸν λογισμὸν, διηγείρεν αὐτῶν τὴν διάνοιαν, οὐ συνεχώρει καταποθῆναι ὑπὸ τῆς ἀθυμίας. Ἦσαν δὲ ἡμέρας πολλὰς ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ εἶδον ἀμφοτέρω ἐνύπνιον ἐν μιᾷ νυκτὶ ὃ τε ἀρχαιονοχὸς καὶ ὁ ἀρχιστοιχοῖος. Ἄλλ' ὁ θαυμάσιος οὗτος ἔργον ποιούμενος τὴν τούτων παράκλησιν, ἰδὼν αὐτοὺς ὑπὸ τῆς βίψευς τῶν ὄνειράτων τεταραγμένους καὶ συγκεχυμένους τὴν διάνοιαν, φησί· *Τί ἐστὶ τὰ πρόσκαιρα ὑμῶν σκυθρωπὸν σήμερον*; Ἐδείκνυ [601] γὰρ ἡ τοῦ προσώπου κατάστασις τὴν ἐνδομ παραχῆν. Διὰ τοῦτο καὶ σοφὸς τις ἔλεγε· *Καρδίας εὐφραϊνομένης θάλλει πρόσωπον· ἐν δὲ λύπαις οὐσις σκυθρωπάζει*. Ἐπεὶ οὖν εἶδεν αὐτοὺς ἐν κατηφείᾳ τυγχάνοντας διὰ τὴν τῶν ὄνειράτων ἔψιν, ἐπυθάνετο τὴν αἰτίαν μαθεῖν βουλόμενος. Ὅρα πῶς καὶ ἐν δεσμοτηρίῳ τυγχάνων τὴν οἰκίαν ἀρετὴν ἐπέδεικνυτο, καὶ τὰς ἀθυμίας ἐτέροις ἐπικουφίζειν ἐσπούδαζε. Τί οὖν ἐκείνοι; Ἐνύπνιον εἶδομεν, καὶ ὁ συγκρίνων οὐκ ἔστιν αὐτό. Ἦγνόνουν τοῦ πρὸς αὐτοὺς διαλεγόμενον τὴν σοφίαν· ὡς ἐνὶ τῶν πολλῶν αὐτῷ προσείχον, διὰ τοῦτο οὐδὲ τὸ ἐνύπνιον λέγουσιν, ἀλλ' ὅτι μόνον εἶδον, καὶ φασι· Οὐδεὶς ἔστιν ὁ συγκρίνων αὐτό. Ἄλλ' ὁ θαυμάσιος ἀνὴρ φησι πρὸς αὐτοὺς· *Οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστι*; Διηγήσασθε οὖν μοι. Μὴ γὰρ οἰκοθεν ἐπαγγέλλομασθε ὑμῖν φερί; Θεὸς ἔστιν ὁ ἀποκαλύπτων. Διηγῆσασθε οὖν μοι. Ὅρα σύνειναι καὶ ταπεινοφροσύνης ὑπερβολὴν. Οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἐγὼ ὑμῖν διακρίνω, ἐγὼ ὑμῖν λέγω τῶν ὄνειράτων τὴν ἔκθεσιν, ἀλλὰ τί; Διηγῆσασθε οὖν μοι. Θεὸς γάρ ἐστι μόνος ὁ τὰ τοιαῦτα ἀποκαλύπτων. *Καὶ διηγῆσατο ὁ ἀρχαιονοχὸς*. Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰωσήφ φησί· *Τοῦτο ἡ σύγκρισσις αὐτοῦ*. Οἱ τρεῖς πυθμένες, τρεῖς ἡμέραι εἰσὶν· ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ μνησθήσεται Φαραὼ τῆς ἀρχαιονοχίας σου, καὶ ἀποκαταστήσει σε, καὶ δώσεις τὸ ποτήριον Φαραὼ εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ κατὰ τὴν ἀρχὴν σου τὴν προτέραν, ὡς ἦσθα οἰνοχῶν. Ἄλλὰ ἀναμνήσθητί μου διὰ σεαυτοῦ, ὅταν εὖ σοι γένηται, καὶ ποιήσεις ἐπ' ἐμὲ ἔλεος, καὶ μνησθήτι περὶ ἐμοῦ πρὸς Φαραὼ, καὶ ἐξάξεις με ἐκ τοῦ ἰχυρώματος τούτου, ὅτι κλοπῇ ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὣδε οὐκ ἐποίησα οὐδὲν, καὶ ἐνέβαλον με εἰς τὸν λάκκον τούτον. Ἐπειδὴ προεμήνυσεν αὐτῷ τὰ μέλλοντα αὐτῷ χρηστὰ συμβῆσθαι, καὶ τὴν καταλλαγὴν τοῦ βασιλέως, φησί, *Μνησθήτι*

μου διὰ σεαυτοῦ, ὅταν ἀπολάβῃς σου τὴν εὐημερίαν· μνήμην ποιήσαι τοῦ σοι ταῦτα προμηγύσαντος, καὶ ποιήσεις ἐπ' ἐμὲ ἔλεος.

β'. Τοῦτο ἀκούων, ἀγαπητὲ, μὴ μικροφυλίαν καταγνῶς τοῦ δικαίου, ἀλλὰ ταύτη μάλιστα ἐκπλάγηθι· ὅτι τοσοῦτων δυσχερῶν δυτων, τὴν αὐτόθι οἰκισιν γενναίως καὶ εὐχαρίστως ἔφερεν. Εἰ γὰρ καὶ πολλάκις τὴν παρὰ τοῦ ἀρχιδεσμοφύλακος ἐξουσίαν εἰλήφει, ἀλλ' ὅμως ἐβαρύνετο τὸ κατακεκλεισθαι, καὶ μετὰ τῶν αὐχμῶντων καὶ ῥυπῶντων εἶναι. Ὅρα γὰρ αὐτοῦ καὶ ἐκ τούτου τὴν φιλόσοφον γνώμην· ὅπως μετὰ ἀνδρείας ἔφερεν ἅπαντα, διὰ πάντων πολλὴν τὴν ταπεινοφροσύνην ἐπιδεικνύμενος. *Καὶ ποιήσεις ἐπ' ἐμὲ ἔλεος, καὶ μνησθήτι περὶ ἐμοῦ πρὸς Φαραὼ, καὶ ἐξάξεις με ἐκ τοῦ ἰχυρώματος τούτου*. Ἐννοεῖ μοι ἐνταῦθα, πῶς οὐδὲν λέγει κατὰ τῆς μιαιφάνειας ἐκείνης μοιχαλίδος, οὐδὲ αἰτιᾶται τὸν δεσπότην, οὐδὲ τὴν τῶν ἀδελφῶν περὶ αὐτὸν ἀπανθρωπίαν διηγείται, ἀλλὰ συγκαλύπτως πάντα, φησί· *Μνησθήτι μου, καὶ ποιήσον ἐξενεχθῆναι με ἐκ τοῦ ἰχυρώματος τούτου*. Ὅτι κλοπῇ ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὣδε οὐκ ἐποίησα οὐδὲν, ἀλλ' ἐνέβαλον με εἰς τὸν λάκκον τούτον. Μὴ ἀπλῶς τοῦτο παραδράμωμεν, ἀλλ' ἐννοήσωμεν τῆς [60:] ψυχῆς αὐτοῦ τὴν φιλοσοφίαν, καὶ ὅπως καιρὸν εὐρηκῶς τοιούτου, καὶ εἰδῶς τὸν δύνησται ἅπαντα ὁ ἀρχαιονοχὸς ἐν εὐημερίᾳ γεγωνὸς γνωρῖσαι τῷ βασιλεὶ τὰ κατ' αὐτὸν, οὐ τὴν Αἰγυπτίαν διαβάλλει (πάλιν γὰρ τὰ αὐτὰ ἐρῶ), οὐ τὸν δεσπότην ἄγει εἰς μέσον, οὐδὲ τοὺς ἀδελφούς· οὐ λέγει τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τὸ δεσμοτῆριον οἰκεῖν κατεδικάσθη, οὐδὲ σπουδάζει δεῖξαι τὴν παρανομίαν τὴν εἰς αὐτὸν γεγενημένην· ἀλλ' ἐνὸς μένου γίνεται, οὐ τοῦ ἐκείνων δηλαδὴ κατηγορησῆσαι, ἀλλὰ τοῦ ὑπὲρ ἑαυτοῦ μόνον εἰπεῖν. Καὶ τὰ μὲν παρὰ τῶν ἀδελφῶν συνεσχίσασεν εἰπὼν, *Ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων*· τὰ δὲ παρὰ τῆς Αἰγυπτίας ἐκείνης τῆς ἀκολάστου οὐδὲ εἰς μέσον ἄγει, οὐδὲ τὴν παρὰ τοῦ δεσπότην ἄδικον κατ' αὐτοῦ ἀγανάκτησιν. Ἄλλὰ τί φησιν; *Ὅδε οὐκ ἐποίησα οὐδὲν, ἀλλ' ἐνέβαλον με εἰς τὸν λάκκον τούτον*. Ταῦτα ἀκούοντες παιδευόμεθα, ἐπειδὴν τι τοιοῦτος περιπέσωμεν, μὴ ἐκείνους σπουδάζειν περιβάλλειν λοιδορίας, καὶ τὴν γλώσσαν ἀκονῶν κατὰ τῆς ἐτέρως κατηγορίας, ἀλλὰ μόνον πράως καὶ ἡμέτερος ἑαυτοῦς ἀνευθύνους δεικνύναι, καὶ μιμῆσθαι τὸν θαυμάσιον τοῦτον, ὅτι οὐδὲ ἐν συμφορᾷ ὧν κατεδέξατο κἄν μέγροι ῥημάτων ἐκπομπῆσαι τῆς Αἰγυπτίας τὴν ἀσέλγειαν. Ἵστε γὰρ ὅτι πολλοὶ πολλάκις καὶ ἀπεύθυνον δυνεὶ ἐγκλήμασι, πολλῇ τῇ ἀναίχυντῳι κεχρημένοι τὰ ἑαυτῶν πλημμελήματα ἐτέροις περιπίπτει ἐπιχειροῦσιν· οὗτος δὲ τοῦ ἡλίου φανότερος ἢ τυγχάνων, καὶ δυνάμενος ἅπαντα μετὰ ἀληθείας εἰπεῖν, κἀκείνης τὴν μακίαν κατάδηλον ποιῆσαι, καὶ ἐκρυπτον περιφανέστερον ἀποδείξαι, οὐδὲν ἐκείνων εἰς μέσον ἄγει. Οὐδὲ γὰρ τὴν παρὰ τῶν ἀνθρωπῶν ἠθροῦτον δόξαν, ἀλλ' ἡρεῖται τῇ ἀνωθεν εὐνοίᾳ, καὶ τὸν ἀκαίμητον ἐκείνον μόνον ὀφθαλμὸν ἐβούλετο ἐπαινέτην ἔχειν τῶν γινόμενων. Δ.δ καὶ σιγῶντος αὐτοῦ, καὶ πάντα κρύπτειν ἐπιχειροῦντος, ὁ φιλόσοφος Δεσπότης εἰς τοσαύτην αὐτὸν περιφάνειαν ἤγαγεν, ὅτε καλῶς εἶδε τὸν ἀβλήτην ἀγνωσίαν ἐκείνον. Τέως δὲ μάθωμεν καὶ ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα γινόμενων τὴν ὑπομονὴν τοῦ ἀνδρός, καὶ ὅπως πρὸς τὴν μέλλουσιν οὐκ ἐδυσχεράναν, οὐδὲ ἀπεδυσπέτησεν· ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς πρῆβουιλίας ἅπαντα γέρων ὑπαχάρισται τῷ ταῦτα συγχωροῦντι γίνεσθαι Δεσπότην. Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἀρχιστοιχοῖος, καὶ νομίσας καὶ τὸ

^a Coislin. κατηγορίας.

^b Coislin. et Savil. in marg. φανερώτερος.

etiam in servitute, etiam in carcere, etiam in afflictione, etiam in prosperitate. Quoniam igitur et in carcerem confectus sibi conciliavit præfectum carceris, et super omnes qui ibi erant potestatem ab eo accepit : videamus et hic quomodo vim gratiæ sibi concessæ manifestarit. 1. *Factum est enim, inquit, post verba hæc (Cap. 40). Qualia? Quæ narravit post factam calumniam, postquam condemnatus est ad carcerem : et non hoc solum, sed et postquam significatum est nobis Dominum cum illo fuisse, et præfectum carceris omnia quæ ibi erant ipsi commisisse, ut per illum administrarentur. Factum est, inquit, post verba hæc, postquam injectus est in carcerem, cum peccasset præfectus pincernarum et præfectus pistorum, 2. et 3. condemnati sunt a rege, ut in carcerem mitterentur, 4. quos præfectus carceris Josepho commendavit. Neque enim ut vincto usus est illo, sed ut curarum particeps, imo ut eo qui ibi detentorum miserias solari posset. Et adstitit eis, inquit. Quid est, Adstitit eis? Hoc est, consolatus est, roboravit eorum mentes, erexit eorum animos, et non permisit absorberi præ tristitia. Erant autem diebus multis in carcere, 5. et viderunt uterque in somnium in nocte una, præfectus pincernarum et præfectus pistorum. Sed beatus ille, cui curæ erat quomodo consolaretur illos, ut vidit eos ob visionem in somniorum turbati, et mente confundi, dicit : 7. *Cur facies vestre hodie tam obnubilæ et mæstæ? Ostendebant enim facies eorum intus latentem perturbationem. Propterea et sapiens quidam dicebat : Corde lætante floret facies, in tristitia autem exsistente, mæret (Prov. 15. 13). Igitur quia vidit eos tristitia affectos propter in somniorum visionem, causam discere volens rogavit. Vide quomodo et in carcere existens suam ostendit virtutem, et aliorum mœrores allevare studuit. Quid igitur illi? 8. *Somnium vidimus, et non est qui conjectet illud. Ignorabant sapientiam ejus cum quo loquebantur, sed vulgarem aliquem esse existimabant, et propterea somnium ei non narrant, sed tantum se vidisse dicunt, et addunt : Nullus est qui conjectet illud. Verum admirabilis ille vir dicit eis : Nonne a Deo manifestatio ejus est? Narrate igitur mihi. Num a me ipso promitto vobis aliquid me dicturum? Deus est qui revelat. Narrate igitur mihi. Vide intelligentiam et humilitatis excellentiam. Non dixit, Ego vobis diducio, ego vobis dico somniorum eventum; sed quid? Narrate igitur mihi. Deus enim est solus qui talia revelat. 9. Et narravit præfectus pincernarum. 12. *Ut autem audivit Joseph, inquit : Hæc est interpretatio ejus. 13. Tres propagines, tres sunt dies : adhuc tres dies, et recordabitur Pharaon tuæ pincernarum præfecturæ : et hinc restituet te, et dabis poculum Pharaoni in manum ejus juxta pristinum officium tuum, ut solebas, vinum infundens. 14. Sed recordare mei per teipsum, quando tibi bene erit, et facies mihi misericordiam, et memor eris mei apud Pharaonem, et educes me ex carcere hoc : 15. quia furtim abductus sum ex terra Hebræorum, et hic feci nihil, et immiserunt me in hunc lacum. Quia prædixerat ei bona eventura, et reconciliandum regem, dicit : Memor esto mei per teipsum, quando****

felicitatem tuam obtinueris, mentionem faciendo ejus qui hæc tibi prædixit, et facies mihi misericordiam.

2. *Fortitudo animi Josephi quanta; quanta ejus erga proximum caritas. — Hæc audiens, dilecte, ne contemnes pusillanimitatem justis : sed hac ratione potissimum obstupesce, quod cum tam multa essent molestia, tam fortiter et æquo animo tulit illam inhabitationem. Nam licet magnam a custode carceris potestatem accepisset, attamen gravabatur in tanto pædore cum sordidis et squalidis agendo. Nam vide ejus philosophicam mentem, quomodo fortiter tulerit omnia, in omnibus magnam declarans animæ humilitatem. Et facies, inquit, in me misericordiam, et recordaberis mei apud Pharaonem, et educes me ex carcere hoc. Attende, obsecro, hic quomodo nihil dicat contra scelestam illam adulteram, neque arguat dominum, neque narret fratrum in se inhumanitatem, sed tectis omnibus, dicit : Recordare mei, et fac educi me ex carcere hoc : Quia furtim abductus sum de terra Hebræorum, et hic nihil feci, et immiserunt me in lacum hunc. Ne perfunctorie hoc prætereamus, sed consideremus quam philosophica mente præditus fuerit, et quomodo inventa opportunitate temporis, et sciens præfectum pincernarum in felicem statum restitutum posse omne negotium suum regi significare, non Ægyptiam reprehendit (iterum enim eadem dicam), non dominum affert in medium, non fratres; non dicit causam propter quam condemnatus sit in carcerem, neque scelus in se commissum narrare studet : sed hoc unum curat, non ut illos condemnet, sed ut pro se solo dicat. Et fratrum quidem causam occultavit, dicens : Furto abductus sum ex terra Hebræorum : quæ autem Ægyptia illa fecerat, non profert in medium, neque injustam domini sui erga se indignationem. Sed quid dicit? Hic feci nihil, et immiserunt me in carcerem hunc. Hæc audientes discamus, si in talia incidimus, ut caveamus ne conviciis illos, qui nos vexarunt, incessamus, et ad accusationem illorum linguam acuamus : sed solum demonstremus in mansuetudine et lenitate nos innoxios esse, et imitemur illum admirabilem, qui neque in calamitate existens voluit vel verbis petulantiam et libidinem Ægyptiæ divulgare. Scitis enim multos criminibus etiam obnoxios, magna impudentia in alios sua delicta transferre conari : hic autem sole clarior existens, et qui poterat omnia cum veritate dicere, et illius insaniam manifestam facere, et semetipsum clariorem demonstrare, nihil illorum in medium affert. Neque enim humanam venabatur gloriam, sed sufficiebat ei benevolentia superiora, et oculum illum solum qui non dormit habere volebat laudatorem factorum suorum. Ideo silente eo, et omnia obtegere moliente, clemens Dominus in tantam eum gloriam perduxit, quando vilius athletam suum recte certasse. Jam autem discamus et ex iis quæ postea sequuntur viri patientiam, et quomodo non gravatim fert dilationem, neque a sua alacritate excidit; sed æquo animo omnia fert, et*

¹ Coisl., *detractioem.*

prompte gratias agit Domino suo, qui hæc fieri permittebat. His auditis, princeps pistorum ratus et suum sibi somnium boni aliquid præsignare, narrat ei somnii visionem. Quod ut audiit Joseph, accepta etiam ex superna revelatione ejus interpretatione, prædicit illi interitum imminentem, et dicit : 19. *Adhuc tres dies, et auferet Pharao caput tuum a te, et suspendet te in ligno; et comedent volucres cæli carnes tuas a te.* Propter hoc prius dicebam, inquit, non a meipso vobis prædico, sed quæcumque Deus revelaverit: ut sive bonum aliquid, sive malum præsignet somniorum visio, non mihi adscribatis. Non enim a me hæc loquor, sed illa vobis declaro, quæcumque superna gratia mihi manifestarit. Cæterum cum adessent statuti dies, opere impleta sunt quæ Joseph dixerat: et sicut ipse interpretatus erat, ita contigit utrique, et ille quidem ad pristinam rediit felicitatem, hic autem pœnam luit. 23. *Porro præfectus pincernarum, qui tantam consolationem acceperat, non est recordatus Joseph, sed oblitus est ejus.* Vide iterum justum in palæstra aliqua certantem, et suæ virtutis exhibentem specimina, non perturbari, neque commoveri, neque ægre ferre. Nam si quis ex vulgaribus fuisset, ita fortassis intra se dixisset: Quid hoc rei? præfectus pincernarum, mox ut interpretatus sum ei somniorum visionem, pristinam felicitatem accepit: et non est memor ejus qui sibi prædixit. Ille quidem solita felicitate fruitur, ego autem, qui nihil mali operatus sum, hic concludor cum homicidis, cum furibus, cum latronibus, cum iis qui innumera mala commiserunt. Nihil horum vel dixit, vel cogitavit: sciebat enim ampliora sibi stadia parari, ut legitime certando clariori redimiretur corona.

3. Considera enim quomodo post restitutionem illius duo anni præterierint. Oportebat enim expectari tempus opportunum, ut majori cum gloria inde educeretur. Si enim præfectus pincernarum ante somnia Pharaonis recordatus, eum subsidio suo liberasset, fortassis non tam perspicua fuisset aliis ejus virtus. Nunc autem solers et sapiens Deus sciens, sicut optimus artifex, quanto tempore in igne debeat aurum teneri, et iterum inde reduci, permittit ad tempus duorum annorum præfectum pincernarum illius obvisci, ut et tempus somniorum Pharaonis veniat, et compellente necessitate ipsa, justus ille in toto regno Pharaonis notus fiat. 4. *Nam post duos annos vidit, inquit, somnia Pharao.* 8. *Et factum est mane, et turbata est anima ejus. Et misit, et vocavit omnes conjectores Ægypti, et omnes sapientes suos, et narravit eis Pharao somnium, et non erat annuntians illud Pharaoni (Caput 41).* Vide multiplicem Dei dispensationem. Prius permittit omnes qui ibi habebantur sapientes tentari, ut demonstrata eorum ignorantia, tandem hic victus, captivus, servus, Hebræus in medium adductus nota faceret ea quæ multis ignota erant, quo omnibus manifestaretur superna gratia in illo refulgens. Cum igitur omnes sapientes venissent, et neque dicere aliquid, neque os aperire possent: tunc princeps pincernarum recordatus recensuit Pharaoni ea

quæ sibi in carcere contigerant, et inquit: 9. *Peccatum meum reminiscor hodie.* Et narrat statim quomodo in carcerem coniectus sit ipse et præfectus pistorum, et viderint somnia, et interpretationem eorum a Joseph acceperint, et quomodo secundum illius prædictionem ipsis evenerint omnia. 14. *Hæc cum audisset rex, misit ad Joseph, et eduxit eum ex carcere, et tolonderunt eum, et mutaverunt vestimentum ejus, et intravit ad Pharaonem.* Vide statim ab initio quantus nunc honor. Postquam enim purgatus est per patientiam, sicut aurum rutilans exiit de carcere, et ductus est ad Pharaonem. Vidisti quantum sit a superna gratia adjuvari? Vide nunc quanta dispensata sint, ut res Josephi complerentur. Nam postquam summum illud certamen certasset, et scelstæ illius Ægyptiæ pedicas effugisset, et in carcerem coniectus esset, permisit ut præfectus pincernarum et præfectus pistorum Pharaonis per illud tempus in carcerem illum inicerentur, et per interpretationem somniorum discerent viri sapientiam, ut eorum alter nunc tempestive illius mentionem faciens, eum in medium proferret. 15. *Dixit autem, inquit, Pharao ad Joseph: Somnium vidi, et non est qui interpretetur illud: ego autem audivi de te dicentes quod cum audieris somnia, ipsa interpreteris.* Vide quomodo confusus Pharao non dicit manifeste, nullum suorum sapientium potuisse dijudicare somnia: sed quid? *Somnium vidi, et non est qui interpretetur illud. Audivi autem de te dicentes, quod si audieris somnia, ipsa interpreteris.* Considera, obsecro, hic magnam prudentiam et pietatem Joseph, quomodo Pharaoni respondeat. Ne suspiceris, inquit, me aliquid a me dicturum, vel secundum humanam sapientiam dijudicaturum. Neque enim possibile est sine superna revelatione talium notitiam habere. Scias igitur, sine Deo non posse me respondere tibi. 16. *Sine Deo, inquit, non respondebitur salutare Pharaoni.* Cognosce universorum Dominum esse qui revelat, et ne ab hominibus quære, quæ solius Dei est manifestare.

Divina potentia per Josephum manifestata. — Vide quomodo responso suo docet Pharaonem, quam sit infirmi et inutiles sapientes ejus, et quanta sit potentia Dei. Igitur quoniam cognovisti ex me, neque ex humana sapientia, neque ex propriis rationibus hæc me loqui, dic quæ a Deo tibi sunt manifestata. Pharao ubi hæc audiit, narrat somnia, et primum et secundum, et inquit: 24. *Dixi conjectoribus, et non erat qui annuntiaret mihi.* Non audisti, inquit, a me, non esse humanæ sapientiæ talia significare? Ne igitur illis succenseas: numquam enim poterunt talia comprehendere, quæ superna egent revelatione. 25. *Et dixit Joseph, inquit: Somnium Pharaonis unum est.* 32. *Ut autem credas quod verum erit, quod a Deo tibi præsignatum est, et quod accelerabit Deus istud facere, repetitum est secundo.* Repetitio enim, inquit, confirmatio est visorum, et copiosior probatio quod omnino hæc futura sint. Et postquam distinxit numerum septem boum et septem spicarum, ac dixit magnam futuram abundantiam, et postea gravem sequitur esse famem, deinde optimum consilium affert, et dicit: Con-

αὐτοῦ ἄναρ χρηστὸν τι αὐτῷ προμηνηύεν, διηγείται αὐτῷ τὴν τοῦ ὄνειρου ὄψιν. Ἄλλ' ἀκούσας ὁ Ἰωσήφ, καὶ ἐκ τῆς ἄνωθεν ἀποκαλύψεως καὶ τὴν τούτου ἁ σύγκρισιν δεξάμενος, προμηνηύει αὐτῷ τὸν μέλλοντα αὐτὸν καταλήφθεσθαι θλιθρον, καὶ φησιν· Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ ἀφαλεῖ Φαραῶ ὅτιν κεφαλὴν σου ἀπὸ σοῦ, καὶ κρεμάσει σε ἐπὶ ξύλου, καὶ φάγεται τὰ ὄντα τοῦ οὐρανοῦ τὰς σάρκας σου ἀπὸ σοῦ. Διὰ τοῦτο προλαβὼν εἶπον, φησὶν, ὅτι οὐκ ἀπ' ἑμαυτοῦ ταῦτα ἡμῖν προμηνηύα, ἀλλ' ἅπερ ἂν ὁ Θεὸς ἀποκαλύψῃ, ἵνα κἂν χρηστὸν τι ὑποφαίνῃ τῶν ἐνειράτων ἢ ὄψιν, κἂν τὸ ἐναντίον, μὴ ἐμοὶ λογισθήσθε. Θύ γὰρ οἰκοθεν ταῦτα φθέγγομαι, ἀλλ' ἐκεῖνα ἡμῖν διακρῖναι, ἅπερ ἂν ἡ ἄνωθεν χάρις κατὰδῃλα ποιήσῃ. Ἄλλὰ [603] τῆς προθεσμίας ἐπιστάσης, εἰς ἔργον ἐξῆει τὰ παρὰ τοῦ Ἰωσήφ εἰρημνία, καὶ καθὰ αὐτὸς συνέκρινεν, οὕτω γέγονεν ἀμφοτέροις, καὶ θεὸς μὲν εἰς τὴν προτέραν ἐπαγγέλλεν εὐμερῖαν, δεῦτε ἄ τὴν τιμωρίαν ἐδέξατο. Ἄλλ' ὁ ἀρχαιοχόρος, ὁ τσοῦαῦτα κυρακλήθεις, οὐκ ἐμνήσθη, φησὶ, τοῦ Ἰωσήφ, ἀλλ' ἐπελάθετο αὐτοῦ. Ὅρα κἀκεῖν τὸν δίκαιον καθάπερ ἐν γυναικίαν τινα καὶ παλαιότερα ἀγωνιζόμενον, καὶ τῆς οικείας ἀρετῆς ἀποδείξιν παρεχόμενον, καὶ οὐδεμίαν ταραχὴν ὑπομένοντα, οὐδὲ θορυβοῦμενον καὶ δυσαναγετούμενον. Εἶπε γὰρ τὸν ἄλλος πρὸς αὐτὸν ἰσως, εἰ τῶν πολλῶν τις ἦν· τί τοῦτο; ὁ μὲν ἀρχαιοχόρος, καθὰ συνέκρινεν αὐτῷ τοῦ ὄνειρου τὴν ὄψιν, ἀπέλαβε μετὰ τσοῦαῦτης ταχύτητος τὴν προτέραν εὐμερῖαν, καὶ οὐδὲ μνήμην ἐποίησεν ἐμοῦ τοῦ προμηνηύσαντος. Ἄλλ' ἐκεῖνος μὲν ἔστιν ἐν ἀνάσει τσοῦαῦτη· ἐγὼ δὲ ὁ μὴδὲν χαλεπὸν ἐργασάμενος, ἐνταῦθα κατακλείσμαι μετὰ ἀνδροφόνων, μετὰ συμφορῶν, μετὰ ληστῶν, μετὰ τῶν μυρία ἐργασαμένων κακῶν. Οὐδὲν τούτων οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν· ἦδει γὰρ ὅτι καὶ τὰ σκάμματα αὐτῷ μακρότερα ἐγίνετο, ἵνα νομίμως ἀγωνισάμενος λαμπρὸν ἀναδήσῃται τὸν στέφανον.

γ. Σκόπει γὰρ μοι, μετὰ τὴν ἀποκατάστασιν ἐκείνου, φησὶ, δύο ἔτη παρήλθον ἡμερῶν. Ἔδει γὰρ ἀναμείναι τὸν καιρὸν τὸν ἐπιτήδειον, ὥστε μετὰ περιφανείας αὐτῷ γενέσθαι τὴν ἀποκρίσιν ἐξ ὁδοῦ. Εἰ μὲν γὰρ πρὸ τῶν ὄνειράτων τοῦ Φαραῶ ὑπομνησθεὶς ὁ ἀρχαιοχόρος διὰ τῆς οικείας προστασίας αὐτὸν ἠλευθέρωσε τοῦ δεσποτηρίου, ἰσως οὐδὲ κατὰδῃλος ἐμελλεν αὐτοῦ γίνεσθαι τοῖς πολλοῖς ἢ ἀρετῇ. Νυνὶ δὲ εἰδὼς ὁ εὐμήχανος καὶ σοφὸς δεσπότης, καθάπερ τεχνίτης ἄριστος ὁσον προσήκει, χροῖον τὸ χρυσὸν ὁμιλήσας τῷ πυρὶ καὶ πότε αὐτὴ χρῆ ἐκείθιν ἀνελέσθαι, συγχωρεῖ τὸν χρόνον τῶν δύο ἐτῶν λήθην ἐγγενέσθαι τῷ ἀρχαιοχόρῳ, ἵνα καὶ ὁ καιρὸς τῶν ὄνειράτων τοῦ Φαραῶ φθάσῃ, καὶ τῆς ἀνάγκης αὐτῆς συνελαινούσης πάσῃ τῇ βασιλείᾳ τοῦ Φαραῶ γνώριμος γένηται ὁ δίκαιος. Μετὰ γὰρ τὰ δύο ἔτη εἶδε, φησὶ, τὰ ὄνειρατα ὁ Φαραῶ. Καὶ ἐγένετο πρῶτ', καὶ ἐταράχθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ἀποστείλας ἐκέλευσε πάντας τοὺς ἐξηγητάς τῆς Αἰγύπτου, καὶ πάντας τοὺς σοφοὺς αὐτῆς, καὶ διηγήσατο αὐτοῖς Φαραῶ τὸ ἐνύπνιον, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀπαγγέλλων αὐτὸ τῷ Φαραῶ. Ὅρα τὴν πολλὴν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν. Πρῶτερον συγχωρεῖ πάντων τῶν αὐτόθι νομιζομένων σοφῶν πείραν αὐτὸν λαβεῖν, ἵνα ὅταν δευχθῇ ἡ ἐκείνων ἀγνοία, τότε οὗτος ὁ δεσμῶνης, ὁ αἰχμάλωτος, ὁ δοῦλος, ὁ Ἑβραῖος εἰς μέσον ἀχθεῖς, καὶ τὰ τοὺς πολλοὺς λανθάνοντα γνώριμα καταστήσας, πρῶδῃλον ὅπασι κατασκευασθῇ γε-

νέσθαι ἢ τὴν ἄνωθεν αὐτῷ ἐπανοῦσεν χάριν. Ὅτε οὖν ἅπαντες οἱ σοφοὶ παραγενόμενοι οὐδὲν εἰπαῖν ἠδυνήθησαν, οὐδὲ διαῖραι τὸ στόμα Ἰσχυσαν, τότε ὁ ἀρχαιοχόρος εἰς μὴμῃν ἐλθὼν ὑπομνηστικῶς τὸν Φαραῶ τῶν εἰς αὐτὸν συμβεβηκότων, καὶ φησὶ· Τὴν ἀμαρτίαν μου ἀναμνηστω σήμερον. Καὶ διηγείται αὐτίκα ὅπασ, ἦνίκα εἰς τὸ δεσμοτηρίον ἐνεβλήθη αὐτὰς καὶ ὁ ἀρχαιοχόρος, καὶ ἰδεάσαντο τὰ ὄνειρατα, καὶ τὴν σύγκρισιν ἐδέξαντο παρὰ τοῦ Ἰωσήφ, ὅτι κατὰ τὴν ἐκείνου [604] προαγόρευσεν ἅπαντα αὐτοῖς εἰς ἔργον ἐξῆλθε. Ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, μετεπέμψατο τὸν Ἰωσήφ, καὶ ἐξήγησεν αὐτὸν ἐκ τοῦ ἀχωρώματος, καὶ ἐξῆρσαν αὐτὸν, καὶ ἠλλάξαν τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ εἰσηλθε πρὸς Φαραῶ. Ὅρα εὐθέως καὶ ἐκ προσιμίων λοιπὸν πόση ἡ τιμὴ. Ἐπειδὴ ἐκαθάρισθη καλῶς διὰ τῆς ἐπαροῆς, καὶ καθάπερ χρυσὸν φαιδρυνόμενον ἐξῆει ἐκ τοῦ δεσμοτηρίου, καὶ ἦγετο πρὸς Φαραῶ. Εἶδες πόσον ἐστὶ τὸ ὑπὸ τῆς ἄνωθεν βοήθεισθαι βοήτης; Ὅρα πόσα ὀκονομῆθη, ἵνα τὰ κατὰ τὸν Ἰωσήφ εἰς ἔργον ἐξέβη. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν μέγιστον ἐκείνον ἄθλον ἠγωνίσαστο τῆς μαρᾶς ἐκείνης Αἰγυπτίας τὰ δικτα διαφυγῶν, καὶ εἰς τὸ δεσμοτηρίον ἐνεβλήθη, συνεχωρήθη τὸν ἀρχαιοχόρον καὶ τὸν ἀρχαιοχόρον τοῦ Φαραῶ κατ' ἐκείνον τὸν καιρὸν ἐκεῖ ἐμβληθῆναι, καὶ διὰ τῆς συγκρίσεως τῶν ὄνειράτων μεθῆναι τοῦ ἀνδρός τὴν σοφίαν, ἵνα νῦν ἐν καιρῷ μνήμην αὐτοῦ ποιησάμενος εἰς μέσον αὐτὸν ἀγάγῃ. Εἶπε δὲ, φησὶ, Φαραῶ πρὸς τὸν Ἰωσήφ· Ἐνύπνιον ἐώρακα, καὶ ὁ συγκρίτων οὐκ ἐστὶν αὐτό· ἐγὼ δὲ ἀκήκοα περὶ σοῦ λεγόντων, ἀκούσαντά σε ἐνύπνια, συγκρίτω αὐτά. Ὅρα πῶς εἰσχυρόμενος ὁ Φαραῶ οὐ λέγει φανερώς, ὅτι Οὐδεὶς τῶν παρ' ἐμοὶ σοφῶν Ἰσχυσε διακρίναι τὰ ὄνειρατα· ἀλλὰ τί; Ἐνύπνιον ἐώρακα, καὶ ὁ συγκρίτων οὐκ ἐστὶν αὐτό· ἀκήκοα δὲ περὶ σοῦ λεγόντων, ἀκούσαντά σε ἐνύπνια, συγκρίτω αὐτά. Σκόπει μοι καὶ ἐνταῦθα τοῦ Ἰωσήφ τὴν σύνεσιν καὶ τὴν πολλὴν εὐλάβειαν, ὅπως ἀποκρίνεται τῷ Φαραῶ. Μὴ ὑποπταύης, φησὶν, ἐμὲ τὸ οἰκοθεν φθέγγεσθαι, ἀπὸ ἀνθρωπίνης σοφίας ταῦτα διακρίνειν. Οὐδὲ γὰρ ἂν τε ἀνευ τῆς ἄνωθεν ἀποκαλύψεως τὴν γνώσιν τούτων καταλαβείν. Ἰσθὶ τολύων, ὅτι ἀνευ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὀλόν τὸ μετὰ ἀποκριθῆναι σοι. Ἄνευ γὰρ, φησὶ, τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀποκριθῆσεται τὸ σωτήριον τοῦ Φαραῶ. Μαθὼν τολύων ὅτι ὁ τῶν ἀπάντων δεσπότης ἐστὶν ὁ ταῦτα ἀποκαλύπτων, μὴ παρὰ ἀνθρώπων ζητεῖ ταῦτα, ἢ μόνου, φησὶ, τοῦ Θεοῦ ἐστὶν εἰς φανερὸν ἄγειν.

Ὅρα πῶς διὰ τῆς ἀποκρίσεως παιδεύει τὸν Φαραῶ εἰδέναι καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ σοφῶν τὴν ἀσθένειαν, καὶ τοῦ δεσπότητος τὴν δύναμιν. Ἐπεὶ οὖν ἐγνώσθη παρ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἀπὸ σοφίας ἀνθρωπίνης ταῦτα φθέγγομαι, οὐδὲ ἐξ οικείων λογισμῶν, λέγε τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ σοὶ μηνυθέντα. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Φαραῶ διηγείται τὰ ἐνύπνια, καὶ τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον, καὶ φησιν· Εἶπα τοῖς ἐξηγηταῖς, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀπαγγέλλων. Οὐκ ἤκουσας, φησὶ, καὶ παρ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἐστὶ τὸ ταῦτα γνωρίζειν τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας; Μὴ τολύων ἐκείνος καταμέμψου· οὐδὲ γὰρ ἂν Ἰσχυσάν ποτε ταῦτα καταλαβεῖν, ἢ τῆς ἄνωθεν δέεται ἀποκαλύψεως. Καὶ εἶπε, φησὶν, Ἰωσήφ· Τὸ ἐνύπνιον Φαραῶ ἐν ἐστὶ. Ἴνα δὲ πιστεύσῃς ὅτι ἀληθὲς ἐστὶ τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ σοὶ μηνυθέν, δεύτερον ἀνηρέχθη τὸ αὐτὸ σε θεάσασθαι, καὶ ὅτι ταχυνεῖ ὁ Θεὸς τὸ ποιῆσαι αὐτό. Ἢ δεύτερωσις, φησὶ, βεβαίως ἐστὶ τῶν φανερωμένων, καὶ πληροφορία ὅτι πάντως ταῦτα γενήσεται. Καὶ ἐπειδὴ δέικρινεν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐπὶ βοῶν καὶ τῶν ἐπὶ τὰ [605] σταχῶν, ἐπὶ τὸν εὐθηνίαν μεγάλῃν ἐσεσθαι, καὶ ταύτην λιμὸν διαδέξεσθαι χαλεπὸν, λοι-

^a Savil. et quinque mss. τὴν περὶ τούτου.

^b Savil. et duo mss. καὶ ἀφαλεῖ Φαραῶ.

^c Καὶ δε μὲν εἰς τὴν... δε δε. Nota ὅς bis repetitum articuli vice, quod forte ne semel quidem alias reperire est apud Chrysostomum.

^d Quinque mss. παρασκευασθῆναι γενέσθαι.

πὸν καὶ συμβουλήν εἰσάγει ἀρίστην, καὶ φησὶ· Κατάστησον ἄνδρα ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου, ὃς δυνήσεται τῶν ἐπὶ τῶν εὐθηνίας τὰ γεννήματα συναγαγῶν οὕτως οἰκονομῆσαι, ὡς δυνήθηαι ἐν τῷ καιρῷ τοῦ λιμοῦ παραμυθίαν εὐρέσθαι, καὶ μὴ παντελῆ γενέσθαι τὸν ἀφανισμόν. *Ἦρως ταῦτα τῷ Φαραῶ καὶ πᾶσι τοῖς παισὶν αὐτοῦ.* Καὶ λοιπὸν ὑπηρετεῖ ὁ Φαραῶ τῇ ἐκθάσει τῶν ὄνειράτων τοῦ Ἰωσήφ, ὧν ἐθεάσατο ἠνίκα παρὰ τῷ πατρὶ διήγε. Καὶ αὐτὸς μὲν τὰ ὄνειράτα τοῦ Φαραῶ διέκρινεν· ὁ δὲ Φαραῶ εἰς τέλος ἤγε τῶν ὄνειράτων τὴν ἐκθασιν ἀγνοῶν. Ἀκούσας γὰρ ταῦτα, φησὶν, *Εἶπε τοῖς παισὶν αὐτοῦ· Μὴ εὐρήσομαι ἄνθρωπον τοιοῦτον, ὃς ἔχει πνεῦμα Θεοῦ ἐν ἑαυτῷ;*

δ. Εἶδες πῶς ἔγνω καὶ αὐτὸς ὅτι ἐκ τῆς ἀνωθεν ἀποκαλύψεως αὐτῷ ταῦτα κατάδηλα γέγονε; Τίνα γὰρ, φησὶν, εὐρήσομεν, ὃς τοιαύτης ἤξιώται χάριτος, ὡς πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ; *Καὶ εἶπε τῷ Ἰωσήφ· Ἐπειδὴ ἐδειξέ σοι ὁ Θεὸς πάντα ταῦτα, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος φρονιμώτερός σου.*

Σκόπει ἐνταῦθα πῶς, ὅταν βούληται ὁ εὐμήχανος Θεὸς εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὰ αὐτῷ δόξαντα, οὐδὲν τῶν ἐν τῷ μέσῳ συμβαινόντων κώλυμα γενέσθαι δύναται. Ἰδοὺ γὰρ, καὶ σφαγὴ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν γέγονε, καὶ πρᾶσις, καὶ κατηγορία περὶ αὐτὸν ἔσχατον ἐπάγουσα κίνδυνον, καὶ δεσμοτήριον ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον, καὶ μετὰ ταῦτα ἅπαντα εἰς αὐτὸν ἀνηγέθη, σχεδὸν εἰπεῖν, τὸν θρόνον τὸν βασιλικόν. *Ἐπειδὴ ἐδειξέ σοι ὁ Θεὸς πάντα ταῦτα, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος φρονιμώτερός σου καὶ συνετώτερος.* Σὺ οὖν ἔση ἐπὶ τῷ ὄκῳ μου, καὶ ἐπὶ τῷ στόματι σου ἐπακούσεται πᾶς ὁ λαὸς, πλὴν τὸν θρόνον ὑπερέβω σου ἐγώ. Ὅρα πῶς ἄθρόν ὁ δεσμώτης βασιλεὺς καθίσταται πάσης τῆς Αἰγύπτου, καὶ ὁ ὑπὸ τοῦ ἀρχιμαγείρου εἰς τὸ δεσμοτήριον εἰσαχθεὶς, ὑπὸ τοῦ βασιλεῦς εἰς αὐτὴν ἀνάγεται τὴν ἀνωτάτω τιμῆν^α· καὶ ὁ γενόμενος αὐτοῦ δεσπότης ἐξαίφνης ἔωρα, ὃν ὡς μοιχὸν εἰς τὸ δεσμοτήριον ἐμβαδλήκει, τὴν ἀρχὴν πάσης Αἰγύπτου δεξάμενος. Εἶδες πόσον ἔστι τὸ φέρειν εὐχάριστος τοὺς πειρασμούς; Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγεν· *Ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, ἡ δὲ ἐλπίς οὐ καταισχύνει.* Ὅρα οὖν^β· τὰς θλίψεις μεθ' ὑπομονῆς ἠγεγεγεν· ἡ ὑπομονὴ δόκιμον αὐτὸν ἀπειράσατο· δόκιμος γενόμενος ἐπιζῶν διετέλει· ἡ ἐλπίς οὐ κατήσχυνεν. *Εἶπε δὲ πρὸς αὐτόν· Ἰδοὺ καθίστημι σε σήμερον ἐπὶ πᾶσαν γῆν Αἰγύπτου. Καὶ περιελόμενος Φαραῶ τὸν δακτύλιον ἀπὸ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, περιέθηκεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν χεῖρα Ἰωσήφ, καὶ ἐπέδυσεν αὐτὸν στολὴν βυσσίνην, καὶ περιέθηκεν κλοιδὸν χρυσοῦν περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἐνεβίβασεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἄρμα τὸ δεύτερον αὐτοῦ, καὶ ἐκήρυξεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ κήρυξ, καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἐφ' ὄλης τῆς Αἰγύπτου.* Ἐπειδὴ γὰρ τὸν Θεὸν εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ, οὗτος αὐτῷ ταῦτα πάντα προητύπησε, καὶ εἰς τὴν περιφάνειαν αὐτὸν ταύτην ἀνήγαγεν. *Εἶπε δὲ Φαραῶ· Ἄνευ σοῦ οὐδεὶς ἐξάρη τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ πάσῃ γῆ Αἰγύπτου. Καὶ ἐκάλεσε Φαραῶ τὸ ὄνομα Ἰωσήφ, Φοιθομαρῆχ· διὰ τῆς προσηγορίας τοῦ ὀνόματος διηνεκτὴ τὴν μνήμην βουλόμενος ἐναποθέσθαι τῆς ἐνυπαρχούσης αὐτῷ σοφίας. Τοῦτο γὰρ ἔφηνευε, τῶν χρυπῶν γνώστης· ἐπειδὴ γὰρ*

τὰ πᾶσιν ἀγνωστα εἰς φανερόν ἤγαγε, σημαίνων τοῦτο αὐτὸ ὁ Φαραῶ τὴν προσηγορίαν αὐτῷ ἐπιτίθησι. Καὶ ἐπιδαψιλεύμενος τῇ τιμῇ, δίδωσιν αὐτῷ καὶ τὴν θυγατέρα Πετεφρῆ εἰς γυναῖκα. Εἶτα ἐπειδὴ ὁμῶνυμος ἦν οὗτος τῷ γενομένῳ αὐτοῦ δεσπότη, φησὶ, *Τοῦ ἱερέως Ἠλιουπόλεως.* Καὶ ἵνα μάθωμεν λοιπὸν ὅταν ἄγων τὴν ἡλικίαν ὁ θαυμαστος οὗτος τοσαύτης ἤξιούτο τῆς ἀμοιβῆς καὶ τοσοῦτους ἐπεδείξατο τοὺς ἄθλους, φησὶν· *Ἰωσήφ δὲ ἦν τριάκοντα ἐτῶν, ὅτε ἔστη ἐναντίον Φαραῶ.* Μὴ ἀπλῶς νομίσωμεν τῶν ἐτῶν τὸν χρόνον ἐγκρίσθαι, ἀλλ' ἵνα μάθωμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀμελῶντι τῆς ἀρετῆς ἀπολογία, οὐδὲ ἔξαστί τιμι προβαλέσθαι νεότητα, ἐνθα ἀρετὴν ἐπιδειξασθαι δεῖ. Ἰδοὺ γὰρ οὗτος οὐ μόνον νέος ἦν, ἀλλὰ καὶ καλὸς τῷ εἶδει, καὶ ὠραῖος τῇ ὄψει. Ἔστι γὰρ καὶ νέον ὄντα μὴ κεκτῆσθαι τὴν τοῦ σώματος εὐμορφίαν. Οὗτος δὲ μετὰ τῆς νεότητος καὶ καλὸς ἦν τῷ εἶδει, καὶ ὠραῖος τῇ ὄψει, καὶ σχεδὸν ἐν αὐτῷ τῆς ἡλικίας τῷ ὄνθει τυχάνων, δούλος καὶ αἰχμάλωτος ἐγένετο. Δεκαεπτὰ ἐτῶν γὰρ ἦν, φησὶν, ἠνίκα κατήχθη εἰς Αἰγύπτου. Εἶτα ἐν αὐτῇ τῇ καμίνῳ τῆς νεότητος γεγενημένῳ ἐπιτίθεται ἡ ἀκόλαστος Αἰγυπτία, ἡ δεσποῖνα αὐτοῦ γεγενημένη, καὶ οὐδὲ οὕτω πειριεγένετο τῆς ἀνδρείας τοῦ δικαίου· εἶτα τὸ δεσμοτήριον, καὶ ἡ ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ἐκεῖ ταλαιπωρία· καὶ ἔμενε καθάπερ ἀδάμας, οὐ μόνον οὐ γινόμενος ἀσθενέστερος, ἀλλὰ καὶ πλείονα ἰσχυρὸν προσλαμβάνων. ἔχει γὰρ νευρούσαν αὐτὸν τὴν ἀνωθεν χάριν. Καὶ ἐπειδὴ προλαβὼν τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα ἐπεδείξατο, διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ δεσμοτηρίου ἐπὶ τὴν ἀρχὴν πάσης ἐκαλεῖτο τῆς Αἰγύπτου.

ε'. Ταῦτα ἀκούοντες μηδέποτε ἐν ταῖς θλίψεσιν ἀπαγορεύωμεν, μηδὲ τοῖς οικείοις λογισμοῖς κατακαλοῦθοντες δυσανασχετῶμεν· ἀλλὰ πολλὴν τὴν ὑπομονὴν ἐπιδεικνύμενοι τῇ ἐλπίδι τρεφόμεθα, εἰδότες τοῦ δεσπότη τοῦ ἡμῶν τὸ εὐμήχανον, καὶ ὅτι οὐ περιορῶν ἡμᾶς καταλιμπάνει πείραν λαβεῖν τῶν λυπηρῶν, ἀλλὰ βουλόμενος ἡμᾶς αγωνισαμένους λαμπρὸν ἀναδήσασθαι τὸν στέφανον. Οὕτω πάντες οἱ ἄγιοι εὐδοκίμησαν. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἀπόστολοι ἔλεγον· *Διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.* Καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς· *Ἐν τῷ κόσμῳ θλίψις ἔσται.* Μὴ τοίνυν ἀσφάλωμεν πρὸς τὰς θλίψεις, ἀλλ' ἀκούωμεν Παύλου λέγοντος, ὅτι *Οἱ θέλοντες ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, διωχθήσονται.* Καὶ μὴ ξενίζώμεθα, μηδὲ δυσχεραίνωμεν, ἀλλὰ μετὰ πάσης ἀνδρείας καὶ ὑπομονῆς τὰ ἐπαγόμενα φέρωμεν, μὴ πρὸς τὰς θλίψεις ἀφορῶντες, ἀλλὰ πρὸς τὸ κέρδος τὸ ἡμῖν ἐντεῦθεν συλλεγόμενον· ἐμπορία γὰρ ἔστιν αὕτη πνευματικὴ. Καὶ καθάπερ οἱ τὰ χρήματα συλλέγειν βουλόμενοι, καὶ τὴν ἐμπορίαν ταύτην τὴν βωτικὴν μετιόντες, οὐκ ἂν ἑτέρως δυνήθειν αὐξῆσαι τὴν οἰκειαν περιουσίαν, εἰ μὴ πολλοὺς κινδύνους ὑπομένωμεν κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν (καὶ γὰρ ληστῶν ἐφόδους, καὶ πειρατῶν ἐπιβουλὰς ἀντάγει ὑποστῆναι), [607] καὶ ὁμοῦ πάντα μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας καταδέχεσθαι ἐτοιμάζονται, τῇ προσδοκίᾳ^ε τοῦ κέρδους οὐδεμίαν τῶν λυπηρῶν αἰσθησὶν λαμβάνοντες· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμᾶς ἐννοοῦντας τὸν ἐντεῦθεν ἡμῖν συλλεγόμενον πλοῦτον καὶ τὴν πνευματικὴν ἐμπορίαν, προσήκει χαίρειν καὶ ἀγαλλέσθαι, καὶ μὴ σκοπεῖν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα, καθὰ περ ὁ Παῦλος προαινεῖ λέγων· *Μὴ σκοποῦντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα.* Τοῦτο γὰρ πίστις, ὅταν μὴ

^α Alit τὴν ἀνωτάτω ἀρχὴν.

^β Ὅρα οὖν. ἡσσε omittit Coisl.

^ε Quinque mss. καταδέχονται τῇ προσδοκίᾳ. Infra iidem ἡμῖν συναγόμενον πλοῦτον, καὶ τὴν πνευματικὴν ἐμπορίαν.

stima virum super Ægyptum, qui possit colligere redundantes fructus septem annorum, ac sic dispensare, ut possit in tempore famis solatium inveniri, et non fiat omnimoda consumptio. 37. *Placuerunt hæc Pharaoni et omnibus servis ejus.* Tuncque ministravit Pharaoni exitui somniorum Joseph, quæ viderat quando apud patrem agebat. Et ipse quidem somnia Pharaonis dijudicabat: Pharaonem autem somniorum eventum ignorans ad finem ducebat. Nam ut hæc audivit, 38. *Dixit servis suis: Num inveniemus hominem talem, qui habet spiritum Dei in semetipso?*

volunt eis bene uti, in periculum certum se precipitant, sarcinam peccatorum sibi inde colligentes. Nascentur enim inde luxus, deliciæ, et absurdæ voluptates et infinita mala: non simpliciter a pecuniis dico, sed ideo quia qui illas receperunt, eis nesciunt recte uti. Propterea et sapiens quidam dicebat: *Bona divitiarum, quibus non est conjunctum peccatum* (Eccli. 13. 30). Quia et Abraham dives erat, et Job dives erat, et non solum nihil damni eis accidit a divitiis, sed et clariores fuerunt. Quare? Quia non in usum suum tantum has possidebant, sed ut iis juvarent etiam alios, quorum succurrerent inopiæ, et esset domus eorum aperta peregrinis omnibus. Audi enim unum eorum dicentem: *Si autem egressus est quis de domo mea sine vacuo: cæterum et impotentes viribus, si quando indigebant subsidio, non privabantur* (Job. 31. 16). Et non solum per pecunias subsidium indigentibus ferebant, sed et sollicitudinem eorum gerebant. *Et eram, inquit, pes claudis, oculus cæcis, et e medio dentium eripui prædam* (Job. 29. 15. 17). Vides illum et curam agere eorum qui injuria afficiuntur, et debilius membrorum vicem per omnia repræsentare? Hunc omnes oportet imitari, hunc, inquam, qui ante legem fuit, et ante gratiam tam bene moratam vitam gessit: idque cum nec præceptorem habuerit, neque progenitores virtute præditos, sed a semetipso et a sententia recta in bonam hanc vitam prodierit. Nam unusquisque nostrum in natura sua habet insitam scientiam virtutis: et nisi quis eam voluerit per ignaviam suam perdere generositatem, numquam ea privabitur. Utinam autem eam omnes nos eligamus, et cum diligentia exerceamus, ita ut bona quæ diligentibus Deum promissa sunt consequamur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et sancto Spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LXVII.

Dixit autem Israel ad Joseph: ecce ego morior, et erit Deus vobiscum, et reducet vos Deus ex terra hac in terram patrum vestrorum. Ego autem do tibi Secima electa præ fratribus tuis, quæ cepi in gladio meo et arcu (Gen. 48. 21. 22).

1. *Jacobi historiam pergit Chrysostomus, et iis quæ præcedentem homiliam concluderunt breviter resumptis, identidem Jacobum inducit res futuras prædicentem filiis et de morte sua proxima ipsos admonentem, ex verbis Jacobi quædam moralia principia eruens, verbi gratia: nihil prodesse dona naturalia nisi mores probi accedant.*

— Pollicebamur nuper finem nos imposituros historiæ Jacob, sermoneque prolixius se extendente, ad finem quod promittebamus perducere non valuimus. ideo volo quæ pridem relicta fuerunt in medium proponere, ut nunc saltem, si Deus dederit, finem imponamus. Operæ pretium autem fuerit, primum vestram commonefacere caritatem, et ostendere ubi sermonem nuper missum fecerimus. Scitis utique, et memores estis, cum Jacob benedicturus esset filios Joseph, ipsos Ephraim Manassi proposuisse, idque etiam patre ejus non probante: cui et dixit: *Scio, fili; ve-*

*rum tamen et hic erit in populum, et hic exaltabitur: sed frater ejus junior major eo erit, et semen ejus erit in multitudinem gentium. Et benedixit eos in die illa, dicens: In vobis benedicent Israel, dicentes: Faciat te Deus sicut Ephraim et Manassen; et posuit Ephraim ante Manassen. Et hucusque processimus, ac ne sermonum nimia copia vestram obrueremus memoriam, cessavimus a doctrina: sed si videtur, hodie sequentia videamus. 21. Dixit autem Israel ad Joseph: Ecce ego morior, et erit Deus vobiscum, et reducet vos Deus ex terra hac in terram patrum vestrorum. 22. Ego autem do tibi Secima electa præ fratribus tuis, quæ cepi in gladio meo et arcu. Postquam filios benedixit, et futura prævidens juniorem præposuit seniori: volens persuadere Josepho, se non simpliciter, neque temere hoc fecisse, sed prædicentem futura: prædicat etiam ei suam mortem, et quod redituri sint ex aliena terra in Chanaan, in terram patrum suorum: et bonam eis spem augot, ita ut expectatione solatium habeant. Nam spes bonorum hujus vitæ labores semper imminuit. Et monstrans etiam tempore mortis, quam dilectionem erga Joseph habent, dicit ei: *Ego autem do tibi Secima electa præ fratribus tuis: quasi per hoc declarans, Hoc omnino erit, et secundum meam prædictionem redibitis, et in hereditatem possidebitis terram patrum vestrorum: et Secimorum civitatem tibi do hereditatem electam Præ fratribus tuis, quam cepi de manu Amorruorum in gladio meo et arcu. Quidnam hoc est? Quæ a Symeone et Levi facta sunt contra Secimitas in personam propriam transfert: et propter hoc dicit, Quæ cepi in gladio meo et arcu. Sed hic opportune quaesiverit quispiam: Et quare hoc facinus suum facit, cum postea testamentum editurus accusatione clare scripta eos arguat? Non secum pugnat justus, sed declarat mansuetudinem mentis suæ, et præter suæ mentis sententiam hoc factum esse: non solum enim non probavit factum, sed et arguit, postquam id factum fuerat. Propterea volens monstrare suam erga Joseph dilectionem, ei concedit Secima, et dicit: *Quæ cepi in gladio meo et arcu. Nam licet illorum fuerit opus, in mea tamen potestate positum est. Si enim filiorum dominus pater, multo magis eorum quæ a filiis possidentur: si autem dominus, et quod voluerit dare possit. Itaque declarare volens suam erga Joseph benevolentiam, non solum Ephraim et Manassen benedicit, sed et Secima electam hereditatem relinquat filio. 1. Et vocavit, inquit, Jacob filios suos, et dixit: Congregamini, ut annuntiem vobis quid eventurum sit vobis in novissimis diebus. 2. Congregamini, et audite Israel patrem vestrum (Caput 49). Vide justi intelligentiam. Quia præsciebat mortis tempus, vocavit filios suos ad se, et dicit: Congregamini, ut vobis jam prædicam quid vobis eventurum sit in ultimis diebus. Congregamini, et audite Israel patrem vestrum. Venite, inquit, et discite a me, non præsentia, non quæ post parvum tempus eventura, sed quod accidit in ultimis diebus. Et hæc vobis non a memetipso annuntio, sed afflatus a Spiritu: et idcirco quæ multis postea generationibus contingent prædico. Etenim e vita hac***

αἱ μητέρες ἀδεῶς τῶν τοιούτων ἐφάπτεσθαι· οὕτω δὴ καὶ οἱ νέοι, ἐπειδὴν χρημάτων περιουσίαν διαδέχονται, διὰ τὸ μὴ θέλειν αὐτοῖς δεδόντως κεχρησθαι, εἰς προφανῆ κίνδυνον ἑαυτοῦς περιτρίβουσι, τὸν φόρον τῶν ἀμαρτημάτων ἐντευθεῖς ἑαυτοῖς συλλέγοντες. Αἱ γὰρ τρυφαί, καὶ αἱ ἄστοποι ἡδοναί, καὶ τὰ μυρία κακὰ ἐντευθεῖν τίχεται· οὐχ ἀπλῶς ἀπὸ χρημάτων λέγω, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ μὴ εἰδέναι προσηκόντως αὐτοῖς κεχρησθαι τοὺς ταῦτα διαδεξαμένους. Διὰ τοῦτο καὶ σοφὸς τις ἔλεγεν· Ἀγαθὸς ὁ πλοῦτος, ᾧ μὴ ἔστιν ἀμαρτία. Ἐπεὶ καὶ ὁ Ἀβραὰμ πλούσιος ἦν, καὶ ὁ Ἰωὺ πλοῦσιος ἦν, καὶ οὐ μόνον οὐδὲν ἀπὸ τοῦ πλοῦτου παρεβλάθησαν, ἀλλὰ καὶ μειζόνως εὐδοκίμησαν. Τίνοις ἔνεκεν καὶ διὰ τί; Ὅτι οὐκ εἰς οἰκίαν ἀπόλαυσιν μόνον τοῦτω ἐκέχρητο, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν ἄλλων παραμυθίαν, καὶ τὰς τῶν δεομένων διορθούμενοι πανίας, καὶ ἡ οἰκία αὐτῶν παντὶ ζένην ἦν ἀνεψυγμένη. Ἄκουε γὰρ ἐνδὲς αὐτῶν λέγοντος· *Εἰ δὲ καὶ ἐβήλαθ' ἐτις ἐκ τοῦ οἴκου μου κλίπῃ κενῷ, καὶ ἀδύνατος δὲ, εἰ ποτε εἶχον χρεῖαν, οὐκ ἀπέτυχον*. Καὶ οὐ μόνον τὴν διὰ χρημάτων ἐπικουρίαν εἰς τοὺς δεομένους ἐπεδείκνυντο, ἀλλὰ καὶ τὴν διὰ τῆς προστασίας πρόνοιαν. Ἐγὼ γὰρ ἤμην, φησι, πρὸς χαλῶν, ὀφθαλμὸς δὲ τυφλῶν, καὶ ἐκ μένου ὁδόντων ἐξέσπυσα ἄρπαγμα. Ὁρᾷς αὐτὸν καὶ προνοῦντα τῶν ἀδικουμένων, καὶ ἀντὶ τῶν πετηρωμένων μελῶν ἅπασι γινόμενον; Τοῦτον ἀπαντας ἐχρῆν ζηλοῦν, τὸν πρὸ τοῦ νόμου, τὸν πρὸ τῆς χάριτος· τοσαύτην φιλοσοφίαν ἐπιδειξάμενον, καὶ ταῦτα οὐδὲ διδάσκαλον ἐσχηκότα, οὔτε προγόνους ἐναρέτους, ἀλλὰ οἰκοθεν καὶ ἀπὸ γνώμης ὀρθῆς ἐπὶ τὴν χρηστὴν ταύτην πολιτείαν ἐλάβοντα. Καὶ γὰρ ἕκαστος ἡμῶν ἐν αὐτῇ τῇ φύσει ἐναποκειμένην ἔχει τὴν γνῶσιν τῆς ἀρετῆς· καὶ εἰ μὴ τις βουλευθῆ ἀπὸ βρθυμίας τὴν οἰκίαν προδοῦναι εὐγένειαν, οὐκ ἂν ποτε ταύτης ἀμοιρήσειε. Γένοιτο δὲ πάντας ἡμᾶς ταύτην ἐλομένους, καὶ μετὰ ἀπειθείας ταύτην κατορθώσαντας, καὶ τῶν ἐν ἐπιχειρήσει κειμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

[635] ΟΜΙΛΙΑ ΕΖ'.

Ἐἶπε δὲ, φησὶν, Ἰσραὴλ τῷ Ἰωσήφ· Ἴδου ἐγὼ ἀποθνήσκω, καὶ ἔσται ὁ Θεὸς μεθ' ὑμῶν, καὶ ἀποστρέψει ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἐκ τῆς γῆς ταύτης εἰς τὴν γῆν τῶν πατέρων ὑμῶν. Ἐγὼ δὲ δίδωμι σοὶ Σηκίμα ἐξαιρετον παρὰ τοὺς ἀδελφούς σου, ἦν ἔλαβον ἐν μαχαίρα μου καὶ τόξῳ.

α'. Πρώην ἐπαγγελιάμενος τέλος ἐπιθεῖναι τῇ κατὰ τον Ἰακώβ ὑπόθεσιν, εἰς μῆκος ἡμῖν ἐκταθέντος τοῦ λόγου, τὴν ὑπόθεσιν πᾶσαν εἰς πέρας ἀγαγεῖν οὐκ ἰσχύσαμεν. Διὸ βούλομαι σήμερον τὰ πρῶην ἡμῖν ἐκείθεν ἀπολειφθέντα εἰς μέσον προθεῖναι, ἵνα οὕτω καὶ νῦν, Θεοῦ διδόντος, τὸ τέλος ἐπιθώμεν. Ἀναγκαῖον δὲ πρότερον ὑπομνήσαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ δεῖξαι μέχρι τίνος τότε τὸν λόγον στήσαντες, οὕτω τὴν διδασκαλίαν κατελύσαμεν. Ἴστε δήπου καὶ μέμνησθε, ὅτι ἤνικα τοὺς τοῦ Ἰωσήφ παῖδας μέλλων εἰ δίκαιος εὐλογεῖν, τὸν Ἐφραῖμ τοῦ Μανασσῆ προέθηκα, καὶ ταῦτα τοῦ πατρὸς δυσχεράναντος, πρὸς ὃν καὶ εἶπεν, *Οἶδα, τέκνον· καὶ οὗτος ἔσται εἰς λαόν, καὶ οὗτος ἐνυωθήσεται· ἀλλ' ὁ ἀδελφός σου αὐτοῦ ὁ νεώτερος μείζων αὐτοῦ ἔσται, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἔσται εἰς κληθὸς ἰδῶν. Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείτῃ, λέγων· Ἐν ὑμῖν εὐλογηθήσεται Ἰσραὴλ, λέγοντες· Ποιήσασε ὁ Θεὸς ὡς Ἐφραῖμ καὶ Μανασσῆ· καὶ ἔθηκε τὸν Ἐφραῖμ ἐμπροσθεν τοῦ Μανασσῆ. Μέχρι*

τοῦτου γενόμενοι, ὥστε μὴ τῷ πληθεῖ καταχῶσαι ὑμῶν τὴν μνήμην, ἐπαυσάμεθα τῆς διδασκαλίας· ἀλλ' εἰ δοκεῖ, σήμερον ἴσμεν τὰ ἐξῆς. *Ἐἶπε γὰρ, φησὶν, Ἰσραὴλ τῷ Ἰωσήφ· Ἴδου ἐγὼ ἀποθνήσκω, καὶ ἔσται ὁ Θεὸς μεθ' ὑμῶν, καὶ ἀποστρέψει ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἐκ τῆς γῆς ταύτης εἰς τὴν γῆν τῶν πατέρων μου. Ἐγὼ δὲ δίδωμι σοὶ Σηκίμα ἐξαιρετον ὑπὲρ τοὺς ἀδελφούς σου, ἦν ἔλαβον ἐν μαχαίρα μου καὶ τόξῳ.* Ἐπειδὴ τοὺς υἱοὺς εὐλόγησε, καὶ τὰ μέλλοντα προορῶν προέθηκε τὸν νεώτερον τοῦ πρεσβυτέρου, βουλόμενος πείσαι τὸν Ἰωσήφ, ὅτι οὐχ ἀπλῶς οὐδὲ εἰκῆ τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλὰ προφητεύων τὰ μέλλοντα ἔσσεσθαι, προλέγει αὐτῷ καὶ τὴν οἰκίαν τελευτήν, καὶ ὅτι ἐπανήξουσιν ἐκ τῆς ἀλλοτρίας εἰς τὴν Καναάν, εἰς τὴν γῆν τῶν πατέρων αὐτῶν, καὶ χρηστὰς αὐτοῖς ἐλπιδας ὑποτείνει, ὥστε τῇ προδοκίᾳ κουφίζεσθαι. Ἡ γὰρ τῶν χρηστῶν ἐλπίς ὑποτέμνεται ἀεὶ τοὺς ἐν τῷ παρόντι βίῃ πόνους. Καὶ δεικνύς λοιπὸν καὶ ἐν τῷ τῆς τελευτῆς καιρῷ τὴν φιλοσοφίαν, ἦν περὶ τὸν Ἰωσήφ ἐκέκτητο. φησὶ πρὸς αὐτόν· *Ἐγὼ δὲ δίδωμι σοὶ Σηκίμα ἐξαιρετον ὑπὲρ τοὺς ἀδελφούς σου· μονονοχὶ διὰ τοῦτο δηλών, ὅτι οὕτω πάντως ἔσται τοῦτο, καὶ κατὰ τὴν ἐμὴν πρόβησιν ἐπανελεύσεσθε, καὶ κληρονομήσετε τὴν γῆν τῶν πατέρων ὑμῶν, ὅτι καὶ τὴν Σηκίμων πόλιν σοὶ δίδωμι κληρονομίαν Ἐξαιρετον ὑπὲρ τοὺς ἀδελφούς σου, ἦν ἔλαβον ἐκ χειρὸς Ἀμορραίων ἐν μαχαίρα μου καὶ τόξῳ.* Τί δὴ τοῦτο ἔστι; Τὰ παρὰ τοῦ Συμεὼν καὶ Λευὶ γεγεννημένα εἰς τοὺς ἐν Σηκίμοις οἰκιοῦνται, καὶ διὰ τοῦτο λέγει· *Ἦν ἔλαβον ἐν μαχαίρα μου καὶ τόξῳ.* Ἄλλ' ἐνταῦθα εὐκαιρῶς ζητήσκειν ἂν τις, τίνοις ἔνεκεν οἰκισάμενος τὸ γεγεννημένον, ὁ μετὰ ταῦτα μέλλων [636] διατάττεσθαι, ἀνάγραπτον τὴν κατ' αὐτῶν ποιεῖται κατηγορίαν; Οὐχ ἑαυτῷ ἐναντιούμενος ὁ δίκαιος, ἀλλὰ δεικνύς τὸ ἡμερον αὐτοῦ τῆς γνώμης, καὶ ὅτι παρὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην τοῦτο διεπράττετο· οὐ γὰρ μόνον οὐκ ἠρέσθη τοῖς γινομένοις, ἀλλὰ καὶ ἐμέμψατο, ἐπειδὴ γέγονε. Διὰ τοῦτο θέλων δεῖξαι τὴν περὶ τὸν Ἰωσήφ φιλοσοφίαν, αὐτῷ παραχωρεῖ τὰ Σηκίμα, καὶ φησὶν· *Ἦν ἔλαβον ἐν μαχαίρα μου καὶ τόξῳ.* Εἰ γὰρ καὶ ἐκείνων τὸ ἔργον γέγονεν, ἀλλ' ἐν τῇ ἐμῇ κείται ἐξουσία. Εἰ γὰρ τῶν παίδων δεσπότης ὁ πατήρ, πολλῷ μᾶλλον τῶν υἱῶν αὐτῶν κτηθέντων κύριος ἂν εἴη· εἰ δὲ κύριος, καὶ ὁ βούλεται διανέμειν ἂν δύναται. Ἐπεὶ οὖν ἐβούλετο δεῖξαι τὴν περὶ τὸν Ἰωσήφ εὐνοίαν, οὐ μόνον διὰ τῆς τοῦ Ἐφραῖμ καὶ τοῦ Μανασσῆ εὐλογίας τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ τὴν Σηκίμα ἐξαιρετον κληρονομίαν καταλιπεῖν τῷ παιδί. Καὶ ἐκάλεσε, φησὶ, τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ Ἰακώβ, καὶ εἶπε· *Συνάχθητε, ἵνα ἀναγγείλω ὑμῖν τί ἀπαντήσεται ὑμῖν ἐκ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν.* Ἀθροίσθητε, καὶ ἀκούσατε Ἰσραὴλ τοῦ πατρὸς ὑμῶν. Ὅρα τοῦ δικαίου τὴν σύνεσιν. Ἐπειδὴ προέβη τῆς τελευτῆς τὸν καιρὸν, καλεῖ τοὺς παῖδας πρὸς ἑαυτὸν, καὶ φησὶ· *Συνάχθητε, ἵνα ὑμῖν ἤδη προαναφωρῶ τὴν ἐμὴν ἀπαντήσεται ἐκ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν.* Ἀθροίσθητε, καὶ ἀκούσατε Ἰσραὴλ τοῦ πατρὸς ὑμῶν. Δεῦτε, φησὶ, καὶ μάθετε παρ' ἐμοῦ, οὐ τὰ παρόντα, οὐ πᾶ μετὰ βραχίον ἐσόμενα χρόνον, ἀλλὰ τὰ ἐν ἐσχάταις ἡμέραις γενησόμενα. Καὶ ταῦτα ὑμῖν οὐκ ἐπ' ἑμαυτοῦ μνησῶ, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐνηχούμενος· διὰ τοῦτο καὶ τὰ μετὰ πολλὰς ὑστερον ἐσόμενα γενεὰς ἤδη προαναφωρῶ. Καὶ γὰρ μέλλων τὴν ζωὴν ταύτην καταλύειν, βούλομαι ἐκάστῳ ὑμῶν, ὥσπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ, ἐναποθέσθαι τὴν μνήμην. Σκόπει δὲ τὸν δίκαιον, πῶς συναχθέντων τῶν παίδων, τῇ τάξει χρησάμενος τῆς ἐξ γενέσεως, οὕτω τὴν ἀρμότουσαν

migraturus, volò unicuique vestrum quasi in titulo et columna ærea memoriam insculpere. Considera autem justum, quomodo congregatis liberis, natalium servato ordine, unicuique congruentem det vel maledictionem vel benedictionem: et in hoc monstrans suæ virtutis eminentiam, incipiat a primo. 3. *Ruben, inquit, primogenitus, fortitudo mea, et principium filiorum meorum: durus ad ferendum, durus et perversus.* Vide quanta sapientia justus. Volens enim accusationem magis intendi, prius dixit privilegia ei a natura concessa, et dignitatem quam tenebat, eum nempe principium filiorum, et primogenituræ honore clarum esse: et postea peccata illius quasi in ærea columna inscribit: monstrans nihil profutura nobis esse ea quæ a natura insunt, nisi et voluntatis bona opera sequantur: hæc enim sunt quæ et laudem habent et vituperium. *Durus, inquit, ad ferendum, durus et perversus.* Naturæ, inquit, dignitatem tibi datam amisisti propria tua temeritate. Deinde et speciem peccati bene scriptam relinquit, ita ut quod ille accusatus reprehensusque sit, posteris magna sit eruditio, ne similia attentent. 4. *Contumelia affecisti, sicut aqua non effervesces. Ascendisti enim, inquit, super lectum patris tui: tunc polluisti stratum quod ascendisti.* Significat concubitum ejus cum Balla.

2. Vide quomodo per sapientiam a Spiritu sancto sibi datam, prius dixit id quod postea Moses inter leges recensiturus erat, non licere cum eadem muliere patrem et filium rem habere (*Lev. 18. 8*). Et nunc istud ipse, filium suum increpando, sic prohibet. *Polluisti, inquit, stratum, ascendens super lectum patris tui. Rem perversam fecisti. Propter hoc quod ita Contumelia in te affecisti, sicut aqua non effervesces.* Inutilis erit, inquit, ille conatus tuus: quod neque patrem reveritus, polluere ejus lectum ausus fueris. Ut igitur nunc in sequentibus generationibus talia nemo imitetur, propterea Spiritus sanctus ordinavit, ut literis commendetur hæc accusatio: et omnes qui audiunt erudiantur, sciantque manifeste, nihil prodesse dignitatem naturæ concessam, nisi et voluntatis accedant ornamenta. Deinde quia satis traduxerat nefarium hoc opus, venit ad Symeonem et Levi. 5. *Symeon et Levi compleverunt injustitiam voluntatis suæ.* Contentio eorum, quam propter sororem suam declararunt, eos in injustitiam illam impulit. Deinde declarans eos se ignaro rem fecisse, dicit: 6. *In consilium eorum non veniat anima mea, et in cælu eorum non firmentur jecora mea.* Absit, inquit, ut communicem eorum sententiæ, et obsequar eis in iis quæ injuste egerunt. *Quia in furore suo occiderunt homines.* Irrationabilis, inquit, fuit eorum indignatio. Nam licet peccasset Sychem, attamen non oportebat tantam stragem facere et omnes perdere. *Et in concupiscentia sua subnervaverunt taurum*¹. Filium Emmor hic significat. Nam quia in florenti ætate erat, taurum eum nominavit. Deinde ut dixit ea quæ fecerant, etiam maledictionem apponit et dicit: 7. *Maledictus furor eorum, quia per-*

¹ Alii, *suffoderunt murum*; sic vulgata. Vid. Hexapla nostra.

ricax: et ira eorum, quia obdurata est. Dolum significat, quo illos circumvenerunt, ac cum dolo ipsos adorti sunt. *Perversus enim, inquit, furor eorum, temerarius, impetuosus, ratione carens. Et ira eorum, quia obdurata est.* Quando enim Secinitæ putaverunt eos sibi valde amicos, tunc gravi ira et bello eos oppresserunt. Et dicto eorum peccato, dicit et supplicium quod luituri erant. *Partur eos in Jacob, et disseminabo eos in Israel.* Ubique, inquit, dispersi erunt, ut istud ipsum manifestum fiat, eos propter facinus commissum id passos fuisse. 8. *Juda, te laudent fratres tui. Benedictio Judæ data mystica est, præsignans omnia quæ ad Christum attinent. Juda, inquit, te laudent fratres tui.* Quia ex hac tribu exoriturus erat Christus secundum dispensationis rationem, propterea Spiritu sancto afflatus Jacob, prædicat per ea, quæ in Judam dicuntur, non solum descensum Domini ad homines, sed et mysterium, et crucem, et sepulturam, et resurrectionem, et ut semel dicam, omnia. *Juda enim, inquit, te laudent fratres tui: manus tuæ in tergo inimicorum tuorum: et adorabunt te filii patris tui.* Quibus declarat, eos subjunctos illi esse. 9. *Catulus leonis Juda. De germine, filii mi, ascendisti.* Regnum ejus prædicat. Semper enim Scripturæ mos est, per figuram hujus animalis regiam auctoritatem insinuare. *Recumbens dormivisti ut leo, et sicut catulus. Quis excitabit eum? Crucem et sepulturam hic significat. Quis excitabit, inquit, eum? Sicut enim leonem vel catulum dormientem nullus audent excitare, ita Dormivisti ut leo, et ut catulus. Quis excitabit eum? Ipse enim est qui dicit: Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum recipiendi eam (Joan. 10. 18).* Postea et tempus quoque manifeste declarat, quo adventurus sit Christus secundum dispensationis rationem. 10. *Non deficiet, inquit, princeps de Juda, neque dux de senioribus ejus, donec veniat, cui repositum est: et ipse erit expectatio gentium.* Tandiu, inquit, durabunt Judaica, et principes Judæorum, donec ille venerit. Et bene dixit, *Donec ille venerit, cui repositum est: quasi dicat, Ille cui præparatum est regnum: propterea Ipse est expectatio gentium.* Vide quomodo jam dicit etiam gentes salute donandas. *Et ipse erit, inquit, expectatio gentium.* Hujus adventum gentes expectant. 11. *Ligans ad vitem pullum suum, et ad palmitem pullum asinæ suæ.* Per pullum iterum gentium significat adductionem. Nam quia asinus immundum erat animal, propterea dicit: Illæ immundæ gentes cum tanta facilitate adducentur, quasi quis ad palmitem vitis asinum alliget: simul insinuans et potestatis excellentiam et gentium obedientiam. Magnæ enim mansuetudinis est, quod asinus patiatur se ad palmitem vitis ligari. Viti autem suam doctrinam comparat: *Ego enim sum, inquit, vitis vera, et pater meus agricola est (Joan. 15. 1).* Palmitem autem vocavit teneritudinem præceptorum, et facilitatem legis ferendæ: ut jam præsignet gentes magis credulas fore, quam Judæos. *Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine væ amictum suum.*

3. *Mysterium Eucharistiæ præsignatur.* — Vide quo-

modo nobis totum mysterium insinuavit. Sciunt qui initiati sunt, quod dictum est : *Lavabit in vino stolam suam*. Stola puto corpus dici, quod propter dispensationem ferre dignatus est. Deinde ut diligenter discas vinum quid appellavit, subdit : *Et in sanguine uvæ anictum suum*. Vide quomodo sanguinis nomine crucem nobis et occisionem significet, et omnem mysteriorum dispensationem. 12. *Jucundiores oculi ejus vino ; et candidiores dentes ejus lacte*. Hic gloriam nobis demonstrare vult per metaphoram vini et oculorum. *Et candidiores dentes ejus lacte*. Justitiam signat et claritatem judicis. Nam per dentes et lac nihil aliud significare vult quam fore candidum et manifestum judicium ut est lactis et dentium conditio. 13. *Zabulon, inquit, in maritimo habitabit, et ipse apud stationem navium, et extendetur usque ad Sidonem*. Vide quomodo et huic prædicit ubi domicilium habiturus sit, et quod usque ad Sidonem extendetur. 14. *Issachar bonum desideravit, recumbens inter sortes : 15. et videns requiem quod bona, et terram quod pinguis, supposuit humerum suum ad laborandum, et factus est vir agricola*. Laudat hunc quod operationem terræ elegerit, et hanc omnibus aliis prætulit. 16. *Dan judicabit populum suum, sicut et una tribus in Israel*. 17. *Et fiat Dan serpens in via, insidens in senita, mordens ungulam equi : et cadet eques retrorsum*, 18. *salutem expectans Domini*. Dignum ut quis admiretur et obstupescat, quomodo justus ille oculis spiritus omnia prævidens, filiis suis prænuuntiavit quid unicuique eventurum sit : nam etiam illa quæ post multum temporis futura sunt prædicit. 19. *Gad, tentatio tentabit eum ; ipse autem tentabit illum ad pedes*. 20. *Aser, pinguis ejus panis, et ipse dabit cibum principibus*. 21. *Nephtalim, virgultum resolutum, dans in germine pulchritudinem*. Et quia paucis transit illos, venit consequenter ad Joseph, et ait : 22. *Joseph filius auctus, invidiosus : Joseph filius auctus, filius meus junior*. Invidiosus, inquit, factus es ab ipsis iniuriis. 23. *Quem consilio communicato conviciis incesserunt*. Fratrum significat conspirationem contra eum. Et id quod supra dicebat Scriptura, eos crimine malo detulisse Joseph apud patrem suum (*Gen. 37. 2*), hoc iste dicit : *Quem communicato consilio conviciis incesserunt, et intendebant in eum domini sagittationum*. Sanguinarium illorum significat animum. 24. *Et contriti sunt cum fortitudine arcus eorum*. Vide quomodo postquam dixit ea quæ contra Joseph attentarunt, dicit et ea quæ eis contigerunt. *Contriti enim, inquit, arcus eorum, et dissoluti sunt nervi brachiorum manuum eorum*. Ipsi quidem occidere te conati sunt, et quantum ex ipsis pendebat, opere complessent : sed et arcus eorum contriti sunt, et dissoluti sunt eorum nervi. Sic enim eis accidit, quando audierunt Joseph dicentem : *Ego sum frater vester Joseph, quem vendidistis in Ægyptum* (*Gen. 45. 3*). Tunc enim, tunc maxime soluti sunt nervi eorum, *Per manum potentis Jacob*. 25. *Inde qui corroboravit Israel a Deo patris tui, et adjuvit te Deus meus*. Qui dissolvit eorum nervos, inquit, potens est. *Ipsæ enim adjuvit te Deus meus*. Vide germanam justitiam

erga Dominum dilectionem, quomodo orbis Dominum suum esse Deum dicat, non concludens ejus dominium, neque privans eum potestate universali, sed suum declarans amorem. *Et benedixit tibi benedictione cæli et superis*. Non solum, inquit, adjuvit te, sed et *Benedixit te benedictione terræ omnia continentis, propter benedictionem uberum et vulvæ, 26. benedictionem patris tui et matris tuæ. Prævaluit benedictionibus montium firmorum, et sideris collium æternorum*. Per colles æternos gloriam et majestatem, et regnum Ægypti : per montes et colles, sublimitatem et fortitudinem designat, et in summum fastigium principatus evectum esse hic insinuat. *Hæ enim, inquit, benedictiones erunt super caput Joseph, et in vertice fratrum, quorum dux est*. Hæ scilicet, inquit, benedictiones erunt super caput terræ. 27. *Benjamin lupus rapax, mane comedet, et ad vesperam distribuet escam*. Et hic præsignat ei quod longo post tempore futurum erat, et quod grassaturus esset sicut lupus rapiens, occidens et innumera mala faciens. Quoniam autem omnibus tiffis congruentes benedictiones præsignavit, 28. *Et benedixit, inquit, singulis juxta benedictionem suam, qua benedixerat eis* : hoc est, unicuique prædicebat quæ decebat, et quæ in unaquaque tribu eventura essent prædixit. Postquam autem ordinavit ea quæ a Spiritu ipsi præsignata fuerant, dicit eis : 29. *Ego apponam ad populum meum, et sepeliatis me cum patribus meis*.

4. Vide quomodo per mandatum hoc maximam eis consolationem afferat. Considerabant enim, justum hoc non mandatum fuisse, nisi omnino scivisset reditum ipsorum futurum, et liberandos se a servitute Ægypti. Postea quoque locum nominat : *In spelunca, inquit, quæ est in agro Ephron Chetici*. 33. *Et ut hæc dixit, cessavit imperare filiis suis. Et sublevavit Jacob pedes suos super lectum, et defecit, et appositus est ad populum suum*. Vide mortem justi etiam magno miraculo plenam. Nam postquam imperavit pueris suis, *Sublevavit pedes in lectum suum, quasi cum voluptate rem reciperet*. Ita impletis omnibus, *Pedes sustulit* : hoc est, planos et rectos fecit, et extendit : *Defecit*, hoc est, finivit vitam, *Et appositus est ad populum suum*. 1. *Et recidit Joseph super faciem patris sui, et flevit super eum, et osculatus est eum* (*Caput 50*). Vidisti filii dilectionem? vidisti ignitam caritatem? Et post animæ recessum *Recidit Joseph super faciem ejus, et osculatus est, et flevit super eo*. His factis Joseph quæ a patre mandata erant exsequi curavit. 2. *Et mox mandavit pollinctoribus, ut sepelirent patrem suum*. 3. *Ei ipse quidem quadraginta diebus, Ægyptus autem septuaginta diebus eum luxit*. Et postquam iusta omnia persoluta sunt, significavit Pharaoni, et iis qui cum eo erant, quæ illi pater adhuc vivus demandarat, et dixit : 5. *Adjuravit me pater meus, dicens : In sepulcro, quod fodi mihi in terra Chanaan, illic me sepelies. Nunc igitur ascendam, et sepeliam patrem meum, et redibo*. Æquum est, inquit, ut quæ ab eo præcepta sunt, impleam. Ubi igitur ea fecero quæ jusserit, redibo. Hæc ut audiret, permisit Pharaon. 7. *Et ascendit, inquit, Joseph ut sepeliret patrem suum, et simul ascen-*

ζατο. Ἰσασι οἱ μεμυημένοι τὸ λεγόμενον· *Πλυνεῖ ἐν ὄλῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ*· στολὴν, οἶμαι, τὸ σῶμα λέγειν, ὃ διὰ τὴν οἰκονομίαν φορέσαι κατηξίωσεν. Εἶτα ἵνα μάθῃς ἀκριβῶς οἶνον τι προσηγόρευσεν, ἐπήγαγε· *Καὶ ἐν αἵματι στυφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ*. Ἦρα πῶς τῷ τοῦ αἵματος ὀνόματι τὴν σφάγην ἡμῖν καὶ τὸν σταυρὸν ἠνέξατο, καὶ πᾶσαν τῶν μυστηρίων τὴν οἰκονομίαν. *Χαροποι εἰ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου, καὶ [659] λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα*. Ἐνταῦθα τὸ φαῖδρον ἡμῖν ἐνδείξασθαι βούλεται διὰ τῆς μεταφορᾶς τοῦ οἴνου καὶ τῶν ὀφθαλμῶν. *Καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα*· τὸ δίκαιον καὶ τὸ λαμπρὸν τοῦ κριτοῦ. Διὰ γὰρ τῶν ὀδόντων καὶ τοῦ γάλακτος οὐδὲν ἕτερον ἡμῖν σημαίνειν ἠβουλήθη, ἢ ὅτι οὕτως ἔσται λευκὸν καὶ περιφανές τὸ κριτήριον, καθάπερ ἢ τοῦ γάλακτος καὶ τῶν ὀδόντων ποιότης. *Ζαβουλῶν, φησὶ, παρὰ λίος κατοικήσει, καὶ αὐτὸς παρ' ὄρων πλοίων, καὶ παρατενεῖ ἕως Σιδῶνος*. Ὅρα πῶς καὶ τούτῳ προμηνύει ἔνθα τὴν οἰκισιν ἔξει, καὶ ὅτι μέχρι Σιδῶνος ἐκταθήσεται. *Ἰσάχαρ τὸ καλὸν ἐπεθύμησεν, ἀναπαυόμενος ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων· καὶ ἰδὼν τὴν ἀνάπανσιν ὅτι καλὴ, καὶ τὴν γῆν τὴν πλῆν, ὑπέθηκε τὸν ὄμωρ αὐτοῦ εἰς τὸ ποιεῖν, καὶ ἐγένετο ἀνὴρ γεωργός*. Ἐπαινεῖ τοῦτον, ὡς τὴν τῆς γῆς ἐργασίαν ἐλόμενον, καὶ τὸ περὶ τὴν γῆν πονεῖσθαι πάντων προτετιμηκότα. *Δὰν κριεῖ τὸν δαυτοῦ λαόν, ὡσεὶ καὶ μία φυλὴ ἐν Ἰσραὴλ. Καὶ γενηθήτω Δὰν ὄφις ἐφ' ὄδοῦ, ἐγκαθήμενος ἐπὶ τῆρου, δάκνων πέτρων Ἰσπου· καὶ πεσεῖται ὁ Ἰσπεὺς εἰς τὰ ὀπίσθια, τὴν σωτηρίαν περιμένων Κυρίου*. Θαυμάσαι ἀξιον καὶ ἐκπλαγῆναι τὸν δίκαιον τοῦτον, ὅπως τοῖς τοῦ πνεύματος ὀφθαλμοῖς ἅπαντα προορῶν τοῖς παισὶ περιεσήμεναι, καὶ τὰ ἐκάστῳ συμβησόμενα προέλεγε· τὰ γὰρ μετὰ πολὺν ἐσόμενα χρόνον ἦδη προαναφώνει. *Γὰρ, περὶ αὐτὸν πειρατεύσει αὐτόν· αὐτὸς δὲ πειρατεύσει αὐτόν κατὰ πόδας*. Ἀσίη, πῶν αὐτοῦ ὁ ἄρτος, καὶ αὐτὸς δώσει τροφὴν ἀρχουσι. *Ναφθαλεμ, στέλεχος ἀνεμίερον, ἐπιιδίους ἐν τῷ γεννημάτι κάλλιος*. Καὶ ἐπειδὴ ἐν συντόμῳ παρέδραμε τοῦτοσιν, ἔρχεται λοιπὸν ἐπὶ τὸν Ἰωσήφ, καὶ φησιν· *Ἰωσήφ υἱὸς ἠΰξημένος, ζηλωτός· Ἰωσήφ υἱὸς ἠΰξημένος, υἱὸς μου νεώτερος*. Ἐπίφθορος γέγονας, φησὶν, ἐξ αὐτῶν τῶν προομιλῶν. Εἰς ὃν διαβουλεύομενοι ἠλοιδόρου. Τῶν ἀδελφῶν τὴν κατ' αὐτοῦ συμφωνίαν ἀνιτίττει. Καὶ ὅπερ ἀνωτέρω ἔλεγεν ἢ Γραφῆ, ὅτι φόρον ποιηρὸν κατήνεγκαν Ἰωσήφ πρὸς τὴν πατέρα αὐτοῦ, τοῦτο οὕτως ἐνταῦθα φησιν· *Εἰς ὃν διαβουλεύομενοι ἠλοιδόρου, καὶ ἐνεῖχον αὐτῷ κύριοι τοξευμάτων· τὴν φονικὴν αὐτῶν ἀνιτιτόμενος γνῶμην. Καὶ συνετρίβη μετὰ κράτους τὰ τόξα αὐτῶν*. Ὅρα πῶς, ἐπειδὴ εἶπε τὰ παρ' αὐτῶν κατὰ τοῦ Ἰωσήφ τολμηθέντα, λέγει καὶ τὰ αὐτοῖς συμβεβηκότα. *Συνετρίβη γὰρ, φησὶ, τὰ τόξα αὐτῶν, καὶ ἐξελύθη τὰ νεῦρα βραχιόνων χειρῶν αὐτῶν*. Αὐτοὶ μὲν ἀνελεῖν ἐπεχείρησαν, καὶ τό γε ἦγον εἰς αὐτάς, εἰς ἔργον τὴν γνῶμην ἐξήγαγον· ἀλλὰ καὶ τὰ τόξα αὐτῶν συνετρίβη, καὶ ἐξελύθη αὐτῶν τὰ νεῦρα. Πῶς γὰρ οὐχὶ τοῦτο πεπόνθησεν, ὅτε ἤκουον τοῦ Ἰωσήφ λέγοντος· *Ἐγώ εἰμι ὁ ἀδελφός ὑμῶν Ἰωσήφ, ὃν ἀπέδοσθε εἰς Αἴγυπτον*; τότε γὰρ μάλιστα, τότε ἐξελύθη αὐτῶν τὰ νεῦρα, *διὰ χεῖρα δυνατοῦ Ἰακώβ*. Ἐκείθεν ὁ κατισχύσας Ἰσραὴλ παρὰ Θεοῦ τοῦ πατρὸς σου, καὶ ἐβοήθησέ σοι ὁ Θεός ὁ ἔμοῦς. Ὅ δὲ ἐκλύσας αὐτῶν τὰ νεῦρα, φησὶν, ὁ δυνάστης ἐστίν. Αὐτὸς γὰρ ἐβοήθησέ σοι ὁ Θεός ὁ ἐμοῦς. Ὅρα τοῦ δικαίου τὸ γνήσιον περὶ τὸν δεσπότην φιλ-

τρον, ὅπως τὸν τῆς οἰκουμένης δεσπότην αὐτοῦ μόνου λέγει εἶναι Θεόν, οὐχὶ συγκαλεῖν αὐτοῦ τὴν δεσποτείαν, [640] οὐδὲ ἀποστερῶν αὐτὸν τῆς ἐξουσίας τῆς οἰκουμένης, ἀλλὰ τὸν οἰκεῖον ἐμφαίνων πόθον. *Καὶ εὐλόγησέ σε εὐλογίαν ἀβραὰμ ἄνωθεν*. Οὐ μόνον, φησὶν, ἐβοήθησεν, ἀλλὰ καὶ εὐλόγησέ σε εὐλογίαν γῆς ἐχούσης πάντα, *ἔρεκεν εὐλογίας μιστῶν καὶ μήτρας, εὐλογίας πατρὸς σου καὶ μητρὸς σου*. Ἐπερίσχυσεν ἐπ' εὐλογίας ὀρέων μονίμων, καὶ ἐπιθυμίας θινῶν αλωρίων. Τὴν δόξαν καὶ τὴν περιφάνειαν ἐνταῦθα ἀνιτίττειται καὶ τὴν βασιλείαν τῆς Αἰγύπτου, διὰ τῶν ὀρέων καὶ τῶν θινῶν τὸ ὑψηλὸν τε καὶ ἰσχυρὸν ἐμφαίνου, ὡς καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ἀνωτάτω κορυφῆν τῆς ἀρχῆς ἀνενεχθῆναι. *Ἄδεται, φησὶν, αἱ εὐλογίαι ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἔσσονται Ἰωσήφ, καὶ ἐπὶ κορυφῆς ὧν ἠγήσατο ἀδελφῶν*. Αὐταί, φησὶν, αἱ εὐλογίαι ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἔσσονται τὴν σὴν. *Βεριαμὴν λίκος ἀρπάξ, τὸ πρωτόνδρον ἔδεται, καὶ εἰς τὸ ἐσπέρας διαδώσει τροφήν*. Καὶ ἐνταῦθα προμηνύει αὐτῷ τὰ μετὰ μικρὸν ἐσόμενα χρόνον, καὶ ὅτι, καθάπερ λίκος, οὗτος ἐπιθήσεται ἀρπάξων, ἀναιρῶν, καὶ μυρία κατὰ διατιθείς. Ἐπειδὴ δὲ πᾶσι τοῖς υἱοῖς καταλλήλους τὰς εὐλογίας προσημίωσε, *Καὶ εὐλόγησεν, φησὶν, ἕκαστον κατὰ τὴν εὐλογίαν αὐτοῦ, ἣν εὐλόγησεν αὐτούς*· ἀντὶ τοῦ, ἅπερ ἐχρῆν ἐκάστῳ προσημίωσε, καὶ τὰ ἐφ' ἐκάστης φυλῆς συμβησόμενα προαναφώνησεν· ἐπειδὴ διατάξατο τὰ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος αὐτῷ προμηνυθέντα, φησὶ πρὸς αὐτούς· *Ἐγὼ προσετίθειμι πρὸς τὸν ἐμὸν λαόν, καὶ ὀψήσεται με μετὰ τῶν κατέρων μου*.

δ'. Ὅρα πῶς διὰ τῆς ἐπισκέψεως ταύτης μεγίστην αὐτοῖς παραμυθίαν χαρίζεται. Ἐνενοῦν γὰρ, ὅτι οὐκ ἂν ὁ δίκαιος τοῦτο διεστείλατο, εἰ μὴ πάντως ἦδει τὴν ἀνοδὸν αὐτῶν ἐσομένην, καὶ τῆς δουλείας τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τὴν ἀπαλλαγὴν. Εἶτα καὶ τὸν τόπον λέγει· *Ἐν τῷ σπηλαίῳ, φησὶν, ὃ ἐστίν ἐν τῷ ἀγγῶ Ἐζρών τοῦ Χετταίου. Καὶ ταῦτα εἰπὼν κατέπαυσε, φησὶν, ἐπιτάσων τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ. Καὶ ἐξάρας Ἰακώβ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κλίνην, ἐξέλιπε, καὶ προσετέθη πρὸς τὸν λαόν αὐτοῦ*. Ὅρα καὶ τὴν τελευταίην τὸν δικαίου πολλοῦ θαύματος γέμουσαν. Διαταξάμενος γὰρ, φησὶ, τοῖς παισὶν αὐτοῦ, Ἐξάρας τοὺς πόδας ἐπὶ τὴν κλίνην, ὡσπερ μεθ' ἠδουῆς τὸ πρᾶγμα καταδεχόμενος. Οὕτω μετὰ τὸ πάντα διατάξασθαι, *τοὺς πόδας ἐξάρας, ἀντὶ τοῦ, ἐφαπλώσας, ἢ τείνας, ὡς ἂν εἰποι τις, Ἐξέλιπε, τοῦτό ἐστι, κατέλυσε τὴν ζωὴν, καὶ προσετέθη πρὸς τὸν λαόν αὐτοῦ. Καὶ ἐπιπεσὼν, φησὶν, Ἰωσήφ ἐπὶ πρόσωπον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἔκλυσε ἐπ' αὐτῷ, καὶ κατεβλήθη αὐτόν*. Εἶδες παιδὸς φιλοστοργίαν; εἶδες πεπυρωμένην ἀγάπην; Καὶ μετὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀναχώρησιν *Ἐπιπεσὼν ἐπὶ τὸ πρόσωπον, καὶ καταβλήσας, ἔκλυσε ἐπ' αὐτῷ*. Καὶ τούτου γενομένου Ἰωσήφ τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐνταλθέντα εἰς ἔργον λοιπὸν ἐσπούδαζεν ἀγαγεῖν. Τέως δὲ *προσέταξεν τοῖς ἐνταφιασταῖς ἐνταφιάσαι τὸν πατέρα αὐτοῦ. Καὶ αὐτὸς μὲν τεσσαράκοντα ἡμέρας τὰς τῆς ταφῆς, ἢ δὲ Αἰγυπτῶν ἐβδομήκοντα ἡμέρας αὐτὸν ἐπέβησεν*. Καὶ ἐπειδὴ τὰ νενομισμένα ἅπαντα γεγένηται, λοιπὸν γνωρίζει τῷ Φαραῶ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ τὰ ὑπὸ τοῦ πατρὸς κελευσθέντα, καὶ φησὶν· *Ὁρκωσθε με ὁ πατήρ μου [641] λέγων· Ἐν τῷ μνημείῳ, ᾧ ὤρυξαι ἐμνυτῶ ἐν γῆ Χαναὰν, ἐκεῖ με θάψετε. Νῦν οὖν συναναβᾶς θάψω τὸν πατέρα μου, καὶ ἐπιανελεύσομαι*. Προσέτιχεν ἔστι, φησὶ, τὰ παρ' αὐτοῦ διατάγέντα πληρωθῆναι παρ' ἐμοῦ. Ποιήσας οὖν τὰ δόξαντα αὐτῷ, ἐπανελεύσομαι. Ταῦτα ἀκούσας ἐπ-

ἐτρεψεν ὁ Φαραῶ. Καὶ ἀνέβη, φησὶν, Ἰωσήφ θάψαι τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ συνανέβησαν μετ' αὐτοῦ πάντες οἱ παῖδες Φαραῶ. Καὶ τὴν συγγένειαν, καὶ τοὺς βίβας καὶ τὰ πρόβατα ὑπελείποντο. Καὶ συνανέβησαν μετ' αὐτοῦ ἄρματα καὶ ἵπποις, καὶ ἐγένετο ἡ παρεμβολὴ μεγάλη σφόδρα. Ὅρα διὰ τὴν εἰς τὸν Ἰωσήφ τιμὴν πόσῃν ἐπιδεικνύνται σπουδὴν οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ συνανέρχονται τῷ Ἰωσήφ, ὥστε γενέσθαι αὐτοὺς παρεμβολὴν μεγάλην. Καὶ παραγενόμενοι ἐν τινὶ τόπῳ, ἐκόψαντο αὐτὸν κοπετὸν μέγαν καὶ ἰσχυρὸν σφόδρα. Καὶ ἐποίησε τὸ πένθος τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἑπτὰ ἡμέρας. Καὶ εἶδον οἱ κατοικοῦντες Χαναὰν, καὶ εἶπαν· Πένθος μέγα ἐστὶ τοῖς Αἰγυπτίοις. Διὰ τοῦτο ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου, Πένθος Αἰγύπτου, ὅ ἐστι πένθος τοῦ Ἰορδάνου.

Ἄλλὰ σὺ ταῦτα ἀκούων, ἀγαπήτῃ, μὴ ἀπλῶς παράτρεχε, ἀλλὰ τὸν καιρὸν ἐνόησεν, καθ' ὃν ἐγένετο, πάσης αἰτίας ἀπάλλαττε τὸν Ἰωσήφ. Οὐδέπω γὰρ ἦσαν τοῦ ἕδου αἱ πύλαι συγκατασθεισάι, οὐδὲ τοῦ θανάτου τὰ δεσμὰ διαλυθέντα, οὐδὲ κοίμησις ὁ θάνατος λεγόμενος ἦν. Διὰ τοῦτο ἐπειδὴ ἐδεδοίκεσαν τὸν θάνατον, ταῦτα ἐποιοῦν· νυνὶ δὲ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, ἐπειδὴ ὑπὸς ὁ θάνατος γέγονε, καὶ κοίμησις ἡ τελευτῆ, καὶ πολλὴ τῆς ἀναστάσεως ἡ πληροφορία, ὡς ἀπὸ ζωῆς εἰς ζωὴν μεθιστάμενοι, οὕτως ἀγαλλόμεθα καὶ εὐφραίνόμεθα. Καὶ τί λέγω ἀπὸ ζωῆς εἰς ζωὴν; Ἀπὸ τῆς χειρόνος ἐπὶ τὴν βελτιονα, ἀπὸ τῆς προσαίρου ἐπὶ τὴν αἰώνιον, ἀπὸ τῆς ἐπιγείου ἐπὶ τὴν ἐπουράνιον. Καὶ πληρώσας πάντα, φησὶν, Ἰωσήφ ὑπέστρεψεν εἰς Αἴγυπτον, αὐτὸς καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ οἱ συναναθάνας μετ' αὐτοῦ. Ἄλλ' ὄρα μοι λοιπὸν ἐνταῦθα τῶν ἀδελφῶν τοῦ Ἰωσήφ τὴν δειλίαν, καὶ τὸν φόβον τὸν κατασεύοντα αὐτῶν τὴν διάνοιαν. Ἰδόντες γὰρ, φησὶν, οἱ ἀδελφοὶ Ἰωσήφ, ὅτι τέθνηκεν ὁ πατὴρ αὐτῶν, εἶπαν· Μήποτε μνησικακίησιν ἡμῖν Ἰωσήφ, καὶ ἀνταποδῶν ἀνταπόδομα ἡμῖν, πάντα τὰ κακὰ ἃ ἐνεδειξάμεθα αὐτῷ. Μεγάλως αὐτῶν ὁ φόβος ἐτάραττε τὴν διάνοιαν, καὶ ὑπὸ τοῦ συνειδότος κεντούμενοι οὐκ εἶχον ὅ τι πράξωσι. Διὰ τοῦτο, φησὶ, θεασάμενοι τοῦ πατρὸς τὴν τελευτὴν, καὶ ὑπιδόμενοι, μὴ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ εἰσπράξεται δίκην ὁ Ἰωσήφ ὑπὲρ τῶν εἰς αὐτὸν εἰργασμένων, Παραγενόμενοι, φησὶ, πρὸς αὐτὸν εἶπον· Ὁ πατήρ σου ὤρκωσε πρὸ τοῦ τελευτῆσαι αὐτὸν, λέγων· Εἶπατε Ἰωσήφ, Ἄφετε αὐτοῖς τὴν ἀδικίαν καὶ τὴν ἁμαρτίαν αὐτῶν. Ὅρα πάλιν, πῶς αὐτοὶ ἐαυτῶν κατηγοροὶ γίνονται. Βλέπε ὅσον ἐστὶν ὁ τοῦ συνειδότος ἔλεγχος. Ὅπως ἴστε, ὅτι ἀδικίαν καὶ ἁμαρτίαν εἰργάσασθε, ὅτι πονηρὰ ἐνεδείξασθε. Καὶ νῦν δέξαι τὴν ἀδικίαν τῶν θεραπεύοντων τοῦ Θεοῦ τοῦ πατρὸς σου. Εἶδες πῶς, οὐδενὸς ἀναγκάζοντος, αὐτοὶ ἐαυτῶν κατηγοροὶ γίνονται, καὶ φασὶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι σου, Ἄφετε αὐτοῖς, ὅτι πονηρὰ σοι ἐνεδείξαντο, καὶ δέξαι τὴν ἀδικίαν τῶν θεραπεύοντων τοῦ Θεοῦ τοῦ πατρὸς [642] σου. Ἄλλ' ὁ θαυμαστός οὗτος καὶ πανάρετος τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ μνήμην τινὰ ποιήσασθαι τῶν εἰς αὐτὸν εἰργασμένων, ὅτι καὶ πρὸς τὰ βήματα αὐτῶν συνεχύθη. Καὶ ἐκλαυσε, φησὶν, Ἰωσήφ, λαλούντων αὐτῶν πρὸς αὐτὸν. Καὶ ἐλάθοντες εἶπον· Ἴδε, ἡμεῖς σοι οἰκέται. Ὅρα πόσον ἐστὶν ἀρετὴ, πῶς ἰσχυρὸν καὶ ἄμαχον, καὶ ὅση τῆς κακίας ἢ ἀσθένεια. Ἰδοὺ γὰρ, ὁ μὲν τοσαῦτα πεπονηθῶς βασιλεύει, οἱ δὲ ταῦτα διαθέντες τὸν ἀδελφόν, οἰκέται εἶναι παρακαλοῦσι τοῦ πατρὸς αὐτῶν εἰς δουλείαν ἐκδοθέντος.

ε'. Ἄλλ' ἀκούε τοῦ Ἰωσήφ τὴν περὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἀνεξικακίαν, καὶ ὅπως διὰ πάντων αὐτοῦς παραμυ-

■ Savil. et quidam mss. αὐτῷ. Γενναίως αὐτῶν.

θῆσασθαι βούλεται, καὶ πείσαι, ὡς οὐδὲν εἰς αὐτὸν ἡμαρτήκασι. Καὶ φησὶ, Μὴ φοβεῖσθε· τοῦ γὰρ Θεοῦ εἰμι ἐγώ. Ὑμεῖς ἐβουλεύσασθε κατ' ἐμοῦ πονηρὰ· ὁ δὲ Θεὸς ἐβουλεύσατο περὶ ἐμοῦ εἰς ἀγαθόν. ὅπως ἂν γενηθῆ ὡς σήμερον, ἵνα διατραφῆ λαὸς πολλός. Μὴ δειλιάσητε, φησὶ, μηδὲ ἐναγώνησι γένησθε· Τοῦ Θεοῦ γὰρ εἰμι ἐγώ, καὶ τὸν Δεσπότην τὸν ἐμὸν μιμοῦμαι, καὶ εὐεργεσίας ἀμείβεσθαι σπουδάξω τοὺς τὰ ἀνηκεστά με διαθέντας· Τοῦ γὰρ Θεοῦ εἰμι ἐγώ. Εἶτα δεικνύς ὅσης ἀπολαμῆ παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐνοίας, φησὶν· Ὑμεῖς πονηρὰ γινώμη τὰ κατ' ἐμὲ εἰργάσασθε, ὁ δὲ Θεὸς εἰς ἀγαθὰ μοι πάντα περιέσθησε. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγε, Τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. Πάντα, φησὶ. Τί ἐστὶ, Πάντα; Καὶ τὰ ἐναντία, καὶ τὰ λυπεῖν δοκούντα, καὶ ταῦτα εἰς ἀγαθὸν μεθίστησιν· ὁ δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ θαυμασίου τούτου γεγένηται. Τὰ γὰρ παρὰ τῶν ἀδελφῶν γεγενημένα, ταῦτα μάλιστα αὐτῷ τὴν βασιλείαν προσέξηνος, τῆς εὐμηχάνου τοῦ Θεοῦ σοφίας πάντα τὰ πονηρὰ εἰς ἀγαθὰ μεταβαλλούσης. Ἴνα διατραφῆ, φησὶ, λαὸς πολλός. Οὐ μόνον ὑμῶν ἕνεκεν ταῦτα εἰς ἀγαθὸν μετέβαλεν, ἀλλ' ἵνα καὶ πᾶς οὗτος ὁ λαὸς διατραφῆται δυνηθῆ. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Μὴ φοβεῖσθε· ἐγὼ διαθρέψω ὑμᾶς, καὶ τὰς οἰκίας ὑμῶν. Καὶ παρεκάλεισεν αὐτοὺς, καὶ ἐλάλησεν αὐτῶν εἰς τὴν καρδίαν. Τί τοῖνυν δεδοίκατε; Ἐγὼ ὑμῖν χορηγήσω τὰ πρὸς τροφήν, καὶ πᾶσι τοῖς μετ' ὑμῶν. Καὶ παρεκάλεισεν αὐτοὺς, καὶ ἐλάλησεν αὐτῶν εἰς τὴν καρδίαν. Οὐχ ἀπλῶς αὐτοὺς παρεκάλεισεν, ἀλλὰ τοσαύτῃ ἐχρήσατο τῇ σπουδῇ, ὥστε πᾶσαν αὐτῶν τὴν ἀθυμίαν ἐξελεῖν. Καὶ κατόκησεν Ἰωσήφ ἐν Αἴγυπτῳ, αὐτὸς καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ πᾶσα ἡ κυροικία τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Καὶ εἶδεν Ἰωσήφ παιδία Ἐφραῖμ ἕως τρίτης γενεᾶς. Καὶ εἶπεν Ἰωσήφ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ λέγων· Ἐγὼ ἀποθνήσκω. Ἐπισκοπῆ δὲ ἐπισκέψεται ὑμᾶς ὁ Θεός, καὶ συνανοίσετε τὰ ὀστέα μου ἐντεῦθεν. Ὅρα καὶ τοῦτον ὁμολῶς τῷ πατρὶ ἐπισκηπτόντα τοῦ μετακομισθῆναι αὐτοῦ τὰ ὀστέα. Καὶ ὄρα πῶς πάλιν βουλόμενος ἀναρρῶσαι αὐτῶν τὸν λογισμὸν, καὶ χρηστάς ἐλπιδίας ἔχειν περὶ τῆς ἐπὶ νόθου, πρότερον τοῦ προεμήνυσεν, ὅτι ἐπανελεύσεσθε, καὶ τότε φησὶ, Συνανοίσετε. Ἀνιόντες, φησὶν, ὑμεῖς Συνανοίσετε τὰ ὀστέα μου. Τοῦτο δὲ ἐποίησεν οὐχ ἀπλῶς οὐδὲ μάτην, ἀλλὰ δύο ταῦτα οἰκονομῶν· ἐν μὲν, ἵνα μὴ οἱ Αἰγύπτιοι μεμνημένοι τῶν τοσοῦτων αὐτοῦ εὐεργεσιῶν, καὶ εὐκόλας ἐξ ἀνθρώπων Θεοῦ παραγορεύοντες, ὑπόθεσιν ἀσεβείας ἔχωσι τοῦ δικαίου [643] τὸ σῶμα· ἕτερον δὲ, ἵνα ὡς πεπληροφορημένοι, ὅτι πάντως ἐπανήξουσιν. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν ὁμολογημένον, οὐκ ἂν οὕτω διεστείλατο, ὥστε μετ' αὐτῶν ἀναγαγεῖν τὰ ὀστέα. Καὶ ἦν ἰδεῖν λοιπὸν πράγμα καινὸν καὶ παράδοξον, τὸν ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου πάντα τὸν Ἰσραὴλ διατρέποντα, τοῦτον καὶ τῆς ἐπανόδου ἡγούμενον, καὶ εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας αὐτοὺς εἰσάγοντα. Καὶ ἐτελευτήσθη, φησὶν, Ἰωσήφ ἐτῶν ἐκατὸν δέκα. Τίνος ἕνεκεν καὶ τούτου τὰ ἔτη ἡμῖν ἐσήμανεν; Ἴνα μάθης ὅσον ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου τὴν ἡγεμονίαν ἐνχειρίσθη. Ἐπτακαδέκα ἐτῶν γενόμενος κατέθε εἰς τὴν Αἴγυπτον· καὶ τριάκοντα ἐτῶν γεγονὼς ὤφθη τῷ Φαραῶ, καὶ διέκρινε τὰ ἐνούπνια. Ὅγδοήκοντα δὲ λοιπὸν ἔτεσι κατέσχε πᾶσαν τὴν τῆς Αἰγύπτου ἀρχήν. Εἶδες πῶς μεῖζους τῶν πόνων αἱ ἀμοιβαί, καὶ πολυπλάσους αἱ ἀντιδόσεις; Ἐν δέκα καὶ τρισὶν ἔτεσιν ἐπάλασε τοῖς πειρασμοῖς, τὴν δουλείαν ὑπομένων, τὴν κατηγορίαν ἐκεῖνην τὴν παράνομον, τὴν ἐν τῷ δεσμητηρίῳ κακουχίαν. Καὶ ἐπειδὴ γενναίως μετ'

derunt cum eo omnes servi Pharaonis. 8. Et cognitionem, et boves et oves reliquerunt, 9. et simul ascenderunt cum eo currus et equites, et facta sunt castra magna valde. Vide quantum officium declarent Ægyptii in honorem Joseph, et venerunt cum Joseph, ita ut liberent castra magna. 10. Et ut venerunt ad locum quemdam, planxerunt eum planctu magno, et valde vehementi. Et fecit planctum patri suo septem dies. 11. Et viderunt habitatores Chanaan, et dixerunt: Planctus magnus est Ægyptiis. Propter hoc vocavit nomen loci, Planctus Ægypti, qui est trans Jordanem.

Cur magnus planctus in Veteri Testamento.—Verum tu hæc audiens, dilecte, ne simpliciter prætercurre, sed tempus cogita, quo facta sunt, et ab omni culpa libera Joseph. Nondum enim fuerant portæ inferni confractæ, neque mortis vincula dissoluta, neque mors dicebatur dormitio. Et ideo quia timuerunt mortem, hæc faciebant: nunc autem propter gratiam Christi, quia mors facta est somnus, consummatio et quies, ac certa multaque sunt resurrectionis indicia, quasi de vita in vitam transferendi, sic exultamus et lætamur. Et quid dico de vita in vitam? De deteriori ad meliorem, de temporali ad æternam, de terrena ad celestem. 14. Et peractis omnibus, inquit, reversus est Joseph in Ægyptum, ipse et fratres ejus, et omnes qui cum eo ascenderant. Sed vide consequenter fratrum Joseph timorem hic, et terrorem eorum mentem concutientem. 15. Ut viderunt autem fratres Joseph, quod mortuus esset pater suus, dixerunt: Ne forte memor sit injuriæ nostræ Joseph, et retribuatur retributionem nobis, et omnia mala quæ in eum commisimus. Terror validus eorum mentem perculerat, et a conscientia stimulatæ, nesciebant quid facerent. Propterea, dicit, cum vidissent patris mortem, veriti ne dignam de se penam sumeret Joseph, ob ea quæ in illum peccaverant. 16. Advenientes ad eum dixerunt: Pater tuus adjuravit nos prius quam moreretur, dicens: Dicit Joseph, dimitte eis injustitiam hanc et peccatum eorum. Vide iterum, quomodo ipsi accusatores sui ipsorum sint. Vide quanta est conscientie reprehensio. Omnino scitis, vos injustitiam et peccatum operatos esse, malaque ei exhibuisse. Et nunc accipe injustitiam servorum Dei patris tui. Vides quomodo nullo cogente sui peccati sunt testes, et dicunt: Dixit pater tuus, Dimitte eis, quia mala tibi exhibuerunt, et accipe injustitiam servorum Dei patris tui. Sed beatus hic et totus virtutibus clarus, tantum aberat, ut aliquam memoriam retineret eorum quæ in se fecerant, ut etiam verbis eorum auditis conturbatus sit, Et fleuit, inquit, Joseph, loquentibus illis secum. 18. Et venerunt, et dixerunt, Ecce nos servi tui. Vide quantum valeat virtus, quam valida et inexpugnabilis sit, et quanta malitiæ infirmitas. Ecce enim, ille, qui hæc quidem passus est, regnat: qui autem ita affixerunt fratrem, famuli ejus esse orant, quem in servitutem exposuerant.

5. Finis historię Josephi; fratres cum ineffabili mansuetudine consolatur et bonis cumulat; moriens redditum Judæorum prædicit.—Verum tu audi clementiam Jo-

seph in fratres, non recordantis injuriarum, et quomodo omnibus modis eos consolari velit, et eis persuadere, quasi nihil in se peccaverint. Dicit enim: 19. Ne timeatis; Dei enim sum ego. 20. Vos cogitatis contra me mala; Deus autem cogitavit pro me in bona, quomodo factum, sicut hodie videtis, ut pascatur populus multus. Ne timeatis, inquit, neque anxii sitis: Dei enim sum ego, et Dominum meum imitor, ac beneficia rependere studeo iis qui non ferenda contra me fecerunt: Dei enim sum ego. Deinde cum monstrasset quanta eum benevolentia prosequutus esset, dicit: Vos mala mente hæc contra me fecistis, Deus autem in bonum mihi omnia vertit. Ideo et Paulus dicebat: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum (Rom. 8. 28). Omnia, inquit. Quid est, Omnia? Et adversa, et quæ contristare videntur, etiam ista in bonum mutat. Hoc utique et in hoc justo factum est. Nam quæ a fratribus facta sunt, ea maxime regnum ei conciliarunt propter Dei sapientiam, quæ omnia mala in bonum commutat. Ut pascatur, inquit, populus multus. Non solum vestra causa hæc in bonum vertit, sed ut et omnis ille populus pasci possit. 21. Et dixit eis: Ne timeatis: ego pascam vos, et domus vestras. Et consolatus est eos, et loquutus est in cor eorum. Quid igitur, inquit, timetis? Ego suppeditabo alimenta vobis, et omnibus qui vobiscum sunt. Et consolatus est eos, et loquutus est in cor eorum. Non simpliciter eos consolatus est, sed tanto usus est officio, ut eis omnem tristitiam e corde eximeret. 22. Et habitavit Joseph in Ægypto; ipse et fratres ejus, cum omni domo patris sui. 23. Et vidit Joseph filios Ephraim usque in tertiam generationem. 24. Et loquutus est Joseph fratribus suis, dicens: Ecce morior. Visitationem autem visitabit vos Dominus, et simul deportabit ossa mea hinc. Vide quomodo et ille eadem quæ pater curat: volens ut nimol auferrantur inde ipsius ossa, quo magis eorum confirmaretur mens, et bonam spem haberent de reditu suo, primum hoc prædicit, redituros illos esse, et tunc dicit: Simul feretis ossa mea hinc vobiscum. Hoc autem non temere neque frustra faciebat: duo enim agebat: unum, ne Ægyptii memores beneficiorum ejus, cum pro more suo facile ex hominibus deos appellarent, corpus justi haberent in impietatis occasionem: alterum, ut securi et certi omnino essent se redituros. Nam nisi hoc certum fuisset, non jussisset secum reportare ossa. Et videre licebat rem novam et admirabilem, eum qui omnem Israel in Ægypto pascebat, illum et ducem reditus, et in terram promissionis ipsos introducentem. 25. Et mortuus est Joseph annos habens centum et decem. Quare nobis et illius annos significavit? Ut discas quot annis Ægypti principatum tenuerit. Septem et decem annorum erat, cum veniret in Ægyptum: et triginta annorum factus comparuit coram Pharaone, et interpretatus est somnia. Deinde octoginta annis præfuit toti terræ Ægypti. Vidisti quomodo majora sint præmia quam labores, retributionesque multiplices? Tredecim annis certavit in tentationibus, ferrens servitutem, et calumniam illam iniquam, et affi-

ctionem in carcere, et quia generose et cum gratiarum actione tulit omnia, propterea larga præmia accepit etiam in hac vita. Considera enim, eum pro brevi illo tempore, quo servitum et carcerem sustinuit, octoginta annis regnum administravisse. Quod vero fide omnia disposuerit, et propter hoc etiam de transvectione ossium mandavit, audi Paulum dicentem: *Fide Joseph moriens, de egressione filiorum Israel meminit (Hebr. 11. 22)*. Et non fuit his contentus, sed ut discas causam, propter quam injunxit ossium transvectionem, addit, *Et de ossibus suis mandavit*.

Conclusio cum morali exhortatione.—Forte pluribus hæc dicta sunt, sed ignorem. Nam quoniam ad finem libri pervenimus, voluimus cum ejus fine hunc quoque sermonem hodie finire, et solitam exhortationem

adjicere, ut scilicet dictorum recordemini, et imitemur justorum illorum virtutem, et injuriarum oblivionem erga eos qui nos damno affecerunt, patientiamque erga eos qui nobis molestiam inferunt, intemertamque continentiam. Hinc enim justus tantam sibi Dei gratiam conciliavit. Si ergo volumus nos quoque cæleste auxilium obtinere, summam virtutis habemus rationem. Sic enim et Spiritus gratiam nobis attrahemus, et præsentem vitam magna jucunditate transigemus, et futura bona consequemur: quæ nobis omnibus concedat Dominus noster Jesus Christus, quicum Patri et sancto Spiritui sit gloria, imperium et honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

FINIS HOMILIARUM IN GENESIM.

AD SERMONES OCTO IN GENESIM

Optime conjicit Tillemontius, cum ait opinari se ineunte Quadragesima anni 386 Chrysostomum hos habuisse Sermones; quod autem adjicit, primum Sermonem dictum fuisse prima Quadragesimæ die, feria nempe secunda, qua incipiebatur Antiochiæ Quadragesima, et hoc anno incidebat in 16 Februarii, illud, inquam, eatenus exploratum esse potest, quatenus Tabulis Paschalibus fidere possumus, quæ hoc anno Pascha in quintam Aprilis incidere testificantur. Sed cum illæ Tabulæ Paschales non omnino vacant suspitione, ut pluribus diximus in *Monito ad Orationes contra Judæos Tomo primo*: iis non omnimoda fides habenda. Itaque certum est primum in *Genesim* Sermonem habitum fuisse prima die Quadragesimæ, quæ feria secunda, biduo nempe ante Quadragesimam nostram, semper Antiochiæ incipiebat; non perinde vero certum est qua mensis die, ut in eodem *Monito* videas.

Habitos autem anno 386 ipse perspicue commonstrat Chrysostomus cum secundum Sermonem his verbis orditur: Ἄρα μέμνησθε τῶν ζητημάτων τῶν πρώην προτεθέντων ὑμῖν; Εἰς τοσοῦτον γὰρ ἡμᾶς ἀπονοίας καὶ τόλμης ἐπήρατε, ὡς καὶ ζητημάτων ἤδη κατατολμῶν· μάλλον δὲ οὐκ ἂν εἴη τόλμης οὐδὲ ἀπονοίας τοῦτο. Οὐ γὰρ οἰκεία δυνάμει θαρρήσαντες, ἀλλὰ ταῖς εὐχαῖς τῶν προέδρων καὶ ταῖς ὑμετέροις τὸ πᾶν ἐπιβρέψαντες, ἀπεδυσάμεθα πρὸς τὸ σταδίων. Hic est: *Numquid meministis quæstionum, quæ vobis nuper sunt propositæ? In tantam enim arrogantiam et audaciam nos provexistis, [ut quæstiones intrepide aggrediamur: imo nec audaciæ nec arrogantia id facinus est. Non enim viribus nostris confidentes, sed antiati-tum precibus ac vestris omnia committentes, ad stadium nos accinximus.* Hic clare vides Chrysostomum ad stadium se accingentem, et Quadragesimæ sermones primum ineuntem, seque pene audaciæ incusantem, quod rem tantam aggredetur; quæ certe omnia quadragesimales sermones prima vice incipientem indicant: non enim ea usus est ordiendi ratione anno insequente 387, cum Sermones de Statuis per to-

εὐχαριστίας ἅπαντα ἤνεγκε, διὰ τοῦτο καὶ δαφιλεῖς ἐκομίσατο τὰς ἀμοιβὰς καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος βίου. Ἐνόησον γὰρ μοι, ὅτι ὑπὲρ τοῦ βραχέος ἐκείνου χρόνου, ὃν τὴν δουλείαν καὶ τὸ δεσποτικόν ὑπέμεινε, ἐν ὀγδοήκοντα ἔτεσι τὴν βασιλείαν διεῖπε. Καὶ ὅτι πιστεῖ πάντα διέπραττε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ περὶ τῆς τῶν ὁσίων μετακομιδῆς ἐνετείλατο, ἄκουε τοῦ Παύλου λέγοντος· Πιστεῖ Ἰωσήφ τελευτῶν περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐμνημόνευσε. Καὶ οὐκ ἔστι μέχρι τούτου, ἀλλ' ἵνα μάθῃς τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐπέσκηψε τῶν ὁσίων τὴν κομιδὴν γενέσθαι, φησὶ, Καὶ περὶ τῶν ὁσίων αὐτοῦ ἐντείλατο.

Τὰχα κλείονα τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ σύγγνωτε. Πρὸς γὰρ τὸ τέλος τοῦ βιβλίου φθάσαντες ἐβουλήθημεν ἅπαν σήμερον τελέσαντες τὸ βιβλίον, οὕτω καταπαῦσαι τὸν λόγον, καὶ τὴν συνήθη παράκλησιν ὑμῖν προσαγαγεῖν,

ὥστε μεμνησθαι τῶν εἰρημένων, καὶ ζηλοῦν τῶν δικαίων τούτων τὴν ἀρετὴν, τὴν περὶ τοὺς ἀδικούντας ἀνεξικακίαν, τὴν περὶ τοὺς ἐπιπράζοντας μακροθυμίαν, τὴν σωφροσύνην τὴν ὑπερβάλλουσαν. Ἐντεῦθεν γὰρ καὶ ὁ δίκαιος οὗτος τοσαύτην ἐπεσπάσατο παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν εὐνοίαν. Εἰ τοίνυν βουλόμεθα καὶ ἡμεῖς τὴν ἀνωθεν ἐπισπάσασθαι βοήθην, πολὺν τῆς ἀρετῆς ποιώμεθα λόγον. Οὕτω γὰρ καὶ τοῦ Πνεύματος ἐπισπασόμεθα τὴν χάριν, καὶ τὸν παρόντα βίον ἀλύτως διανύσομεν, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλοφροσύνῃ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἀμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΤΕΛΟΣ ΟΜΙΛΙΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΕΝΕΣΙΝ.

MONITUM.

tam Quadragesimam habuit. Itaque hi Sermones sine dubio pertinent ad annum 386, quo ineunte presbyter ordinatus fuit, ut dictum est in Monito ad Homiliam cui titulus, *Cum presbyter fuit ordinatus*, Tomo I.

Aliquot igitur annis antequam Homilias 67, quæ præcedunt, haberet, hos Sermones dixerat, ubi plurima passim animadvertas, quæ iisdem sæpe verbis in Homiliis illis observantur: unde fortasse dixerit quispiam hos Sermones in fronte hujusce Tomi et ante Homilias locandos fuisse, ut temporis ordo servaretur. Verum maluimus Frontonem Ducæum sequi et tantum illud corpus Homiliarum initio locare, quam hosce pauculos et perbreves Sermones. Ad hæc autem Sermo nonus, qui agmen claudit, non modo post alios octo, sed etiam post Homilias dictus est.

Etsi porro hi Sermones inter primas Chrysostomi conciones numerentur, in illis non modo eloquentiam et inventionis felicitatem admireris, quæ in cæteris omnibus ejus operibus elucet; sed etiam animadvertas quantum ad extemporaneam declamationem semper comparatus fuerit tantus artifex, et quam ad res quantumvis inopinatas stylo persequendas præsto fuerit. Hoc uno rem exemplo percipias: in Sermone quarto num. 3, cum accedente nocte lucernæ ecclesiæ accenderentur, auditores, aversis a concionatore oculis, ad lucernas se convertunt: hinc ille statim eorum socordiam carpit, et multa haud dubie imparatus dixit præclare, ac si rem meditatus accessisset, qui tamen hæc prævidere nullo modo potuerat.

Primi Sermonis interpretationem novam concinnavimus, quia veteris Interpretis versio non ferenda erat. Reliquorum interpretatio est Frontonis Ducæi, quam multis in locis castigavimus.

[644-645] ΛΟΓΟΣ Α'.

Ἀρχαίς ἐν ἀρχῇ τῆς τεσσαρακοστῆς εἰς τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ περὶ ἡστέρας καὶ ἐλεπμοσύνης.

α'. Ἦδὺ μὲν ναύταις τὸ ἔαρ, ἡδὺ δὲ καὶ γηπόνους· ἀλλ' οὕτως ναύταις, οὕτως γηπόνους οὕτως ἡδὺ τὸ ἔαρ, ὡς τοῖς βουλομένοις φιλοσοφεῖν ἡδὺς ὁ τῆς ἡστέρας καιρὸς, τὸ πνευματικὸν τῶν ψυχῶν ἔαρ, ἡ ἀληθῆς τῶν λογισμῶν γαλήνη. Γηπόνους ^a μὲν γὰρ ἡδὺ τὸ ἔαρ, ὅτι τοῖς ἀνθεσι τότε στεφανουμένην ὁρῶσι τὴν γῆν, καὶ καθάπερ ἱμάτιον ποικίλον ἐραπλούμενον αὐτῇ πάντοθεν, τὴν βλάστησιν τὴν ἀπὸ τῶν βοτανῶν ναύταις δὲ ἡδὺ τὸ ἔαρ, ὅτι τὰ θαλάττια νῦτα μετὰ ἀσφαλείας ἔχουσι πλεῖν, κυμάτων ἐστορεσμένων, δελφίνων ἐν πολλῇ παιζόντων γαλήνη καὶ παρ' αὐτοῦς τῆς νῆδος τοὺς τοίχους κυδιστάντων ^b πολλαίως. Ἦμῖν δὲ ἡδὺ τὸ τῆς ἡστέρας ἔαρ. ὅτι κύματα ἡμῖν, οὐχ ὕδατων, ἀλλ' ἐπιθυμιῶν ἁλόγων καταστέλλειν εἴωθε, καὶ στέφανον ἡμῖν οὐ τὴν ἀπὸ τῶν ἀνθέων, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ τῶν χαρίτων περιτίθει τῶν πνευματικῶν. *Στέφανον γὰρ χαρίτων*, φησί, *δέξῃ σῆ κορυφῇ*. Οὐχ οὕτω χελιδὼν φανεῖσα τὸν χειμῶνα ἀπελαύνειν εἴωθεν, ὡς ἡστέρα φανεῖσα τὸν χειμῶνα τῶν παθῶν τῆς διανοίας ἐκβάλλει τῆς ἡμετέρας. Οὐκέτι μάχη τῇ ψυχῇ πρὸς τὴν σάρκα, οὐδὲ κατεξανίσταται τῆς κυρίας ἡ δούλης, ἀλλὰ πᾶς οὗτος τοῦ σώματος ὁ πόλεμος λέλυται. Ἐπει οὖν πολλῇ μὲν παρ' ἡμῖν εἰρήνη, πολλῇ δὲ καὶ ἡ γαλήνη. φέρε καὶ ἡμεῖς τὸ σκάφος τῆς διδασκαλίας ἐλυκίσταμεν, ἀπὸ λιμένο· εἰς λιμένα παραπέμποντες τῶν ὑμετέρων ἀκοῶν τὴν ἡμερότητα. Φέρε, λεπτοτέρων κατατολμήσωμεν νοημάτων, περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάττης καὶ τοῦ λοιποῦ τῆς κτίσεως φιλοσοφούντες σώματος· ταῦτα γὰρ ἡμῖν ἀνεγύσθη σήμερον. Καὶ τί πρὸς ἡμᾶς, φησὶ, ὁ περὶ κτίσεως λόγος; Πρὸς ἡμᾶς μὲν οὖν, ἀγαπητοί. Εἰ γὰρ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς θεωρεῖται, ὅσῳ περ ἂν τῶν μεγέθει τῆς καλλονῆς τῶν κτισμάτων ἐνδιατρίψωμεν, τοσοῦτον πρὸς τὸν γενεσιουργὸν χειραγωγούμεθα.

Μέγα ἀγαθὸν εἰδέναι, τί μὲν ἐστὶ κτίσμα, τί δὲ κτιστής· τί μὲν ἔργον, τί δὲ ποιητής. Καὶ γὰρ εἰ ταῦτα ἤδεισαν ἀκριβῶς διαίρειν οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροί, οὐκ ἂν πάντα συνέχον, τὰ ὅσα κάτω ποιοῦντες· οὐχ οἱ τὰ ἄστρα καὶ τὸν οὐρανὸν κατήνεγκαν, τὴν δὲ γῆν ἀνήνεγκαν· ἀλλ' ὅτι τὸν τῶν οὐρανῶν βασιλέα ἀπὸ τῶν θρόνων καταβιβάσαντες τῶν βασιλικῶν, μετὰ τῆς κτίσεως ἔστησαν, τὴν δὲ κτίσιν τοῖς τῆς θεότητος προεδροῖς ἐτίμησαν. Εἰ περὶ κτίσεως ἤδεισαν φιλοσοφεῖν Μανιχαῖοι καλῶς, οὐκ ἂν τὴν ἐξ οὐκ ὄντων, τὴν φθειρομένην, τὴν ῥέουσαν, τὴν ἀλλοιουμένην τοῖς τῆς ἀγεννησίας πρεσβείους [646] ἐτίμησαν. Εἰ περὶ κτίσεως ἤδεισαν Ἕλληνας φιλοσοφεῖν καλῶς, οὐκ ἂν ἀπεπλανήθησαν τῆς ἀληθείας, οὐκ ἂν ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. Καλὸς ὁ οὐρανός, ἀλλὰ διὰ τοῦτα ἐδημιουργήθη, ἵνα προσκυνήσῃ τὸν ποιήσαντα· φαῖδρος ὁ ἥλιος, ἀλλ' ἵνα θεραπεύσῃ τὸν ἐργασάμενον· εἰ δὲ μέλλεις ἐναπομένειν τῷ τῆς κτίσεως θαύματι, καὶ τῷ κάλλει τῶν ἔργων παραθεῖσθαι, τὸ φῶς σοι γέγονε σκότος, μᾶλλον δὲ τῷ φωτί

^a Reg. γαλήνη, ἡ ἀγκυρα τῶν πιστῶν, καὶ πρὸς Θεὸν γέφυρα. Καὶ γηπόνους.

^b Reg. κυδιστάντων, sicque legendum est. Editi κυδιστόντων, minus recte.

πρὸς σκότος ἐχρήσω. Εἶδες ὅσον ἀγαθὸν ἐστὶ τὸ εἰδέναι τοὺς περὶ κτίσεως λόγους; Μὴ τοῖνον παραδράμῃς τὸ κέρδος, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβείας πρόσσεχε τοῖς λεγομένοις· οὐ γὰρ δὴ περὶ οὐρανοῦ μόνον ἐροῦμεν, καὶ γῆς, καὶ θαλάττης, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς γεννήσεως τῆς ἡμετέρας, καὶ πόθεν ὁ θάνατος, καὶ πόθεν ἡ ἐπιμοχθος ζωῆ, καὶ πόθεν αἱ ἀθυμίαι καὶ φροντίδες. Καὶ γὰρ ὑπὲρ τούτων καὶ ὑπὲρ πλειόνων ἐτέρων ἀπολογίαν συνθεῖς ὁ Θεός, τὸ βιβλίον τοῦτο πρὸς ἡμᾶς ἐπεμψεν· οὐδὲ γὰρ ἀπολογεῖσθαι παραυτεῖται τοῖς ἀνθρώποις ὁ Θεός, ἀλλὰ βοᾷ διὰ τοῦ προφήτου λέγων· *Δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει Κύριος*. Οὐκ ἀπολογεῖται δὲ μόνον καὶ δικάζεται, ἀλλὰ καὶ ἔπος διαφύγωμεν τὴν καταδικὴν διδάσκει· οὐ γὰρ ἀπλῶς εἶπε, *Δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν*· ἀλλὰ πρότερον διδάξας τί μὲν εἰπεῖν, τί δὲ ποιῆσαι χρῆ, οὕτω πρὸς τὸ δικαστήριον εἴκυσεν. *Ἀκουσον οὖν ἔνωθεν τοῦ προφητικοῦ ῥήματος. Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε, ἀφέλτε τὰς ποτηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν· μάθετε κалὸν ποιεῖν, κρινατε ὄργανῳ, καὶ δικαιοῦσα χίρην*· καὶ τότε φησὶ· *Δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει Κύριος*. Οὐ βούλομαι γυμνοῦς φησὶ, καὶ ἐρήμους τῶν δικαιομάτων λαβεῖν, ἀλλὰ καθοπλίσας ὑμᾶς ταῖς ἀπολογίαις, οὕτως ἐπὶ τὰς εὐθύνας καλῶ· καὶ γὰρ δικάζεσθαι βούλομαι πρὸς ὑμᾶς, οὐχ ἵνα κατακρίνω, ἀλλ' ἵνα φείσωμαι. Οὕτω καὶ ἀλλαχοῦ φησὶ· *Λέγε σὺ πρῶτον ε τὰς ἀνομίας σου, ἵνα δικαιοθῆς*. Ἐχεις κατηγοροῦν πικρὸν καὶ ἀνήμερον, πρῶτων ἄρπασον ἐκείνου τὴν τάξιν, ἐμφραξὸν τὸ ἀνασχυντον στόμα.

β'. Παρὰ μὲν οὖν τῇ ἀρχῇ δι' ἑαυτοῦ τοῖς ἀνθρώποις ὁ Θεὸς ὠμίλει, ὡς ἀνθρώποις ἀκοῦσαι δυνατόν. Οὕτω πρὸς τὸν Ἀδὰμ ἦλθεν· οὕτως ἐπέτιμησε τῷ Κάϊν· οὕτω διελέθη τῷ Νῶε· οὕτως ἐπεξενώθη τῷ Ἀβραάμ. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς κατὰ τὴν φύσιν ἡμῶν ἀπέκλινε, καὶ καθάπερ εἰς ὑπερῶραν τινὰ μακρὰν ἑαυτὴν διέστησε, τῆνικαῦτα λοιπὸν, καθάπερ ἐν μακρᾷ καθεστῶσιν ἀποδημῆξ, γράμματα πέμπει, ὡς περ διὰ τίνος ἐπιστολῆς τὴν παλαιὰν πρὸς ἡμᾶς ἀνανεούμενος φίλιαν. Καὶ τὰ μὲν γράμματα ταῦτα ἐπεμψεν ὁ Θεός, ἐκόμισε δὲ ὁ Μωϋσῆς. Τί οὖν λέγει τὰ γράμματα; *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*. Τίνος ἔνεκεν οὐ περὶ τῶν ἀγγέλων ἡμῖν διαλέγεται, οὐ περὶ τῶν ἀρχαγγέλων; Εἰ γὰρ ἀπὸ τῶν κτισμάτων ὁ δημιουργὸς θεωρεῖται, πολλῶ μᾶλλον ἀπ' ἐκείνων φαίνεται. Καλὸς ὁ οὐρανός, ἀλλ' οὐχ οὕτω καλός, ὡς ἀγγελός· φαῖδρος ὁ ἥλιος, ἀλλ' οὐχ οὕτω φαῖδρος, ὡς ἀρχάγγελος. Τίνος οὖν ἔνεκεν τὴν ὑψηλοτέραν ἀφείξ ὁδὸν, διὰ τῆς ταπεινοτέρας ἡμᾶς ὀδηγεῖ; Ὅτι Ἰουδαίος διαλέγεται, τοῖς ἀλογώτερον διακειμένους, τοῖς πρὸς τὰ αἰσθητὰ ἐπτοημένοις, τοῖς ἐξ Αἰγύπτου [647] νῦν ἐπανοιῶσιν, ἔθνα κροκοδειλους καὶ κύνας καὶ πιθήκους ἐθεράπευον οἱ ἀνθρώποι· καὶ οὐκ ἐνῆν διὰ τῆς ὑψηλοτέρας αὐτοὺς ὁδοῦ χειραγωγῆσαι πρὸς τὸν δημιουργόν. Ὑψηλοτέρα μὲν γὰρ ὁδὸς ἐστὶν ἐκείνη, ἀλλὰ τραχυτέρα, καὶ προσάντης, καὶ μᾶλλον ὀρθὸς τοῖς ἀσθενεστέροις. Διὰ τοῦτο αὐτοὺς διὰ τῆς εὐκολωτέρας ἀγει, δι' οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάττης, καὶ τῆς ὀρθομένης κτίσεως ἀπάσης. Ὅτι μὲν γὰρ τοῦτο τὸ αἶνον, ὅτε μικρὸν ἐπέδωκαν,

^c Reg. πρῶτος.

SERMO PRIMUS,

Habitus in principio Quadragesimæ in illud, In principio fecit Deus cælum et terram (Gen. 1. 1); ac de jejuniis et elemosyna (a).

1. *Jejunium veri comparatur.* — Jucundum nautis est ver, jucundum agricolis; sed neque nautis neque agricolis ita jucundum ver est, ut volentibus philosophari jucundum est jejunii tempus, animarum ver spirituale, cogitationum vera tranquillitas¹. Nam agricolis ver ideo jucundum est, quia tunc coronatam vident floribus terram, et herbarum comis velut amictu undique ornatam: nautis item ver jucundum, quia marium dorsa tuto possunt navibus sulcare, sedatis nempe fluctibus, delphinis tranquille ludentibus, et ad ipsa navis latera plerumque exsistentibus. Nobis autem jucundum est jejunii ver, quia fluctus nobis, non undarum, sed absurdorum motuum concupiscentiarumque sedare, et coronam nobis, non florum, sed spiritualis gratiæ texere solet: *Coronam gratiarum*, inquit, *accipies capiti tuo (Prov. 1. 6)*. Non sic adventans hirundo hiemem solet depellere, ut adventans jejunium turbulentorum animi motuum hiemem a nobis ejicit. Non ultra pugna animæ cum carne, non insurgit adversus dominam ancilla; sed hujusmodi in corpore motum bellum totum solvitur. Quandoquidem igitur magna fruimur pace, ingentique tranquillitate, age, et nos quoque doctrinæ scapham trahamus, atque ex portu in bene affectarum aurium vestrarum portum transmittamus. Age, subtiliora Scripturæ sensa aggrediamur, ac de cælo, de terra, de mari, deque tota rerum natura philosophemur: hæc quippe nobis hodie lecta sunt. Sed quid ad nos, inquires, creationis ratio? Ad nos utique pertinet, dilecti. Nam si ex magnitudine et pulchritudine creaturarum proportionem quadam Creator agnosceretur, quanto magis creaturarum rerum pulchritudinem magnitudinemque contemplabimur, tanto magis ad ipsius Opificis notitiam adducemur.

Manichæorum et Gentilium errores. — Magnum bonum est nosse quid sit creatura, quid Creator; quid opus, quid Opifex. Nam si hæc accurate distinguere scirent veritatis hostes, non omnia confunderent, ac sus deque verterent: non quod stellas et cælum deduxerint, et terram sublimem fecerint; sed cælorum Regem a regio solio deturbatum cum creatis rebus collocaverint, creaturam vero divinitatis sedibus honorarint. Si de natura rerum recte scissent philosophari Manichæi, numquam cam, quæ ex nihilo facta, corruptioni obnoxia, fluxa et mutabilis erat, quasi non factam honorassent. Si de rerum natura recte scissent ratiocinari gentiles, non a vero aberrassent, neque coluissent adorassentque creaturam potius quam Creatorem. Pulchrum est cælum, sed ideo creatum est ut adores Opificem: pulcher sol, sed ideo pul-

cher ut colas Factorem: sed si in mira rerum forma consistas, et earum pulchritudini inhæreas, lux tibi versa est in tenebras, imo potius luce ad tenebras usus es. Vides quantum bonum sit rerum creaturarum nosse rationes? Ne itaque lucrum prætereas, sed dictis accurate animum adhibe: non enim de cælo, de terra, de mari tantum dicturi sumus, sed etiam de origine nostra, atque unde mors orta sit, unde vita laboriosa, unde tristitia et sollicitudines. Nam ut de his deque multis alijs sese purgaret Deus, hunc ad nos librum misit: neque enim sese defendere Deus dedignatur, sed per prophetam clamat: *Venite, et disputemus, dicit Dominus (Isai. 1. 18)*. Nec modo sese defendit ac judicio contendit, sed etiam quomodo condemnationem fugere possimus docet: non enim solum dixit, *Venite, et disputemus*, sed postquam docuit quid dicendum, quid agendum esset, sic ad tribunal traxit. Audi itaque propheticum sermonem superius prolatum: *Lavanini, mundi estote, auferte nequitias ab animabus vestris: discite bene facere, judicate pupillo, et justificare viduam (Ibid. v. 16)*; et tunc ait: *Venite, et disputemus, dicit Dominus*. Nolo vos, inquit, nudos et defensione vacuos sumere, sed instructos ratiocinio et defensione ad rationem reddendam voco: siquidem vobiscum disceptare volo, non ut condemnem, sed ut parcam. Sic et alio loco dicit: *Dic tu prior iniquitates tuas, ut justificeris (Ibid. 43. 26)*. Habes acerbum et immitem accusatorem: præveni eum, locum prius occupa, os impudens obtura.

2. *Deus per literas agit cum homine.*—(a) Initio certe Deus per se hominibus loquebatur, quantum scilicet hominibus audire fas est. Sic Adamum adiit, sic Cainum increpavit; sic cum Noë loquutus est; sic ab Abrahamo hospitio susceptus. Verum quia natura nostra ad malum declinavit, et quasi in longinquum exsilium seipsam transtulit; demum ille nobis, quasi longam peregrinationem susceperimus, literas mittit, quasi per epistolam nobiscum veterem renovans amicitiam. Hujusmodi literas misit Deus, attulit Moyses. Quid ferunt literæ? *In principio fecit Deus cælum et terram (Gen. 1. 1)*. Cur non de angelis vel de archangelis loquitur nobis? Nam si ex creatoris Creator conspicitur, multo magis ex illis nosci potuit. Pulchrum est cælum, sed non ita pulchrum ut angelus; splendidus sol, sed non ita splendidus ut archangelus. Cur itaque sublimiore dimissa via, per humiliorem nos ducit. Quia cum Judæis loquitur, qui intellectu minus instructi erant, qui sensibus hærebant, qui ex Ægypto nuper egressi, ubi crocodili, canes, simiæ ab hominibus colebantur, nec licebat sublimiore via illos ad Creatorem ducere. Sublimior utique via illa erat, sed asperior, prærupta et ardua infirmioribus. Ideo illos per faciliorem ducit, per cælum, terram, mare, cæteraque visibilia creata.

¹ Reg., *Tranquillitas, ancora fidelium, et pons ad Deum. Et agricolis, etc.*

(a) Collati sunt hi sermones cum Codice Regio 2312 [vunc 773].

(a) Hæc iisdem pene verbis habes supra Homilia 2 in Genesim col. 28 et seqq.: sunt etiam alia multa passim in his sermonibus, quæ eadem ipsa habentur in Homiliis. Vide Monitum supra.

Quod autem hæc vera sit causa, audi quomodo, postquam paulum profecerant¹, propheta de illis supernis virtutibus loquatur. *Laudate Dominum, inquit, de cælis, laudate eum in excelsis: laudate eum omnes angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus: quoniam ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt* (Psal. 148. 1. 2. 5). Et quid mirum si in Veteri Testamento hic doctrinæ modus reperitur, cum etiam in Novo, quando sublimiorum documentorum² tempus erat, cum Atheniensibus loquens Paulus, eandem tenuerit viam, quam Moyses cum Judæos institueret? Neque enim de angelis deque archangelis sermonem fecit: sed de cælo, de terra, et de mari, ita concionatus: *Deus qui fecit mundum, et omnia quæ in eo sunt: hic cæli et terræ cum sit Dominus, non in manus factis templis habitat* (Act. 17. 24). At cum Philippenses (a) alloquebatur, non hac illos via duxit; sed ad sublimiorem illos concionem provehit his verbis: *Quoniam in ipso creata sunt universa quæ in cælis et quæ in terra, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum et in ipso creata sunt* (Coloss. 1. 16). Sic et Joannes quia perfectiores habuit discipulos, universam simul creationem commemoravit. Non enim dixit, cælum et terram et mare, sed, *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est* (Joan. 1. 3); sive visibile, inquit, sit, sive invisibile. Sicut enim apud ludimagistros, alius puellum a matre accipiens, prima ipsum docet elementa; alius deinde excipiens, discipulum ad sublimiora documenta provehit: ita a Moyse et Paulo et Joanne actum est. Moyses enim ignaram omnium et nuper ablactatam naturam nostram prima divinæ cognitionis elementa docuit. Joannes autem et Paulus, quasi a ludimagistro acceptos a Moyse, homines ad sublimiora documenta deducunt, priora tamen paucis commemorantes. Vidisti utriusque Testamenti affinitatem? vidisti consensum in documentis? Audisti in Veteri sensibilibus rerum creationem, et de spiritualibus Davidem dicentem: *Ipse dixit, et facta sunt* (Psal. 32. 9)? Sic iterum in Novo, postquam dictum est de invisibilibus potestatibus, etiam de creatura sensibili sermo habetur. *In principio fecit Deus cælum et terram*. Sermo quidem brevis et simplex, ac dictum unum, sed quod omnes adversariorum turres subvertere possit. Hic mentem adhibe.

Manichæi veritatem mendacii accusant. — Accedit Manichæus dicens, Materia non facta fuit: responde illi: *In principio fecit Deus cælum et terram*: et totam ejus arrogantiam statim subvertisti. Sed non credit Scripturæ dictis, inquit. Ergo ea de causa quasi furibundum illum repelle et aversare. Nam qui Deo non credit palam loquenti, et qui veritatem mendacii accusat, quo pacto insanix argumentum non ferat, nempe incredulitatem? At quomodo, inquit, ex nihilo fieri quid possit? Tu vero mihi dicas, quomo-

do ex prius existentibus fieri quid possit? Nam quod ex non existentibus terra facta sit, ego credo, tu autem dubitas; quod autem ex terra factus sit homo, ambo confitemur. Dic igitur illud quod in confesso et facilius est, quomodo ex terra facta sit carnis natura. Ex terra enim lutum, later, vas fictile, et testa fieri solet: carnem vero ex terra factam nemo unquam viderit. Quomodo igitur facta est carnis natura? quomodo ossa efformata sunt? quomodo nervi, venæ et arteriæ? quomodo membranæ, adeps, carnes, cutis, ungues, capilli, et tanta diversitas variarum substantiarum ex una subjacente terra? Verum hæc dicere minime possis. Quomodo ergo absurdum non fuerit eum qui id quod clarius et facilius est ignorat, difficiliora et arcana curiose scrutari?

3. *Rerum naturalium rationem non intelligimus, quanto minus divina.* — Vis te adhuc ad faciliora ducam, quæ quotidie fieri solent? Attamen ne de his quidem rationem reddes. Panem quotidie comedimus. Quomodo igitur, quæso, panis ipsa natura in sanguinem vertitur, in pituitam, in bilem et in reliquos humores? Nam panis quidem densus durusque est, sanguis vero mollis et fluidus; panis vel candidus vel frumenti colore, sanguis ruber et niger. Cæterarum item qualitatum differentiam si quis persequatur, multum inveniet panem inter et sanguinem discrimen. Quomodo igitur hæc fiunt, rationem reddas velim. Sed numquam possis. Ergone tu qui cibi quotidie immutati rationem reddere nequis, a Deo peractæ creationis rationes a me repetes? Annon hoc extremæ dementiæ fuerit? Si nostri similis est Deus, rationem exige operum; imo ne id quidem concedatur: multa quippe humana certe facta qui stant dicere non possumus; exempli causa, quomodo ex metallica terra aurum fiat; quomodo arena in vitri puritatem mutetur. Multoque plura dici possent humano artificio facta, quorum rationem ignoramus. Verumtamen si nostri similis sit Deus, per me licet rationem repetas; sin immenso spatio a nobis distat, et supra modum antecellit, annon extremæ fuerit insanix eos, qui immensam illius sapientiam et virtutem confitentur, camque divinam et incomprehensibilem, quasi de humana quadam arte, sic per singula factorum rationem expetere? Verum his missis ratiociniis, ad petram illam solidam redeamus: *In principio fecit Deus cælum et terram*. Supra illud fundamentum stant, ne quis in te humanarum cogitationum fluctus moveat: *Cogitationes enim mortalium timide, et incertæ adinventiones eorum* (Sap. 9. 14). Ne igitur id quod firmum est deseras, ut animæ tuæ salutem infirmis et fallacibus ratiociniis committas: sed mane in iis quæ didicisti, et quæ tibi concredita sunt, et dic: *In principio fecit Deus cælum et terram*. Si Manichæus (a) accesserit, si Marcion, si Valentini morbo laborantes, si quisvis alius, hoc dictum objice; si ridentem vide-

¹ Reg., postquam paulum se pietatis addixerant.

² Reg., philosophorum preceptorum.

(a) Hic memoria habetur Chrysostomus. Locus enim non in Epistola ad Philippenses, sed ad Colossenses legitur.

(a) Manichæus, Marcion, Valentinus Deum creatorem esse negabant. Manichæus sive Manes dicebat materiam æternam esse. Ejus liber sic incipiebat, teste Euphrasio, p. 630: *Erat*

ἀκουσον^a πῶς αὐτοῖς ὁ Προφήτης καὶ περὶ ἐκείνων διαλέγεται τῶν ἀνω δυνάμεων. *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, φησὶν, ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις· αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ· ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν.* Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ἐν τῇ Παλαιᾷ οὗτος ὁ τρόπος τῆς διδασκαλίας ἐστίν, ὅπουγε καὶ ἐν τῇ Καινῇ, ὅτε τῶν ὑψηλοτέρων διδαγμάτων ἡ καιρὸς ἦν, Ἀθηναίους διαλεγόμενος ὁ Παῦλος ταύτην ἤλθε τὴν ὁδὸν, ἦν ὑπερ ἤλθε Μωϋσῆς Ἰουδαίους παιδεύων; Οὐδὲ γὰρ οὗτος περὶ ἀγγέλων καὶ ἀραγγέλων εἶπεν αὐτοῖς, ἀλλὰ περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάττης, οὕτω πως δημηγορῶν· Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχων Κύριος, οὐκ ἐν χειροποιήτοις κατοικεῖ νοεῖς. Ἄλλ' οὐχ, ὅτε Φιλιππησίους διελέγετο, διὰ ταύτης ἤγαγεν αὐτοὺς τῆς ὁδοῦ· ἀλλ' ἐπὶ τὴν ὑψηλοτέραν αὐτοὺς ἀνάγει δημηγορίαν, οὕτως λέγων· Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαί, εἴτε ἐξουσίαι· πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτίσται. Οὕτως καὶ Ἰωάννης, ἐπειδὴ τελειοτέρους εἶχε τῶς μαθητευομένων, πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως ἐμνημόνευσεν. Οὐ γὰρ εἶπεν, οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θάλατταν, ἀλλ', ὅτι *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν*· εἴτε ὁρώμενον, φησὶν, εἴτε μὴ ὁρώμενον. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν διδασκάλων, ὁ μὲν παρὰ τῆς μητρὸς διδάσκαλος τὸ παιδίον λαβὼν, τὰ πρῶτα^c αὐτὸν παιδεύει στοιχεῖα, ὁ δὲ παρ' ἑτέρου λαβὼν διδασκάλου, μεθ' αὐτὴν πρὸς τὰ ὑψηλότερα τῶν διδαγμάτων ἄγει· οὕτω καὶ ἐπὶ Μωϋσέως καὶ Παύλου καὶ Ἰωάννου γέγονε. Μωϋσῆς μὲν γὰρ μηδὲν εἰδυῖαν τὴν φύσιν ἡμῶν παραλαβὼν ἄρτι τοῦ γαλακτος ἀπαλλαγείσας, τὰ πρῶτα τῆς θεογνωσίας ἐπαίδευσεν στοιχεῖα· Ἰωάννης δὲ καὶ Παῦλος, καθάπερ παρὰ διδασκάλου τοῦ Μωϋσέως αὐτοὺς λαβόντες, ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα τῶν διδαγμάτων ἀνάγουσι, τῶν προτέρων ἀναμνησκόμενοι ἐν βραχεί. Εἶδες ἑκατέρων τῶν Διαθηκῶν τὴν συγγένειαν; Εἶδες τὴν συμφωνίαν τῶν διδαγμάτων; Ἦκουσας περὶ τῆς τῶν αἰσθητῶν δημιουργίας ἐν τῇ Παλαιᾷ, καὶ περὶ τῆς τῶν νοητῶν τοῦ Δαυὶδ λέγοντος, Ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν; Οὕτω πάλιν ἐν τῇ Καινῇ, εἰπὼν περὶ τῶν ἀοράτων δυνάμεων, εἶπε καὶ περὶ τῆς αἰσθητῆς κτίσεως· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Τὸ βῆμα τοῦτο βραχὺ μὲν ἐστὶ καὶ ψιλόν, καὶ βῆμα ἐν' ἀπαντας δὲ τῶν ἐναντίων τοὺς πύργους καταστρέφει [649] δυνήσεται. Σκόπει δέ.

Προσέρχεται Μανιχαῖος λέγων, Ἀγέννητός ἐστιν ἡ ὕλη· εἰπέ πρὸς αὐτὸν, *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν*, καὶ πάντα τὸν τύπον αὐτοῦ κατέστρεψας εὐθέως. Ἄλλ' οὐ πιστεύει τῷ βῆματι τῆς Γραφῆς, φησὶν. Οὐκὼν διὰ τοῦτο αὐτὸν ὡς μαινόμενον διάκρουσον καὶ ἀποστρέφῃ. Ὁ γὰρ τῷ Θεῷ μὴ πιστεύων ἀποφαινομένη, ἀλλὰ ψεῦδος τῆς ἀληθείας καταγινώσκων, πῶς οὐ λαμπρῶς μανίας ἐκφέρει λεῖγμα, τὴν ἀπιστίαν; Καὶ πῶς ἐξ οὐκ

ὄντων γένοιτ' ἂν τι, φησὶ; Σὺ δὲ μοι εἰπέ, πῶς ἐξ ὄντων γένοιτό τι; Ὅτι μὲν γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων ἡ γῆ γέγονεν, ἐγὼ μὲν πιστεύω, σὺ δὲ ἀμφιβάλλεις· ὅτι δὲ ἐκ γῆς γέγονεν ἄνθρωπος, ἀμφοτέροις ὁμολογοῦμεν. Εἰπέ τὸινυν τὸ συνομολογούμενον καὶ εὐκολώτερον, πῶς ἀπὸ τῆς γῆς γέγονε σαρκὸς φύσις. Ἐπὶ γῆς γὰρ πηλὸς, καὶ πλίνθος, καὶ κέραμος, καὶ ὄστρακον γίνεται· σάρκα δὲ ἀπὸ γῆς γινομένην οὐδεὶς ἂν ἴδῃ ποτέ. Πῶς οὖν γέγονε σαρκὸς φύσις; πῶς ὄστου διεπλάσθη; πῶς νεῦρα; πῶς φλέβες; πῶς ἀρτηρίαι; πῶς ὕμην, καὶ λίπος, καὶ σάρκες^d, καὶ δέρμα, καὶ ὀστέα, καὶ τρίχες, καὶ τοσαύτη ποικιλία διαφόρων οὐσιῶν ἐκ μιᾶς τῆς ὑποκειμένης γῆς; Ἄλλ' οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον τὸ σαφέστερον καὶ εὐκολώτερον ἀγονοῦντα, τὸ δυσχερέστερον καὶ ἀπορρητότερον περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν;

γ'. Βούλει σε καὶ ἐφ' ἕτερον καὶ εὐκολώτερον ἀγάγω, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινόμενον; Ἄλλ' ὁμως οὐδὲ τοῦτο μοι τὸν λόγον εἶε. Ἄρτον σιτουμένθου καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Πῶς οὖν, εἰπέ μοι, ἡ τοῦ ἄρτου φύσις αὕτη εἰς αἷμα μεβίσταται καὶ φλέγμα, καὶ χολήν, καὶ τοὺς λοιποὺς ἐν ἡμῖν χυμούς; Ὁ μὲν γὰρ ἐστὶ πυκνὸς καὶ σκληρὸς, τὸ δὲ αἷμα χαυνὸν καὶ διαρρέον, καὶ ὁ μὲν λευκὸς ἡ σιτόχρους, τὸ δὲ ἐρυθρὸν καὶ μέλαν. Καὶ τῶν ἄλλων δὲ ποιότητων τὰς διαφορὰς εἰ τις ἐπέλθοι, πολὺ τὸ μέσον εὐρήσει ἄρτου καὶ αἵματος. Πῶς οὖν ταῦτα γίνεται, εἰπέ μοι, καὶ τὸν λόγον ἀπόδος. Ἄλλ' οὐκ ἂν ἔχοις. Εἶτα τροφῆς τῆ; καθ' ἡμέραν ἀλλοιούμενης παρασχεῖν τὸν λόγον οὐκ ἔχων, τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας ἀπαιτεῖ; με εὐθύνας; Καὶ πῶς οὐκ ἐσχάτης ἀνοίας τοῦτο; Εἰ μὲν γὰρ καθ' ἡμᾶς ἐστὶν ὁ Θεός, ἀπαιτεῖ τῶν γενομένων τὸν λόγον· μᾶλλον δὲ μηδὲ οὕτω· πολλὰ γὰρ τῶν ἀνθρωπίνῃ γινομένων τέχνῃ ὅπως γίνεται εἰπεῖν οὐκ ἔχομεν· οἷον, πῶς ἀπὸ γῆς τῆς ἐν τοῖς μετάλλοις χρυσαίου γίνεται φύσις· πῶς εἰς ὑελοῦ καθαρότητα ἡ ψάμμος μεβίσταται^e. Καὶ ἕτερα τούτων ἐστὶ πλείονα εἰπεῖν, ἃ γίνεται μὲν ἀνθρωπίνῃ τέχνῃ, τὸν δὲ λόγον οὐκ ἴσμεν ἡμεῖς. Πλὴν ἀλλ' εἰ μὲν καθ' ἡμᾶς ὁ Θεός ἐστίν, ἀπαιτεῖ λόγον· εἰ δὲ ἀπερίωρ ἡμῶν εἰσθηκε καὶ ἀσυγκρίτως ὑπερέχει, πῶς οὐκ ἐσχάτης ἂν εἴη μανίας, ἀπειρον αὐτοῦ καὶ τὴν σοφίαν καὶ τὴν δύναμιν ὁμολογοῦντας, καὶ υεῖαν καὶ ἀκατάληπτον, ὡς περὶ ἀνθρωπίνης τινὸς τέχνης, οὕτω καθ' ἕαστον τῶν γινομένων ἀπαιτεῖν εὐθύνας αὐτόν; Ἄλλὰ γὰρ ἀφέντες τοὺς λογισμοὺς, ἐπὶ τὴν [649] πέτραν ἐπανέλθωμεν τὴν ἀράγῃ· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Ἐπὶ τοῦτω στήθι τῷ θεμελίω· μή τις σε εἰς λογισμῶν ἀνθρωπίνων παραχρῆν καταγάγῃ· *Λογισμοὶ γὰρ θνητῶν δειλοὶ, καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπιτροφαὶ αὐτῶν.* Μὴ τοῖνυν τὸ στερεὸν^f ἄφεις, τῷ σαθρῷ καὶ ἐπισφαλεῖ τὴν σωτηρίαν ἐγχειρίσης τῆς σῆς ψυχῆς· ἀλλὰ μένε ἐν οἷς ἐμαθε; καὶ ἐπιστῶθης, καὶ λέγε· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Κἂν Μανιχαῖος προσέλθῃ, κἂν Μαρκίον, κἂν οἱ τὰ Οὐαλεντίνου νοσοῦντες, κἂν ὅστισόν ἕτερος, τοῦτο προβάλλου τὸ βῆμα· κἂν ἴδῃς γελῶντα, σὺ δάκρυσον αὐτὸν ὡς μαινόμενον. Πύ-

^a Μικρὸν ἑαυτοὺς ἐπέδωκαν πρὸς θεοσέβειαν. Ἄκουσον Reg.

^b Τῶν φιλοσόφων διδαγμάτων Reg.

^c Ita Reg. et ipse Savil. ex conject. In editis τὰ πρῶτα male.

^d Ὑμην καὶ πηλεῖ καὶ σάρκες Reg.

^e Μεβίσταται Reg. et Savit, καθίσταται Morel.

^f Reg. στερεόν. Infra κἂν Μανιχαῖος.

Εἶνον ἔχουσιν ἐκεῖνοι τὸ χρῶμα, καὶ κατεσταλμένην τὴν ὄφρυν, καὶ ῥημάτων ἐπιείκειαν· ἀλλὰ φύγε τὸ δέλεαρ, καὶ τὸν ἐν τῇ ὁρᾷ τοῦ προβάτου κρυπτούμενον καταμάνθανε λύκον. Διὰ τοῦτο αὐτὸν μάλιστα μίσησον, ὅτι πρὸς μὲν τὸν ὀμόδουλον σε προσηγῆς καὶ ἡμεροῦς εἶναι δοκεῖ, πρὸς δὲ τὸν κοινὸν ἡμῶν ἀπάντων Δεσπότην κυνὸν λυτῶντων ἐστὶν ἀγριώτερος, ἀκήρυκτον εἰς τὸν οὐρανὸν μάχην εἰσάγων καὶ πόλεμον ἀσπονδον, καὶ δυνάμιν τινα ἐξ ἐναντίας ἀντικαθιστῶν τῷ Θεῷ. Φύγε τὸν ἰδὸν τῆς πονηρίας, μίσησον τὰ δηλητήρια φάρμακα· καὶ ἦν παρὰ τῶν πατέρων ἐδέξω κληρονομίαν, τὴν ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν πιστιν καὶ διδασκαλίαν, ταύτην κάτεχε μετὰ πολλῆς τῆς ἀσφαλείας. Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Τί τοῦτο; πρῶτον τὸν οὐρανὸν, εἶτα τὴν γῆν; πρῶτον τὸν δροφον^α, εἶτα τὸ ἔδαφος; Οὐ γὰρ ἀνάγκη φύσεως ὑπόκειται, οὐδὲ ἀκολουθία τέχνης δουλεῖ. Καὶ γὰρ αἱ φύσεως καὶ τέχνης καὶ τῶν ὄντων ἀπάντων ἡ βούλησις τοῦ Θεοῦ δημιουργὸς καὶ τεχνίτης ἐστὶ. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκευαστος. Τίνος ἔνεκεν τὸν μὲν οὐρανὸν ἀπαισιθιέντα παρήγαγε, τὴν δὲ γῆν κατὰ μικρὸν τεχνεύειν^β αὐτὸν φησὶ ὁ Μωϋσῆς; Ἴνα ἐν τῷ βελτίονι στοιχείῳ μαθὼν αὐτοῦ τὴν δύναμιν πληροφορηθῆς ὅτι καὶ ταύτην ἡ δύνατο, καθάπερ ἐκεῖνον, ἀπαισιθιέντην παραγαγεῖν. Ἀλλὰ διὰ σὲ καὶ τὴν σωτηρίαν τὴν σὴν οὐκ ἐποίησεν οὕτω. Πῶς δι' ἐμὲ καὶ τὴν σωτηρίαν τὴν ἐμὴν, φησὶ^γ; Κοινὴ τράπεζα καὶ πατρὶς καὶ τροφὸς καὶ μήτηρ ἀπάντων ἐστὶν ἡ γῆ, καὶ πόλις καὶ τάφος κοινός. Καὶ γὰρ τὰ σώματα ἡμῶν ἐξ αὐτῆς, καὶ τροφὴ τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἐκείθεν, καὶ οἰκησις ἐν αὐτῇ καὶ διαγωγή, καὶ μετὰ θάνατον πρὸς αὐτὴν πάλιν ἐπάνοδος. Ἴν' οὖν μὴ τὸ τῆς χρείας ἀναγκαῖον^δ τὴν ἀξίαν σε θαυμάζειν αὐτὴν παρασκευάσῃ, καὶ τὸ τῶν εὐεργεσιῶν πλῆθος πρὸς ἀσθένειαν ὑποσκελίσῃ, δείκνυσι σοι, πρὶν ἢ γενέσθαι, αὐτὴν ἀμόρφωτον καὶ ἀδιατύπτωτον, ἵνα τὴν ἀσθένειαν ἰδὼν, θαυμάσῃς τὸν παραγαγόντα αὐτὴν, καὶ πᾶσαν ἐνθιέντα αὐτῇ τὴν δύναμιν ταύτην· ἵνα δοξάσῃς τὸν τὰ τοσαῦτα [650] πρὸς ἡμετέραν ἀνεπίαν κατεσκευαστότα. Δοξάζεται δὲ ὁ Θεὸς οὐ διὰ δογματῶν ὀρθῶν λόγον, ἀλλὰ καὶ διὰ πολιτείας ἀρίστης. *Λαμψάτω γὰρ ὕμῶν, φησὶ, τὸ φῶς ἐμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἰδῶσιν ὕμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὕμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.*

δ. Ἐβουλόμην τοὺς περὶ ἐλεημοσύνης προσθεῖναι λόγους· ἀλλὰ περιττόν μοι δοκεῖ εἶναι λόγῳ διδάσκειν ὑμᾶς, τοῦ διὰ τῶν ἔργων ὑμᾶς παιδεύειν δυναμένου νῦν ἐν μέσῳ καθήμενου, τοῦ κοινοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ διδασκάλου, ὃς τὴν οἰκίαν τὴν πατρῴαν, ὡσπερ εἰς αὐτὸ τοῦτο παρὰ τῶν προγόνων δεξάμενος, ἵνα ταῖς τῶν ξένων αὐτὴν θεραπεύει παράσχῃ, οὕτω διαπαντὸς τοῖς πάντοθεν ἐλαυνομένοις ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀνῆκε, καὶ ὑποδέχεται, καὶ θεραπεύει θεραπείας ἐρόπῳ παντοδαπῷ· ὥστε οὐκ οἶδα εἰ χρὴ τοῦτο μᾶλλον, ἢ τὸν ξένων καλεῖν τὴν οἰκίαν τὴν τούτου· μᾶλλον δὲ διὰ τοῦτο τούτου^δ νομίζεω εἶναι αὐτὴν, ἐπειδὴ τῶν ξένων ἐστὶ. Καὶ γὰρ τὰ ἡμέτερα κτήματα τότε μάλιστα ἡμέτερα γίνεται, ὅταν μὴ ἡμῖν αὐτοῖς, ἀλλὰ

τοῖς πένησιν αὐτὰ κεκτημένοι διαπαντὸς ὦμεν^ε. Καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω. Ἄν εἰς δεξιᾶν τοῦ πένητος ἀποθῆς τὸ ἀργύριον, οὐ συκοφάντης ἐπιτίθεται, οὐ βάσκανος ὀφθαλμὸς ὀρᾷ, οὐ ληστής ὑφαιρείται, οὐ τοιχωρύχος διορύξας, οὐκ οἰκέτης ἀφελόμενος ἀποδιδράσκει· καὶ γὰρ ἐστὶν ἀσυλον ἐκεῖνο τὸ ταμίειον. Ἄν δὲ οἰκοὶ κατορύξῃς, καὶ ληστή καὶ τοιχωρύχῳ καὶ βασκάνῳ καὶ συκοφάντῃ καὶ οἰκέτῃ καὶ πάσῃ βλάβῃ ποιῆς ὑπεύθυνον τὸ χρυσίον. Πολλάκις γοῦν μετὰ θύρας μυρίας καὶ μοχλοὺς τὰς μὲν ἐξώθεν ἐπιηρείας διέφυγε, τοὺς δὲ φύλακας οὐ διέφυγεν, ἀλλ' οἱ τήρουντες αὐτὸ λαβόντες ἀπέδρασαν. Ὅραξ ὅτι τότε μᾶλλον κύριοι τῶν κτημάτων ἐσμέν, ὅταν τοῖς πένησιν αὐτὰ παρακαταθώμεθα. Οὐ φυλακῆς δὲ ἕνεκα μόνον ἐκεῖνο ἀσφαλέςτερον τὸ χωρίον, ἀλλὰ καὶ κέρδους καὶ προσόδου πλείονός ἐστιν ὑπόθεσις. Ἄν μὲν γὰρ ἀνθρώπῳ δανείσῃς, ἕκατοστήν ἔλαβες· ἂν δὲ Θεῷ δανείσῃς διὰ τοῦ πένητος, οὐχ ἕκατοστήν, ἀλλ' ἕκατονταπλασίονα λήψῃ. Κἂν μὲν σπείρῃς εὐφορον ἄρουραν, ὅταν πολλὴν ἐνέγκῃ τὴν φορὰν, δεκαπλασίονα ὀση τὰ σπέρματα· ἂν δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν σπείρῃς, μετὰ τὸ γενέσθαι ἕκατονταπλασίονα, καὶ ζῶνι αἰώνιον καὶ ἀγήρω καὶ ἀθάνατον ἀπολήψῃ. Καὶ ἐνταῦθα μὲν πολὺς ὁ πόνος τοῦ τὰ σπέρματα καταβάλλουσιν· ἐκεῖ δὲ χωρὶς ἀρότρου καὶ βοῶν καὶ γηπόνων καὶ τῆς ἄλλης ταλαιπωρίας ἀπάσης ἡ τῶν καταβληθέντων φορὰ φύεται, καὶ οὐκ αὐχμὸν^ε, οὐκ ἐπομβρίας, οὐκ ἐρυσίθην, οὐ χάλαζαν, οὐκ ἀκρίδος στρατόπεδον, οὐ ποταμῶν ἐπικλύσεις, οὐκ ἄλλο τι οὐδὲν ἐκεῖ σπειροντάς ἐστι φοβηθῆναι ποτε· ἀλλὰ πάσης ἀνωτέρω βλάβος ἔστιχε τὰ ἐκεῖ καταβαλλόμενα σπέρματα. Ὅταν οὖν μήτε πόνος, μήτε κίνδυνος, μήτε ὑπόψια, μήτε ὑποτυχία τις ἦ, καὶ πολλῶν πλείονα τῶν καταβαλλομένων γένηται τὰ φυόμενα, καὶ τοσαῦτα βλαστάνῃ ἀγαθὰ, Ὅσα οὕτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὕτε οὖς ἤκουσεν, οὕτε ἐπὶ καρδίᾳ ἀνθρώπου ἀνέβη, πῶς οὐκ ἂν εἴη βραθυμία ἐστράτης; [651] τὸ πλέον ἀφέντας, τὸ ἕλαττον διώκειν, καὶ τὸ ἀσφαλὲς καταλιπόντας, τὸ ἀπιστον καὶ κινδύνουν γέμον καὶ πολλὰς ἔχον ἀποτυχίας μετιέναι; Τίς γὰρ ἡμῖν ἔσται συγγνώμη τοῦτο ποιοῦσι, ποῖα δὲ ἀπολογία; Πενίαν προβαλλόμεθα πάντως· ἀλλ' οὐκ ἐσμέν τῆς χήρας ἐκείνης πνεύστεροι, ἢ δύο λεπτὰ^β ἔχουσα μόνα, καὶ ταῦτα κατεθάλετο. Ζηλώσωμεν τοῖσιν ἐκείνης τὸν πλοῦτον, μιμησώμεθα τῆς προαιρέσεως τὴν μεγαλοψυχίαν, ἵνα καὶ τῶν ἐκείνῃ ἀποκειμένων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν· ὧν γένοιστο πάντας ἡμᾶς καταξιώθηαι, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Β'.

Τί δήποτε ἐπὶ μὲν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ οὐρανοῦ καὶ τῶν ἄλλων εἶπε, Γενηθήτω· ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνθρώπου, Ποιήσωμεν; καὶ τί ποτέ ἐστι τὸ, Κατ' εἰκόνα.

α'. Ἄρα μέμνησθε τῶν ζητημάτων τῶν πρώην προτεθέντων ὑμῖν; Εἰς τοσοῦτον γὰρ ἡμᾶς ἀπονοίας καὶ πόλμης ἐπήρατε, ὡς καὶ ζητημάτων ἥδη κατατολμῶν· μᾶλλον δὲ οὐκ ἂν εἴη τόλμης, οὐδὲ ἀπονοίας τοῦτο. Οὐ γὰρ οἰκεῖ δύναμις θαρβύσαντες, ἀλλὰ ταῖς εὐχαῖς

^α Pos. ὄφρον Reg. καὶ addit.

^β Reg. τεχνιτεύειν.

^γ Φησὶν ἀκουε συνετώς. Reg.

^δ Reg. addit χρῆ.

^ε Reg. διαπαντὸς νέμομεν.

^ς Reg. τὰ σπέρματα, ἢ δις τοσαῦτα.

^ε Reg. βλάβη φύεται, καὶ οὐτε αὐχμὸν.

^β Reg. δύο δηνάρια, εἰ πῶς ταῦτα κατέβαλε.

ris, tu eum ut furem deplora. Buxem illi habent colorem, demissum supercilium, verborum modestiam præferunt: tu fuge illecebras, et lupum sub ovis pelle occultum deprehende. Propterea illum maxime odio habeas, quia dum erga te conservum mitis et mansuetus esse videtur, adversus communem nostrum omnium Dominum cane rabido ferocior est, implacabile bellum et prælium gerens contra cælum, et potestatem quamdam Deo opponens. Fuge virus iniquitatis, perniciose pharmaca odio habe: et quam a patribus accepisti hereditatem, nempe divinarum Scripturarum fidem atque doctrinam, hanc cum multa cautela retine. *In principio fecit Deus cælum et terram.* Quid hoc est? primo cælum, postea terram? primo tectum, postea solum? Non enim naturæ necessitati subditus est, non artis regulis servit. Etenim et naturæ et artis, et rerum omnium voluntas Dei opifex artifexque est. *Terra autem erat invisibilis et incomposita.* Cur cælum perfectum produxit, terram autem paulatim fabricatum eum esse narrat Moyses? Ut postquam in præstantiori elemento ejus virtutem didiceras, certior fieres illum perinde potuisse terram perfectam producere, ut cælum fecerat. Sed propter te et propter salutem tuam non sic fecit. Quomodo, inquires, propter me et propter meam salutem? Communis mensa et patria et nutrix et mater omnium est terra, urbs et sepulcrum commune. Etenim corpora nostra ex ipsa, indeque corporibus nostris sumitur alimentum, in ipsa habitamus et versamur, et post mortem iterum in ipsam revertimur. Ne itaque ex necessariis usibus ipsam plus quam par erat mirareris, neve beneficiorum copia te in impietatem pertraheret ac supplantaret, ipsam tibi prius informem et incompositam declarat, ut ejus infirmitate conspecta, mireris eum qui produxit, et hanc illi totam virtutem indidit, celebresque eum, qui res tantas ad commodum nostrum paravit. Deus autem glorificatur non modo per recta dogmata, sed etiam per optimum vitæ institutum: *Lucent enim, inquit, lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est (Math. 5. 16).*

4. *Flaviani episcopi Antiocheni laudes.* — Volebam de elemosyna sermonem adjicere: at mihi superfluum esse videtur vos verbo docere, cum is qui in medio sedet communis pater et doctor noster possit vos operibus et exemplo erudire, qui ac si domum paternam ad hoc solum a majoribus accepisset, ut eam hospitibus excipiendis præberet, sic eam semper iis qui pro veritate pelluntur recipiendis destinavit, ut eos omnibus modis fovaret; ita ut nesciam utrum eam ejus, ad peregrinorum domum appellare par sit; imo potius annon ea illius esse ideo existimanda sit,

Deus et materia, lux et tenebræ. Marcion duo principia admitteret, bonum et malum. Bonum Deum nihil in mundo creavisse dicebat, Epiph. p. 304. Valentiniiani Æonibus omnia adscribebant. Paulo post, *buxem habent illi colorem*; hoc est flavum, pallidum hâxi instar: hoc dicitur de illis qui simulate, et ut alios circumveniant, macerationem et pallidum vultum affectant.

quia peregrinorum est. Etenim facultates nostræ tunc maxime nostræ fiunt, quando non nobis, sed pauperibus eas possidemus et dispensamus. Quomodo autem hoc sit, ego dicam. Si ad dexteram pauperis argentum deponas, non sycophanta invadit, non invidus oculus respicit, non fur, non parietum effossor abripit, non servus eo ablato fugam facit: nam illa penus vere asylum est. Si autem domi defodias, furi, murorum effossori, invidio, sycophantæ, servo, et cui libet perniciæ aurum tuum obnoxium facis. Sæpe accidit, ut januis et vectibus multis oppositis externorum damna pecuniæ vitarint, sed penuriorum manus non effugerint, ipsis eum pecunia aufugientibus. Vides tunc nos vere facultatum nostrarum dominos esse, cum eas apud pauperes deponimus. Neque custodiæ solum gratia hic tutior locus est, sed est etiam majoris lucri et proventus causa. Nam si homini fœnereris, centesimam accipis: si autem Deo per pauperem fœnereris, jam non centesimam, sed centuplum accipies. Si in feraci seras agro, et larga seges fuerit, decuplum seminis! referas; si in cælo seras, postquam centuplum acceperis, vitam etiam æternam, perpetuam, immortalem possidebis. Et hic quidem multus labor iis subeundus est qui semina jaciunt; illic vero sine aratro, bobus, agricolis, et reliquis laboribus, jacta semina pullulant; non æstus, non pluvie nimie, non eruca, vel grando, vel locustarum agmen, vel fluviorum inundationes, vel cætera hujusmodi metuenda sunt serenti; sed quæ ibi jacta sunt semina, nulli perniciæ sunt obnoxia. Cum igitur nec labor, nec periculum, nec suspicio, neque jactura quæpiam adsit; sed jacto semine longe plura nascantur, et tanta hinc pullulent bona, *Quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt (1. Cor. 2. 9)*: annon extremæ ignaviæ fuerit, relicto majore, id quod minus est persequi, et eo quod tutum erat deserto, incerta, periculis plena, et infortuniis multis obnoxia adire? Quæ nobis venia id agentibus, quæ excusatio? Paupertatem obtendimus: at pauperiores non sumus vidua illa, quæ cum duo solum minuta haberet, hæc deposuit (*Luc. 21. 2*). Illius itaque divitias æmulemur, imitemur propositi magnificentiam, ut reposita illi bona consequamur: quæ nos omnes adipisci contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri, simulque sancto Spiritui, gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

SERMO II.

Cur in sole et luna et cælo et aliis dixerit: Fiat, in homine autem, Faciamus; et quidam sit illud, Ad imaginem (Gen. 1. 3. 6. 26).

1. *Vis orationis Ecclesiæ.* — Numquid meministis quæstionum, quæ vobis nuper sunt propositæ? In tantam enim arrogantiam et audaciam nos provexitis, ut quæstiones intrepide aggrediamur: imo nec audaciæ nec arrogantia id facinus est. Non enim vi-

¹ Reg., *decuplum seminis, vel bis decuplum.*

ribus nostris confidentes, sed antistitem precibus ac vestris omnia committentes ad stadium nos accinximus. Tanta porro vis est precum Ecclesiae, ut licet magis muti quam lapides essemus, penna quavis levior linguam nostram efficiant. Nam sicut in media navi incidens vela zephyrus sagitta velocius cymbam promovet: sic et in linguam dicentis incidens oratio Ecclesiae, vehementius quam zephyrus sermonem promovet. Propterea nos etiam quotidie confidenter ad certamen nos accingimus. Si enim in externis certaminibus quispiam, cui decem tantum aut viginti fuerint amici in tanto populo, alacriter in arenam descendit: multo magis nos, qui non decem aut viginti, sed totum theatrum ex fratribus patribusque conflatum habemus, confidenter id agemus. Tametsi in externis certaminibus non multum prodest athletae certanti spectator, nisi forte ut clamet et laudet quae geruntur, et in superiori loco sedens cum illis contendat, qui contradicunt: in stadium vero descendere, manumque porrigere, vel adversarii pedem trahere, vel aliud ejusmodi quidpiam agere, minime licet. Qui enim ab initio certamina illa constituerunt, acutis palis defixis, ac funibus in gyrum extensis spectatorem insaniam arcent. Quid vero mirum, si descendere spectatori non licet, cum et palaestrae magistrum jubeant foris sedentem juxta arenam, a longe certantibus doctrinae subsidium praebere, prope vero non sinant accedere? Illic vero non ita fit; sed et doctore et spectatori licet ad nos descendere, atque affectu prope adstare, precibusque vires addere. Age ergo in ore athletarum illorum aggrediamur certamina. Siquidem illi cum se invicem medios prehenderint, ac vi nexuum fuerint ad circumstantem se foris turbam impulsus propter angustias loci, nexibus solutis ad certaminis locum rursus revertuntur: deinde redeuntes non recti congreduuntur rursus, verum in eundem se nexuum modum statumque restituunt, in quo antea sunt divisi. Quando igitur nos quoque sermonem absolvere loci angustia coegit, age ad ipsum locum certaminis revertentes, nexus ab iis quae hodierno die nobis sunt lecta solvamus. *Et dixit Deus*, inquit, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (Gen. 1. 25).

Cur Deus dixerit, Faciamus hominem, non, Fiat homo. — (a) Unum hoc primum quaesita dignum, cur tandem, cum caelum fieret, nusquam dictum sit, *Faciamus*, sed, *Fiat caelum, Fiat lux*, atque ita in singulis creaturarum generibus: hic vero solum additum sit illud, *Faciamus*, et consilium ac deliberatio et cum altero quopiam honoris consorte communicatio? Quisnam igitur ille tandem est qui creandus, cui tantum honoris deferatur? Homo est, magnum illud animal et admirabile, quodque omni creatura praestantius est apud Deum, propter quem caelum et terra et mare ac reliquum omne creaturae corpus est conditum: }

(a) His prorsus similia habet Hom. 8 in Gnesim, col. 70, imo per totam pene Homiliam. In sequentibus etiam non pauca hujusmodi reperies.

homo, cujus ita Deus salutem adamavit, ut ne Unigenito quidem suo propter eum parceret: neque enim omnia praestare molirique destitit, donec in altum evehctum in sua dextera collocavit. Enimvero clamat id Paulus dicens: *Conresuscitavit et condescendens fecit nos in caelestibus in Christo Jesu* (Ephes. 2. 6). Propterea consilium et deliberatio et communicatio, non quod indigeat consilio Deus; absit: sed ipsa verborum figura praese fert honorem, qui nascenti defertur. Qui fit autem, dicit aliquis, si praestantior est toto mundo, ut post mundum producat? Ob hoc ipsum nimirum, quod mundo praestantior sit. Nam quemadmodum ingressuro in urbem quamdam Imperatore, duces, praefecti, satellites, omnesque servi praecedunt, ut palatio adornato, et omni alio ministerio preparato, magno cum honore Imperatorem excipiant: sic nimirum et hic, quasi introducendus rex esset, sol praecessit, caelum praecurrit, prius ingressum est lumen, creata sunt omnia et adornata, tumque multo cum honore homo introducitur (a).

Vocem, Faciamus, hostis, ut ad Unigenitum Dei filium agnoscendum hostes veritatis adducat. Anthropomorphitas redarguit. — *Faciamus hominem ad imaginem.* Audiat Judaeus. Ad quem dicit Deus, *Faciamus?* Mosis sunt literae, Mosis, cui se credere dicunt, et mentiuntur. Ut enim scias illos mentiri et non credere, Christum illos convincentem audi, ac dicentem: *Si crederetis Moysi, crederetis et mihi* (Joan. 5. 46). Jam vero apud illos quidem sunt libri, apud nos autem librorum thesaurus: apud illos literae, apud nos et literae, et sententiae. Ad quem igitur dicit, *Faciamus hominem?* Ad angelum, inquit, vel ad archangelum simpliciter verba facit. Ut cuius verberones famuli, dum ab heris accusantur, nec habent quod eis aperte respondeant, quidquid in buccam venerit proferunt: sic et vos ad angelum et archangelum haec esse dicta vultis. Quem tandem angelum? quem archangelum? Neque enim angelorum est creare, neque archangelorum haec operari. Quare vero cum caelum quidem conderet, non dixit angelo et archangelo, sed per se illum produxit: cum vero caelo totoque mundo praestantius animal produxit hominem, tum servos sibi socios creationis adsciscit? }

2. Non ita est, plane non ita est; quippe angelorum est assistere, non creare: archangelorum est ministrare, non participem esse sententiae et consilii. Audi quid de virtutibus Seraphim, quae archangelis sunt celsiores, dicit Isaias: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum, et Seraphim adstant in circuitu ejus: sex alae uni, et sex alae alteri; et duabus quidem alis operiebant facies suas* (Isai. 6. 1. 2), ut scilicet oculos suos munirent, quod exsipientem e solio fulgorem sustinere non possent. Quid ais? Seraphim adstant, et tanta sunt admiratione ac stupore correpta, idque cum Dei videant indulgentiam; angeli vero et consilii sunt participes, consultationisque

(a) Vide similem sententiam Hom. 8 in Gen.

τῶν πρόδρων καὶ ταῖς ὑμετέραις τὸ πᾶν ἐπιβρίβαντες ἀπεδυσάμεθα πρὸς τὸ στάδιον. Εὐχὴ δὲ Ἐκκλησίας τοσοῦτον δύναται, ὡς εἰ καὶ λίθων ἦμεν ἀφωνότεροι, πειροῦ παντὸς κουφότεραν ἡμῖν τὴν γλῶτταν ἐργάσασθαι. Ὡσπερ γὰρ ζέφυρος εἰς μέσα τῆς νηὸς ἐμπεσὼν τὰ ἰστία, βέλους ὀξύτερον παραπέμπει τὸ σκάφος· οὕτω καὶ Ἐκκλησίας εὐχὴ εἰς τὴν τοῦ λέγοντος ἐμπεσοῦσα γλῶτταν, ζεφύρου σφοδρότερον παραπέμπει τὸν λόγον. Διὸ καὶ ἡμεῖς καθ' ἐκάστην ἡμέραν θαρρόντες ἀποδυσάμεθα. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν ἔξωθεν ἀγῶνων δέκα τις μόνον, ἢ ἔξοσι ἔχων ἐραστάς ἐν δῆμῳ τοσοῦτω, μετὰ προθυμίας εἰς τὸν ἀγῶνα κάττεισι· πολλῶ μᾶλλον ἡμεῖς, ὅπου οὐ δέκα, οὐδὲ εἰκοσι μόνον, ἀλλ' ἅπαν ἡμῖν τὸ θέατρον ἐξ ἀδελφῶν καὶ πατέρων σύγκειται, θαρρόντες τοῦτο ποιήσομεν. Καίτοι γὰρ ἐπὶ τῶν ἔξωθεν ἀγῶνων οὐδὲν ἂν μέγα καρπώσαιτο ἢ ὀ ἀγωνιστῆς παρὰ τοῦ θεατοῦ, ἀλλ' ἢ ὅσον βοήσῃ ἐκεῖνον, καὶ θαυμάσαι τὰ γεγεννημένα, καὶ φιλονεικῆσαι τοῖς ἀντιλέγουσιν ἄνω καθήμενον· καταθῆναι δὲ εἰς τὸ στάδιον, καὶ χεῖρα ὀρέξει, καὶ ἐλκύσαι πόδα τοῦ ἀνταγωνιζομένου, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἐπιδείξασθαι, τοῖσι οὐ θέμις. Οἱ γὰρ τοὺς ἀγῶνας ἐκείνους ἐξ ἀρχῆς διαταξάμενοι, σκόλοπας πῆξαντες ὀξεῖς, καὶ σχοινία κλύβῳ περιβαλόντες, οὕτω τῶν θεατῶν τὴν μνίαν ἐργουσι. Καὶ τί θαυμαστόν, εἰ θεατῆ καταθῆναι οὐ θέμις, ὅπουγε καὶ τὸν παιδοτρέθην ἔξω παρὰ τὴν κόνιν καθίσαντες, πόρρωθεν τὴν ἀπὸ τῆς διδασκαλίας συμμαχίαν εἰσάγειν τοῖς ἀγωνιζομένοις κελύουσι, πλησίον δὲ οὐκ ἔωσιν ἐλθεῖν; Ἄλλ' οὐκ ἐνταῦθα οὕτως· ἀλλὰ καὶ διδασκάλῳ καὶ θεατῆ καταθῆναι πρὸς ἡμᾶς ἐνι, καὶ ἐγγύς στήναι τῇ διαθέσει, καὶ διὰ τῶν εὐχῶν ἡμῖν συγκροτησάμεν τὴν δύναμιν [652]. Δεῦρο γοῦν κατ' αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς ἀθλητὰς τῶν παλαισμάτων ἀψώμεθα. Καὶ γὰρ ἐπειδὴν ἐκεῖνοι μέσους ἑαυτοὺς κατασχόντες, ὑπὸ τῆς βίας τῶν ἀμμάτων πρὸς τὸν ἔξωθεν αὐτοὺς περιεστῶτα ἐξακοντισθῶσιν ὄχλον διὰ τὴν τοῦ τόπου στενοχωρίαν, λύσαντες τὰ ἄμματα, πρὸς τὸν τῆς ἀγωνίας πάλιν ἐπανερχονται τόπον· εἶτα ἐπανελθόντες οὐκ ὀρθοὶ συμπλέκονται πάλιν, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ τῷ τρόπῳ τῶν δεσμῶν ἑαυτοὺς καταστήσαντες, ἐν ᾧ καὶ ὄντες διελύθησαν. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμᾶς ἢ τὸπου στενοχωρία καταλύσαι τὸν λόγον ἠνάγκασε, φέρε πρὸς τὸν τόπον τῆς ἀγωνίας ἐπανελθόντες, τὰ ἄμματα λύσωμεν ἀπὸ τῶν τήμερον ἀναγνωσθέντων ἡμῖν. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός, φησὶ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν.*

Ἐν πρώτῳ τοῦτο ἄξιον ζητήσαι, τί δήποτε, ὅτε μὲν ὁ οὐρανὸς ἐγένετο, οὐδαμοῦ τὸ, *Ποιήσωμεν*, εἰρηγεται, ἀλλὰ, *Γενηθήτω οὐρανός, Γενηθήτω γῆς, καὶ καθ' ἕκαστον τῆς κτίσεως μέρος οὕτως· ἐνταῦθα δὲ τὸ, Ποιήσωμεν, πρόσκειται μόνον, βουλή καὶ σκέψις καὶ πρὸς ἕτερόν τινα ὁμότιμον ἀνακοίνωσις; Τίς ποτε ἄρα ἐστὶν ὁ δημιουργεῖσθαι μέλλον, ὅτι τοσαύτης ἀπολαύει τιμῆς; Ἄνθρωπος ἐστὶ, τὸ μέγα ζῶον καὶ θαυμαστόν, καὶ τῆς κτίσεως ἀπάσης τῷ Θεῷ τιμιώτερος, δι' ὃν οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ θάλαττα καὶ τὸ λοιπὸν ἅπαν τῆς κτίσεως σῶμα ἄνθρωπος, οὐ τῆς σωτηρίας οὕτως ὁ Θεὸς ἠράσθη, ὡς μηδὲ τοῦ Μονογενοῦς φείσασθαι δι' αὐτόν· οὐ γὰρ ἀπέστη πάντα ποιῶν καὶ πραγματευόμενος, ἕως αὐτὸν ἀναγαγῶν ἐκἀβ-*

ισεν ἐν δεξιᾷ ἑαυτοῦ. Καὶ βοᾷ Παῦλος λέγων· *Συνηγείρε καὶ συνεκάλισεν ἡμᾶς ἐν δεξιᾷ ἑαυτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* Διὰ τοῦτο βουλή καὶ σκέψις καὶ ἀνακοίνωσις, οὐκ ἐπειδὴ ὁ Θεὸς βουλῆς δεῖται· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τῷ σχήματι τῶν ῥημάτων τὴν εἰς τὸν γενόμενον ἡμῖν ἐνδείκνυται τιμὴν. Καὶ πῶς, φησὶν, εἰ τοῦ κόσμου τιμιώτερός ἐστι πάντος, ὑστερον τοῦ κόσμου ἂ παράγεται; Δι' αὐτὸ τοῦτο, ἐπειδὴ τοῦ κόσμου τιμιώτερός ἐστιν. Ὡσπερ γὰρ βασιλέως εἰς τινὰ πόλιν ἐλαύνειν μέλλοντος, στρατηγὸν καὶ ὑπαρχοὺ καὶ δορυφόρους καὶ πάντες οἱ δούλοι προφθάνουσιν, ἵνα τὰ βασιλεία παρασκευάσαντες, καὶ πᾶσαν τὴν ἄλλην εὐτρεπίσαντες *θεραπεῖαν*, μετὰ πολλῆς τῆς τιμῆς ὑποδέξωνται τὸν βασιλέα· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, καθάπερ βασιλέως εἰσάγεσθαι μέλλοντος, προέφθασεν ὁ ἥλιος, προέδραμεν ὁ οὐρανὸς, προεἰσῆλθε τὸ φῶς, ἅπαντα γέγονε καὶ εὐτρεπίσθη, καὶ τότε ὁ ἄνθρωπος μετὰ πολλῆς ὑστερον εἰσάγεται τῆς τιμῆς.

Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα. Ἀκουέτω ὁ Ἰουδαῖος. Πρὸς τίνα φησὶν ὁ Θεός, *Ποιήσωμεν*; Μωϋσέως ἐστὶ τὰ γράμματα, Μωϋσέως, ᾧ πιστεύειν ψευδομένοί φασιν. Καὶ ὅτι ψεύδονται καὶ οὐ πιστεύουσιν, ἄκουε τοῦ Χριστοῦ διελέγοντος αὐτοὺς καὶ λέγοντος· *Εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσῆ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί.* Νῦν δὲ παρ' ἐκεῖνοις μὲν τὰ βιβλία, παρ' ἡμῖν δὲ τῶν βιβλίων ὁ θησαυρός· παρ' ἐκεῖνοις τὰ γράμματα, [653] παρ' ἡμῖν καὶ τὰ γράμματα καὶ τὰ νοήματα. Πρὸς τίνα οὖν, εἶπε, λέγει, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*; Πρὸς ἄγγελον, φησὶν, ἢ πρὸς ἀρχάγγελον ἀπλῶς φηγγεται. Καθάπερ γὰρ οἱ μαστιγῆσαι τῶν οἰκετῶν παρὰ τὸν δεσποτῶν ἐγκαλοῦμενοι, καὶ ἐξ εὐθείας οὐκ ἔχοντες ἀποκρίνασθαι, τὸ ἐπελθὼν ἅπαν προσφέρουσιν· οὕτω δὴ καὶ ὑμεῖς, Πρὸς ἄγγελον, φατὲ, καὶ ἀρχάγγελον εἶπε. Ποῖον ἄγγελον; ποῖον ἀρχάγγελον; Οὐ γὰρ ἀγγέλων ἐστὶ τὸ δημιουργεῖν, οὐδὲ ἀρχαγγέλων τὸ ἐργάζεσθαι ταῦτα. Τίνος δὲ ἕνεκεν, ὅτε μὲν τὸν οὐρανὸν ἐποίησεν, οὐκ εἶπεν ἀγγέλω καὶ ἀρχαγγέλω, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ παρήγαγεν· ὅτε δὲ τὸ τιμιώτερον οὐρανοῦ καὶ παντὸς κόσμου παρήγαγε ζῶον, τὸν ἄνθρωπον, τότε τοὺς δούλους κοινωνοὺς λαμβάνει τῆς δημιουργίας;]

β'. Οὐκ ἐστὶ ταῦτα, οὐκ ἐστὶ· ἀγγέλων γὰρ τὸ παρεστάναι, οὐ τὸ δημιουργεῖν· ἀρχαγγέλων τὸ λειτουργεῖν, οὐχὶ τὸ γνῶμης κοινωνεῖν καὶ βουλῆς. Ἀκουσον τί φησὶν Ἡσαίας περὶ τῶν Σεραφίμ δυνάμεων, τῶν ἀνωτέρων τῶν ἀρχαγγέλων· *Ἐίδον τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ τὰ Σεραφίμ περιεστῆκισαν κύκλῳ αὐτοῦ· ἐξ πτέρυγες τῷ ἐνὶ, καὶ ἐξ πτέρυγες τῷ ἐνὶ· καὶ ταῖς μὲν δυσὶ πτέρυξι κτεκάλυπτον τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ἀπειχιζοῦσαι δηλονότι τὰς ὕψεις, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὴν ἐκ τοῦ θρόνου φερομένην ἀστραπὴν ὑποδέξασθαι. Τί λέγεις; Τὰ μὲν Σεραφίμ παρεστῆκισαν, καὶ ἐν θαύματι τοσοῦτω εἰσὶ καὶ ἐκπλήξῃ, καὶ ταῦτα συγκατάβασιν Θεοῦ βλέποντα· ἄγγελοι δὲ καὶ γνῶμης κοινωνοῦσιν αὐτῷ, καὶ σκέψις μετέχουσιν; Ἄλλ' οὐκ ἂν ἔχοι λόγον. Ἄλλὰ τίς ἐστὶ πρὸς ὄψην φησὶ, *Ποιήσω-**

^a Reg. ὕστερος τοῦ κόσμου.

^b Post ἀρχάγγελον hæc adjectivum in Reg. et Savil. εἶπε. Ποῖον ἄγγελον, ποῖον ἀρχάγγελον; οὐ γὰρ ἀγγέλων ἐστὶ τὸ δημιουργεῖν, οὐδὲ ἀρχαγγέλων. Quæ desunt in Morel.

non in forum, sed in ecclesiam venimus, et in congressum nos datus non unius amici, sed tam multorum ac talium fratrum patrumque, qui fieri poterit, ut non omnem mœstítiam deponamus, non lætítia omni fruamur? Non enim propter multitudinem tantum melior est forensibus illis cœtibus hic concessus, sed propter ipsam colloquiorum conditionem. Nam illi quidem in foro cœsidentes, et in orbem inter se collecti, atque in circulis otiosi persæpe de rebus inutilibus sermones conserunt, et jejuna colloquutione instituta de his verba faciunt, quæ ad ipsos nihil attinent. Sic enim fere fit, ut majori studio res alienas inquiramus, et curiosius iadagemus. Jam vero lubricum esse ac periculi plenum talia verba funderè atque audire, et seduci, multasque ob ejusmodi conventus multoties excitatas esse in familiis tempestates, dicere nunc supersedeo: certe inutilem ac vanam esse atque sæcularem omnem ejusmodi confabulationem, neque facile spiritualem unquam sermonem in ejusmodi concessum admitti, negabit nemo. Illic autem non ita fit, sed contrarium plane: siquidem omnis inutilis sermo rejicitur, omnis vero doctrina spiritualis in medium profertur. Enimvero de anima nostra disserimus, deque bonis illis, quæ ad animam pertinent, deque repositis in cælo coronis, de virorum illustrium vita, deque Dei benignitate atque universi providentia, denique de aliis omnibus, quæ ad nos pertinent maxime, cujus rei gratia nati simus, et quæ tandem mors et conditio nostrum ex hac vita discessum exceptura sit, quoque in statu res nostræ tam temporis sint futuræ. Atque hujus concionis participes non solum nos sumus, sed et prophætæ et apostoli, quodque natus est omnibus, ipse Dominus omnium stat medius inter nos Jesus. Ipse quippe dicit: *Ubi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, illic sum in medio eorum* (Matth. 18. 20). Quod si ubi duo tresve congregati sunt, in medio est ipsorum, multo magis ubi tot viri, tot mulieres, tam multi etiam patres, et apostoli ac prophætæ in medio versantur.

Adamus an scientiam boni et mali habuerit. Quinam ignorent bonum et malum. — Quapropter et nos majori cum fiducia verba facimus, eo freti subsidio, et fidem vobis datam solvimus¹. Dicturos enim nos polliciti sumus, primum de ligno, an ex eo cognitionem boni ac mali sit: deus Adamus, an vero antequam ederet, hujusmodi notitia præditus esset. Audacter igitur nunc dicamus, etiam antequam comederet, hac eum cognitione præditum fuisse: nisi enim quid bonum malumve foret, novisset, ipsis rationis expertibus animantibus immanior, et dominus servis stultior exstitisset. Annon enim absurdam videtur, ut capræ quidem et oves noverint, quænam herba sibi sit utilis, quæve perniciosa, neque ad omnes quæ occurrunt, adhærescant, sed discernere possint ac nosse, quid ipsis noxium sit, et quid commodum; homo vero tanta cautione fraudetur? Nisi enim hoc haberet, nullius esset pretii, sed omnium abjectissimus appa-

¹ Neg., vobis solvemus.

reret. Multo enim satius ipsi foret in tenebris versari, oculisque captum esse, ac lucis aspectu privatum, quam ut quid bonum sit, quidve malum, ignoraret. Tolle hanc e vita nostra facultatem, jam ipsam omnem vitam nostram sustuleris, et omnium rerum perturbationem inveroeris. Hoc enim illud est, quo a brutis animantibus differimus, et quo feris præstamus, quod vitium virtutemque noverimus, et quod agnoscamus quid malum sit, neque quid sit bonum ignoremus. Quod si nos id nunc scimus, neque nos tantum, sed etiam Scythæ ac barbari, multo magis tum temporis homo ille ante peccatum id noverat: neque cum tantis honoribus cunctulatus esset, utpote quod ad imaginem et similitudinem Dei formatus esset, aliisque beneficiis ornatus, eo quod caput honorum est, orbatus esset relictus. Nam quid bonum sit et malum, illi solum ignorant, qui naturali rationis judicio sunt privati: Adamus autem multa sapientia repletus erat, et hujus utriusque discernendi facultate pollebat. Atque ut intelligas eum spirituali repletum fuisse sapientia, demonstrationem ejus rei audi. *Adduxit ad eum Deus, inquit, bestias, ut videret quid vocaret eas; et si quid eas vocavit Adam, hoc est nomen ipsi* (Gen. 2. 19). Considera ergo, quanta sapientia cumulatus esset, qui tam multis generibus, tam variis et cujusvis speciei, junctorum, reptilium, et volucrum nomina, eaque propria, imponere potuerit. Sic enim hanc nominum impositionem approbavit Deus, ut non amplius illas appellationes mutarit, neque cum ille peccasset, voluerit eas e medio tollere: *Omne enim, inquit, quod vocavit ea Adam, hoc est nomen ipsi*.

2. An igitur iste, quid bonum esset, quidve malum ignorabat? Cui vero id probabile videatur? Rursus mulierem ad ipsum adduxit, et ea visa confestim naturæ consortem agnovit. Et quid ait? *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea* (Ibid. v. 23). Cum enim paulo ante Deus ad eum cuncta animalia adduxisset, ostendere volens Adam non aliquod ex cæteris esse hoc animal, dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea*. Nonnulli vero dicunt, non id solum eum innuere, sed etiam creationis modum, neque fore ut rursus mulier ea ratione nascatur, propterea dixisse, *Hoc nunc, quod utique alius interpretis accuratius interpretans dixit, Hoc semel* (a), quasi diceret, Nunc tantum mulier ex solo viro facta est, posthac autem non sic erit, sed ex utrisque: *Os ex ossibus meis, et caro de carne mea*. Nam assumpto ex tota massa fragmento uno, sic mulierem formavit, ut in omnibus viro communicet. *Hæc vocabitur mulier, inquit, quoniam de viro sumpta est*. Vides ut etiam appellationem idcirco imponat, ut appellatio communionem naturæ demonstret, et ipsius naturalis communionis demonstratio et creationis modus perpetui amoris occasio, et vinculum sit concordie?

(a) Juxta duos interpretes, nempe Symmachum et Theodotionem, voces Hebraicæ עַצְמוֹתַי וְבָשָׂר מִבְּשָׂרִי vertendæ sunt, *hoc semel*; ad litteram vero sic interpretantur, *hac vice, quod eodem recidit, si intelligas, hac vice solum, id est, semel*.

Deinde vero quid ait? *Propter hoc relinquet homo patrem suum, et matrem suam, et adhærebit uxori suæ* (Gen. 2. 24). Non simpliciter dixit, Uniatur, sed, *Adhærebit*, ut summam conjunctionem significaret: *Et erunt duo in carnem unam*. Ergone qui tam multa noverat, dic, quæso, quid esset bonum, quid malum, ignorabat? Et cui videatur id rationi consentaneum? Si enim nesciebat quid bonum esset, et quid malum, antequam de ligno comederet, sed post manducationem id didicit, peccatum illi sapientie magister factum est, et serpens non jam seductor, sed utilium rerum consiliarius est constitutus, eumque hominem ex bellua reddidit. Absit hoc: non enim ita se res habet, non est ita. Nam si nesciebat quid bonum esset, quid malum, quomodo mandatum accepit? Nemo quippe legem fert ei, qui nesciat malum quid esse transgressionem: atqui Deus et tulit, et transgressorem punivit, qui utique neutrum horum fecisset, nisi e principio facultatem dignoscendi virtutem ac vitium ei tribuisset. Vides ut nobis omni ex parte liqueat, eam non solum postquam comedit, novisse quid bonum esset, quid malum, sed et antea illud scivisse.

Epilogus sermonis. — Hæc igitur omnia retineamus, dilectissimi, ac domum reversi duplicem mensam apponamus, unam ciborum, alteram sacræ lectionis: et vir quidem ea quæ dicta sunt repetat, uxor autem ediscat, audiant liberi, neque famuli ea lectione fraudeantur. Domum tuam effice ecclesiam: siquidem et liberorum et famulorum salutis est tibi ratio reddenda: et sicut a nobis exigentur rationes pro vobis, sic ab unoquoque vestrum pro famulo, pro uxore, ac pro filio ratio repositur. Itaque post huiusmodi narrationes suavissima nos excipient insomnia, omnisque visionis expertia: qualia namque solet anima interdum meditari, talia et in somnis imaginatur et efflagit. Quod si quæ singulis diebus dicuntur, memori mente servemus, magno labore opus non erit: consequens quippe sermo dilucidior vobis erit, et facilior fiet et proclivior noster ad docendum conatus. Ut igitur aliqua inde utilitas et ad nos et ad vos dimanet: ad nos quidem, eo quod doceamus, ad vos autem, quod audiat: post mensam corporalem spiritualis etiam mensa vobis instruat. Illa enim vobis et ad securitatem et ad ornatum usui erunt, et huiusce vitæ negotia ad vestram utilitatem dirigit Deus, omniaque vobis prona et proclivia reddentur. *Quærite enim*, inquit, *primum regnum cælorum, et hæc omnia adjicientur vobis* (Matth. 6. 33). Hoc igitur quæramus, dilectissimi, ut et istius et illius futuræ vitæ bona consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo gloria Patri et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

SERMO VII (a).

Quare lignum scientiæ boni et mali vocatur lignum illud: et quid sit, Hodie mecum eris in paradiso (Gen. 2. 9. Luc. 23. 43).

1. Hesterno die caritatem vestram multis hortatus

(a) In Codice Reg. 2542 hic sermo prætermittitur, nec in serie aliorum ponitur.

sum, ut eorum, quæ dicta fuerant, recordaremini, ac duplicem vesperi mensam apponeretis, unam ciborum, et alteram ei sermonum adjungeretis. Quid igitur? num hoc fecistis, duplicemque mensam apposuitis? Scio vos id fecisse, neque tantum illius, sed hujus etiam fuisse participes. Neque enim cum deteriori tantum studium adhibuissetis, multo potius contemnere debuistis. Nam hæc illa melior est: illam enim manus instruxerunt coquorum, hæc lingue prophetarum pararunt: in illa terræ fetus insant, in ista Spiritus fructus: illius mensæ cibi properant ad corruptionem, hujus dapes ad incorruptionem: illa præsentem vitam tuetur, ista nos ad futuram deducit. Hanc itaque vos instruxisse cum illa probe scio, non ex pedissequo vestro, nec ex famulo sciscitatus, sed ex nuntio his omnibus fideliori. Ex quonam tandem? Ex plausu nimirum, quo ea quæ dicta fuerant, et ex laude, qua doctrinam vobis traditam commendastis. Cum enim heri dixissem, quisque vestrum domum suam ecclesiam efficiat (a), magna voce acclamastis, ac voluptatis, qua vos illa verba perfuderat, significationem dedistis. Porro is qui cum voluptate quæ dicuntur audit, is se ad opera exhibenda paratum ostendit. Propterea pronptius hodie me ad docendum accinxit.

Quanta sit obligatio verbum divinum in opus redigere.

— Verum erigite nunc quoque mentes vestras: neque enim solum loquentem erecta mente oportet esse, verum etiam auditores attentos esse, eosque amplius quam oratorem. Nam nos quidem id unum studemus, et dominicam pecuniam collocemus: vos vero majorem laborem adhibetis, ut eam exceptam cum multa cautione servetis. Postquam igitur audieritis, æras otulis et vectes obdite, ac terribiles cogitationes undique animæ tamquam custodes quosdam apponite. Siquidem impediens est fur, et perpetuo vigilat, ac frequenter impetum facit: et quamvis sæpe aberrat, sæpe aggreditur. Adstent igitur custodes terribiles, et si diabolus viderint adventantem, et eorum quæ deposita sunt aliquid abripere parantem, magno cum clamore illum abigant: si sæculares sollicitudines invaserint, eas repellant: si oblivio ex naturæ infirmitate negotium facessat, exercitatione memoriam excitent. Neque enim mediocre periculum imminet, si pecunias dominicas perdideritis. Nam si illi qui acceptas pecunias disperserint, sæpe morte mulctantur: qui multo pretiosiora istis eloquia divina receperint, easque perdiderint, quo tandem supplicio non plecentur? Nam qui pecunias istas acceperint, reddendæ rationi sunt tantum obnoxii, quomodo eas custodierint, nec quid ultra requiritur. Quam multa enim receperint, tam multa illos plane reponere necesse est, neque quidquam amplius ab illis repositur: acceptis autem divinis eloquiis, non modo illorum custodias reddenda est ratio, sed multæ etiam negotiationis. Non enim ea solum reddere jubemur, quæ recepimus, sed et Domino duplicata offerre. Quamquam si ea custodire tantum jussum nobis

(a) Hoc dixit paulo ante finem præcedentis homiliæ.

ὁμονοίας; Εἶτα τί φησίν; Ἀντί τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ. Οὐκ εἶπεν ἀπλῶς, ἐνωθήσεται, ἀλλὰ, Κολληθήσεται, τὴν ἀκριβῆ συνάφειαν [675] δηλῶν. Καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ὁ τοσαῦτα οὐκ εἰδώς, εἰπέ μοι, οὐκ ἤδει τί μὲν καλόν, τί δὲ πονηρόν; Καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον; Εἰ γὰρ μὴ ἤδει τί μὲν καλόν, τί δὲ πονηρόν πρὸ τοῦ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἀλλὰ μετὰ τὴν βρώσιν ἐμαυθῆν, ἡ ἁμαρτία γέγονεν αὐτῷ σοφίας διδάσκαλος, καὶ ὁ θρῖς οὐκέτι ἀπατεῖν, ἀλλὰ σύμβουλος τῶν συμφερόντων κατέστη, ἐκ θηρίου ποιήσας αὐτὸν ἄνθρωπον. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο· οὐκ ἔστι ταῦτα οὕτως, οὐκ ἔστιν. Εἰ γὰρ μὴ ἤδει τί μὲν καλόν, τί δὲ πονηρόν, πῶς καὶ τὴν ἐντολὴν ἐλάμβανεν; Οὐδεὶς γὰρ δίδωσι νόμον τῷ μὴ εἰδῶτι, ὅτι κακὸν ἢ παράβασις· ὁ δὲ Θεὸς καὶ ἔδωκε, καὶ παραδάντα ἐκόλασεν, οὐκ ἂν ἀμφοτέρω ταῦτα ποιήσας, εἰ μὴ γνωστοῖον αὐτὸν ἐξ ἀρχῆς ἐποίησεν ἀρετῆς καὶ καλίας. Ὅρξ πῶς πάντοθεν ἡμῖν ἀποδέδεικται, ὅτι οὐ μετὰ τὴν βρώσιν τοῦ ξύλου τὸ καλὸν ἤδει καὶ τὸ πονηρόν, ἀλλὰ καὶ πρὸ τούτου ἠπίστατο;

Ταῦτα οὖν ἅπαντα, ἀγαπητοί, διακρατῶμεν, καὶ οἵκαδε ἀναχωρήσαντες διελθὼν παραθῶμεν τὴν τράπεζαν, τὴν τῶν σιτίων, καὶ τὴν τῆς ἀκροάσεως, καὶ λεγέτω μὲν ἀνὴρ τὰ εἰρημένα, μανθανέτω δὲ γυνή, ἀκούετω δὲ καὶ παιδία. μὴ ἀποστρεφείσθεσαν εἰς μὴδὲ οἰκείται τῆς ἀκροάσεως ταύτης. Ἐκκλησίαν ποιήσουσιν τὴν οἰκίαν· καὶ γὰρ καὶ ὑπεύθυνος εἰ καὶ τῆς τῶν παιδίων καὶ τῆς τῶν οἰκέτων σιωτηρίας· καὶ καθάπερ ἡμεῖς ὑπὲρ ὑμῶν ἀπαιτούμεθα λόγον, οὕτω καὶ ἕκαστος ὑμῶν καὶ ὑπὲρ οἰκέτου, καὶ ὑπὲρ γυναικός, καὶ ὑπὲρ παιδός ἀπαιτεῖται εὐθύνας. Ἀπὸ γούν τῶν τοιούτων διηγημάτων ἤδιστα διαδέχεται ἡμᾶς τὰ ὄνειρατα, καὶ φαντασίαις ἀπηλλαγμένα ἀπάτης· οἷα γὰρ μεθ' ἡμέραν ἡ ψυχὴ μελετῶν εἴθε, τοιαῦτα καὶ καθ' ὑπνοῦς φαντάζεται. Καὶ ἐν τῷ καθ' ἑκάστην ἡμέραν φυλάττωμεν λεγόμενα, οὐ πολλοῦ δεθησόμεθα πόνου· καὶ γὰρ σαφέστερος ὁ μετὰ ταῦτα λόγος ὑμῖν ἔσται, καὶ ἡμῖν προθυμότερα ἡ διδασκαλία. Ἴν' οὖν γένηται τι πλεον καὶ ἡμῖν καὶ ὑμῖν, ἡμῖν μὲν ἀπὸ τῆς διδασκαλίας, ὑμῖν δὲ ἀπὸ τῆς ἀκροάσεως, μετὰ τῆς σωματικῆς τραπέζης καὶ ἡ τράπεζα ὑμῖν παρατιθέσθω ἡ πνευματικῆ. Καὶ γὰρ ἀσφάλεια καὶ λόγος ἐκεῖνα ὑμῖν γενήσεται, καὶ τὰ τῆς παρουσίας ζωῆς πρὸς τὸ συμφέρον ὁ Θεὸς κατεύθυνε, καὶ ῥῆστα ὑμῖν ἔσται πάντα καὶ εὐκολα. Ζητεῖτε γὰρ, φησὶ, πρῶτον τὴν βασίλειαν τῶν οὐρανῶν, καὶ πάντα ταῦτα προστεθήσεται ὑμῖν. Ζητῶμεν οὖν ταύτην, ἀγαπητοί, ἵνα καὶ τῶν ἐνταῦθα καὶ τῶν ἐκεῖ ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλαθροπιά τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ δόξα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

[674] ΛΟΓΟΣ Ζ΄.

Διὰ τί ξύλον γνωστόν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται τὸ ξύλον, καὶ τί ποτέ ἐστι, Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.

α'. Πολλὰ παρεκάλεσα χθὲς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην μνησθῆναι τῶν εἰρημένων, καὶ διελθὼν ἐν ἐσπέρῃ παραθε-

ναι τὴν τράπεζαν, τὴν τῶν βρωμάτων, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν λόγων προστιθέντας ἐστίασιν. Τί οὖν; ἐποιήσατε τοῦτο, καὶ παρεθήκατε διελθὼν τὴν τράπεζαν; Οὐδα μὲν ἐποιήσατε, καὶ οὐκ ἐκείνης μόνον, ἀλλὰ καὶ ταύτης μετέσχετε. Οὐ γὰρ δὴ περὶ τὴν ἐλάττω σπουδάσαντες, τῆς βελτίονος ἐμέλλετε ἀμελεῖν. Καὶ γὰρ βελτίων ἐκείνης αὕτη. Τὴν μὲν γὰρ μαγεῖραν συνέθηκον χεῖρες, ταύτην δὲ προφητῶν παρεσκεύασαν γλῶσσαι· καὶ ἡ μὲν τὰ ἀπὸ τῆς γῆς ἔχει βλαστήματα, ἡ δὲ τὸν καρπὸν τὸν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος· καὶ ταύτης μὲν τῆς τραπέζης πρὸς φθορὰν ἐπιέγεται τὰ σιτία, τὰ δὲ ἐκείνης πρὸς ἀφθαρσίαν· καὶ αὕτη μὲν τὴν παρούσαν ἡμῶν συγκρατεῖ ζωὴν, ἐκείνη δὲ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἡμᾶς ὀδηγεῖ. Ὅτι μὲν οὖν παρεθήκατε μετ' ἐκείνης καὶ ταύτην, οἶδα, οὐκ ἀκόλουθον ὑμῶν ἐρωτήσας, οὐκ οἰκέτην, ἀλλὰ τὸν τούτων σαφέστερον ἄγγελον. Τίνα δὴ τούτων; Τὸν κρότον τῶν εἰρημένων, τὸν ἔπαινον τὸν ἐπὶ τῇ διδασκαλίᾳ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπον χθὲς, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν ποιήστω τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐκκλησίαν, μέγα ἀνακεκράγατε, δηλοῦντες τὴν ἡδονὴν τὴν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις. Ὁ δὲ μεθ' ἡδονῆς ἀκούων τῶν λεγομένων, οὗτος καὶ πρὸς τὴν τῶν ἔργων ἐπιδειξὶν παρεσκεύασται. Διὰ ταῦτα καὶ τήμερον προθυμότερον ἀπαδυσάμεν πρὸς τὴν διδασκαλίαν.

Ἀλλὰ διεγέρθητε καὶ νῦν. Οὐδὲ γὰρ τὸν λέγοντα διεγερμένον εἶναι χρὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀκούοντας ἐναγωνίους εἶναι χρὴ, καὶ τοὺς ἀκούοντας μᾶλλον, ἢ τὸν λέγοντα. Ἡμεῖς μὲν γὰρ μίαν ἔχομεν σπουδὴν, καταβαλεῖν τὰ δεσποτικά χρήματα· ὑμῖν δὲ πλείων ὁ πόνος, ὥστε καὶ ὑποδέχασθαι αὐτὰ, καὶ μετὰ πολλῆς τηρῆσαι τῆς ἀσφαλείας. Ἐπίθετε τίνιν μετὰ τὴν ἀκρόασιν τὰ κλειθρα ταῖς θύραις, τοὺς μοχλοῦς· καὶ λογισμοὺς τοὺς φοβεροὺς, καθάπερ τινὰς φύλακας, πανταχόθεν περιστήσατε τῇ ψυχῇ. Καὶ γὰρ ἀναλαχυντός ὁ κλέπτης ἐστὶ, καὶ διαπαντός ἀγρυπνεῖ, καὶ συνεχῶς ἐπιτίθεται, κἂν πολλάκις ἀποτύχη, πολλάκις ἐπιχειρεῖ. Ἔστωσαν τοίνυν φοβεροὶ οἱ φύλακες· κἂν ἴδωσι τὸν διάβολον ἐλθόντα καὶ βουλόμενον ἀρπάσαι τι τῶν καταβληθέντων, μετὰ πολλῆς αὐτὸν ἀπελαυνέτωσαν τῆς κραυγῆς· κἂν φροντίδες βιωτικαὶ ἐπίωσι, κωλυέτωσαν· κἂν λήθῃ παρὰ τῆς φύσεως διανοχλῆ, τῇ μελέτῃ τὴν μνήμην διεγερέτωσαν. Οὐ γὰρ ἐστὶ μικρὸς ὁ κίνδυνος, ἀπολέσαι χρήματα δεσποτικά. Εἰ γὰρ οἱ ταῦτα τὰ [675] χρήματα ὑποδεχόμενοι, ἐπειδὴν διασκορπίσωσι τὰ πιστευθέντα, θανάτῳ κολάζονται· πολλάκις· οἱ τὰ πολλῶν τιμώτερα τούτων ὑποδεχόμενοι λόγισ, εἶτα ἀπολέσαντες, ποῖαν οὐκ ὑποστήσονται τιμωρίαν; Ἐπὶ μὲν τούτων τῶν χρημάτων φυλακῆς εἰσὶν ὑπεύθυνοι μόνον οἱ δεχόμενοι, ἐτέρου δὲ οὐδενός. Ὅσα γὰρ ὑπεδέξαντο, τοσαῦτα αὐτοὺς καταεῖναι πάσα ἀνάγκη, καὶ πλεον οὐδὲς οὐδὲν ἀπατεῖται παρ' αὐτῶν· ἐπὶ δὲ τῶν τοῦ Θεοῦ λόγων οὐχὶ φυλακῆς ἔσμεν ὑπεύθυνοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐργασίας πολλῆς. Οὐδὲ γὰρ ἄπερ ἐδεξάμεθα μόνον ἀποδοῦναι κελεύμεθα, ἀλλὰ καὶ διὰ ταῦτα τῷ Θεσπότη προσενεγκεῖν. Καίτοι εἰ καὶ φέρεται προέκειτο μόνον, πολλῆς ἀγωνίας καὶ σπουδῆς;

α Reg. 2313 φυλάζει προσήκει μόνον.

ἔδειτο τὸ πρᾶγμα· ὅταν δὲ καὶ πλεονάσαι αὐτὰ προστάτῃ ἡμῖν ὁ Δεσπότης, ἐννόησον ὅσου πόνου καὶ φροντίδος ἡμῖν δεῖ τοῖς πιστευθεῖσι. Διὰ τοῦτο πιστευθεῖς τις πέντε τάλαντα, οὐχ ὅσα ἐνεπιστεύθη προσένεγκεν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα τοσαῦτα. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ τῆς τοῦ δεσπότητος φιλανθρωπίας ἦν· ἔδει δὲ καὶ τὴν οἰκίτην τὴν ἑαυτοῦ σπουδὴν ἐπιδείξασθαι. Ὁμοίως καὶ ὁ τὰ δύο τάλαντα πιστευθεὶς εἰργάσατο ἄλλα δύο, καὶ τούτου ἕνεκα ἠξιώθη τῆς αὐτῆς τιμῆς παρὰ τοῦ ἰδίου δεσπότητος. Ἄλλος δὲ τις πάλιν ἐν τάλαντον πιστευθεὶς καὶ προσενεγκὼν αὐτὸ ὅπερ ἐπιστεύθη, οὐ μειώσας, οὐκ ἐλαττώσας τὴν παρακαταθήκην, οὐκ ἐξ ἡμισείας ἀποδοῦς, ἐπειδὴ μὴ τὴν πραγματεῖαν ἀπεδείξατο, μηδὲ διπλοῦν προσένεγκε τὸ πιστευθὲν, τὴν ἐσχάτην ἔδωκε δίκην· καὶ μάλᾳ εἰκότως. Εἴ γὰρ ἐβουλόμην, φησὶν, αὐτὰ φυλάττεσθαι μόνον, καὶ ἄλλην μὴ γενέσθαι ἐμπορίαν ἐν αὐτοῖς, οὐκ ἂν αὐτὰ ταῖς τῶν δούλων ἔδωκα χερσί. Σὺ δὲ μοι θέα τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ δεσπότητος. Προσένεγκεν ὁ τὰ πέντε τάλαντα πιστευθεὶς ἄλλα πέντε, καὶ ὁ τὰ δύο, ἄλλα τοσαῦτα· καὶ τῶν αὐτῶν ἑκάτερος ἀπῆλυσεν ἀμοιβῶν. Ὡσπερ γὰρ ἐκεῖνοι εἶπεν· *Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἤς πιστός, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω*· οὕτω καὶ τῷ τὰ δύο προσενεγκόντι φησὶν, *Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἤς πιστός, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω*. Ἡ πρόσδοδος οὐχ ἡ αὐτῆ, καὶ ὁ μισθὸς ὁ αὐτός· οὕτω καὶ τοῦτον τῆς αὐτῆς ἠξίωσε τιμῆς. Τί δήποτε; Ὅτι οὐ τῇ ποσότητι τῶν προσενεχθέντων, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τῶν ἐργαζομένων προσείχεν ὁ Θεός. Ἐκείνων μὲν γὰρ ἕκαστος τὰ κατὰ δύναιμι ἐπέδειξατο· τὸν πλεονασμὸν δὲ τῶν προσενεχθέντων καὶ τὴν ἐλάττωσιν οὐχ ἡ βλάβη ἐκείνου, οὐδὲ ἡ σπουδὴ τοῦτου, ἀλλ' ἡ διαφορὰ τῆς παρακαταθήκης ἐποίησεν. Ἐκεῖνος πέντε ἔλαβε, καὶ πέντε ἄλλα προσένεγκεν· οὗτος δύο ἔλαβε, καὶ δύο προσένεγκε, καὶ κατ' οὐδὲν ἠλάττωται ἐν τῷ τῆς σπουδῆς λόγῳ. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος διπλᾶ, κακείνος διπλᾶ τὰ πιστευθέντα εἰργάσατο· ὁ δὲ ἐν λαθῶν ἀπλοῦν προσένεγκε· διὸ καὶ ἐκολάζετο.

β'. Ἦκούσατε τοίνυν πόση τιμωρία κείται τοῖς μὴ πραγματευομένοις περὶ τὰ χρήματα τὰ δεσποτικά; Οὐκοῦν καὶ φυλάξωμεν, καὶ πραγματυσώμεθα. [676] καὶ πολλὴν ἐπιδειξώμεθα περὶ αὐτὰ τὴν ἐμπορίαν. Μὴ λεγέτω τις· Ἰδιώτης εἰμί, μαθητῆς εἰμι, λόγον οὐκ ἔχω διδασκαλίας, ἀμαθὴς ὢν καὶ οὐδενὸς ἄξιος. Κἂν γὰρ ἰδιώτης ἦς, κἂν ἀμαθὴς, κἂν ἐν τάλαντον πιστευθῆς, ἐργάζου τὸ ἐγγχειρισθὲν, καὶ τὸν αὐτὸν τῷ διδάσκοντι λήψῃ μισθόν. Ἄλλ' ὅτι μὲν φυλάττετε τὰ εἰρημένα, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας κατέχετε, πάνυ πεπίστευκα· ἔνα δὲ μὴ εἰς τοῦτο τὸν λόγον ἅπαντα ἀναλώσωμεν, φέρε καὶ τὰ ἐξῆς τῶν χόδς ἡμῖν λεχθέντων προσθῶμεν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, τοῦτον τῆς φυλακῆς ὑμῖν ἀποδιδόντες τὸν μισθόν. Ὁ γὰρ τὰ πρότερα πιστευθεὶς καὶ τηρήσας, ἄξιός ἂν εἴη καὶ ἕτερα πάλιν λαβεῖν. Τί οὖν ἦν τὸ διήγημα τὸ χόδς ἡμῖν προσεθῆν; Περὶ τοῦ ξύλου ὁ λόγος ἦν, καὶ ἐδείξαμεν ὅτι ἦδει ὁ ἄνθρωπος τὸ καλὸν καὶ τὸ πονηρὸν, πρὶν ἢ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ πολλῆς σοφίας ἐπεπλήρωτο, ἀφ' ὧν ἐπέθηκε τὰ θνόματα τοῖς θηρίοις, ἀφ' ὧν ἐπέγνω τὴν γυναῖκα τὴν ἑαυτοῦ, ἀφ' ὧν εἶπε· *Τοῦτο γάρ ἐστὶν ἐκ τῶν*

*ὀστέων μου· ἀφ' ὧν περὶ τοῦ γάμου διελέχθη καὶ περὶ παιδοποιίας, καὶ συζυγίας καὶ πατρὸς καὶ μητρὸς, ἀφ' ὧν ἐντολὴν ἔλαβεν. Οὐδὲ γὰρ ἐντολὴν δίδασι τις καὶ νόμον τοῦ πρακτέου καὶ τοῦ μὴ πρακτέου τῷ τὸ καλὸν καὶ πονηρὸν ἀγνοοῦντι. Σήμερον ἀναγκαῖον εἶπεν, τίνος ἕνεκεν, εἰ μὴ παρὰ τοῦ ξύλου τὴν γνῶσιν ὁ ἄνθρωπος ἔλαβε, γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ τὸ ξύλον εἶρηται· οὐ γὰρ μικρὸν τὸ μαθεῖν, διὰ τί ταύτην τὴν προσηγορίαν ἔχει καὶ ξύλον. Καὶ γὰρ ὁ διάβολος εἶπεν· *Ἡ ἂν ἡμέρα φάγητε ἀπὸ τοῦ ξύλου, διαποικηθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοί, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοί, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρὸν.* Πῶς οὖν σὺ λέγεις, φησὶν, ὅτι οὐκ ἐνέθηκε γνῶσιν καλοῦ καὶ πονηροῦ; Τίς γὰρ, εἶπέ μοι, ἐνέθηκεν; Ἄρα ὁ διάβολος; Ναί, φησὶν, εἰπὼν· *Ἔσεσθε ὡς θεοί, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρὸν.* Εἶτα τοῦ ἐχθροῦ μοι φέρετε τὴν μαρτυρίαν καὶ τοῦ ἐπιθούλου; Καίτοι οὗτος εἶπεν, ὅτι Καὶ θεοὶ ἔσεσθε· ἄρα οὖν καὶ θεοὶ ἐγένοντο; Ὡσπερ οὖν οὐκ ἐγένοντο θεοί, οὕτως οὔτε γνῶσιν καλοῦ καὶ πονηροῦ τότε ἔλαβον. Ψευστῆς γὰρ ἐστὶν ἐκεῖνος, καὶ οὐδὲν ἀληθὲς φθέγγεται. Ἐν γὰρ τῇ ἀληθείᾳ, φησὶν, οὐχ ἔσθηκε.*

Μὴ δὲ τοῦ ἐχθροῦ παραγάγωμεν τὴν μαρτυρίαν, ἀλλ' ἰδῶμεν ἀπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, τίνος ἕνεκεν, γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται τὸ ξύλον. Καὶ πρότερον, εἰ δοκεῖ, τί ποτέ ἐστι καλὸν καὶ πονηρὸν ἐπισκεψώμεθα. Τί οὖν ἐστὶ καλόν; Ἡ ὑπακοή. Τί δὲ πονηρὸν; Ἡ παρακοή. Καὶ τέως ἡμῖν, ἵνα μὴ πλανώμεθα περὶ τὴν φύσιν τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ πονηροῦ, ἀπὸ τῶν Γραφῶν ταῦτα διακριθούσθω. Ὅτι γὰρ τοῦτό ἐστι τὸ καλὸν καὶ πονηρὸν, ἄκουσον τί φησὶν ὁ προφήτης· *Τὶ καλόν, καὶ τί Κίριος ὁ Θεός ἐκζητεῖ παρὰ σοῦ; Εἰπέ τί καλόν.* Ἀγαπᾶν Κύριον τὸν Θεόν σου. Ὁρᾷς ὅτι ἡ ὑπακοή καλόν; ἐκ γὰρ τῆς ἀγάπης ἡ ὑπακοή. Καὶ πάλιν· [677] *Δύο πονηρὰ, φησὶν, ἐποίησεν ὁ λαός μου οὗτος· ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνησονται ὕδωρ συνέχειν.* Ὁρᾷς ὅτι πονηρὸν ἡ παρακοή καὶ ἡ ἐγκατάλειψις; Τέως οὖν τοῦτο τηρῶμεν, ὅτι καλὸν ἡ ὑπακοή, καὶ πονηρὸν ἡ παρακοή, καὶ οὕτως εἰσώμεθα κἀκεῖνον. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτο γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται τὸ ξύλον, ἐπειδὴ ἡ ἐντολή, ἡ γυμνάσουσα τὴν ὑπακοὴν καὶ τὴν παρακοὴν, περὶ τὸ ξύλον ἐγένετο. Ἦδει μὲν γὰρ καὶ πρὸ τούτου ὁ Ἀδᾶμ, ὅτι καλὸν μὲν ἡ ὑπακοή, πονηρὸν δὲ ἡ παρακοή· ἔμαθε δὲ ὕστερον σαφέστερον δι' αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς πείρας. Ὡσπερ γὰρ καὶ ὁ Κάιν ἦδει μὲν ὅτι κακὸν ἡ ἀδελφοκτονία καὶ πρὶν ἢ σφάζει τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· ὅτι γὰρ ἦδει πονηρὸν ἔν τῷ πρᾶγμα, ἀκουσόν τί φησι· *Δεῖρο, ἐξέλωμεν εἰς τὸ πεδίον.* Καίτοι τίνος ἕνεκεν ἔλκεις εἰς τὸ πεδίον ἀπὸ τῶν πατρικῶν ἀποσπάσας ἄγκλων τὸν ἀδελφόν; τί δὲ καθιστᾷς ἐν ἐρημίᾳ; τί δὲ γυμνὸν ποιεῖς τῆς κηδεμονίας; τί πόρρω τῆς πατρικῆς ἀπάγεις ὕψους; τί διακρύπτεις τὴν τολμάν, εἰ μὴ δέδοικας τὴν ἀμαρτίαν; τί δὲ καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι τὸ φόνον, πάλιν ἐρωτώμενος δυσχεραίνεις καὶ ψεύδῃ; Τοῦ

esset, multa sollicitudine ac studio res indigeret: cum vero ut etiam multiplicentur, nobis Dominus imperarit, cogita quantum laboris et curæ sit a nobis, quibus ea commissa sunt, conferendum. Ideo quidam, cui commissa fuerant talenta quinque (*Matth. 25. 14. sqq.*), non totidem obtulit, sed duplicata. Nam illa quidem, benignitatis erant domini: sed oportuit etiam servum suam exhibere diligentiam. Similiter et is cui duo talenta credita fuerant, alia duo lucratus est, atque idcirco pari eum dominus honore dignatus est. Alius vero rursus cui talentum unum creditum fuerat, et illud ipsum obtulerat, quod creditum erat, qui non imminuerat, non deterius reddiderat illud depositum, neque dimidiatum tantum reddiderat: quia quæstum non fecerat, neque duplicatum obtulerat, quod creditum fuerat, extremo supplicio punitus fuit; ac merito sane. Nam si ea custodiri tantum voluissem, inquit, nec aliud lucrum ex istis acquiri, non illa servorum manibus tradidissem. Tu vero domini benignitatem considera. Is cui talenta quinque commissa fuerant, obtulit alia quinque, et is cui duo, ætera tanta, et eadem uterque præmia retulit. Ut enim illi dixit: *Euge, serve bone ac fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam* (*Ibid. v. 21*): sic etiam illi qui duo obtulerat, inquit, *Euge, serve bone ac fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam* (*Ibid. v. 23*). Proventus haud idem est, et merces est eadem: sic et hunc eodem honore dignatus est. Quid ita? Quoniam non eorum quæ oblata sunt quantitatem, sed eorum virtutem, qui negotiati fuerant, attendebat Deus. Nam uterque pro virili quæ suarum partium erant præstitit: res autem oblatae non multiplicatae fuerant aut imminutæ vel ob illius ignaviam, vel ob diligentiam istius, sed pro depositi diversitate. Ille quinque accepit, et obtulit alia quinque; hic accepit duo, et obtulit duo, neque quod ad studium atinet, inferior exstitit. Siquidem et hic duplicia, et ille duplicia lucratus est credita: is vero qui unum acceperat, simplex illud obtulit; quam ob causam est etiam castigatus.

2. Audistis ergo quantum illos maneat supplicium, qui ex dominicis pecuniis negotiati non fuerint. Ergo et custodiamus, et negotiemur, et multum ex illis lucrum exhibeamus. Neque dicat aliquis: Idiota sum, discipulus sum, verbum doctrinæ non habeo, cum imperitus sim et nullius pretii. Tametsi enim idiota sis, licet discipulus, licet unum tibi talentum sit creditum, negotiare ex eo quod tibi commissum est, et eandem cum doctore mercedem accipies. Ac vos quidem ea quæ dicta sunt custodire et exacte memoria tenere omnino credo: sed ne in hoc totam orationem impendamus, age quæ sequuntur ea quæ dicta sunt a nobis heri apud caritatem vestram, adjungamus, et hanc vobis custodiæ mercedem persolvamus. Quod enim priora sibi credita conservavit, dignus est qui alia rursus accipiat. Quænam igitur heri proposita est a nobis narratio? De ligno sermo erat, et ostendimus hominem, antequam de ligno ederet, boni ac mali cognitionem habuisse, multa que repletum sapientia

fuisse, ex eo quod nomina bestiis imposuerit, quod uxorem suam agnovit, quod dixerit: *Hoc nunc os ex ossibus meis* (*Gen. 2. 23*); quod de nuptiis disseruerit, de præcreatione liberorum, de conjugali conjunctione et de patre ac matre; quod mandatum acceperit. Neque enim mandatum dat quinquam ac legem de rebus gerendis aut non gerendis ei, qui bonum ac malum ignoret. Hodie dicere operæ fuerit pretium, quam ob causam, si a ligno scientiam homo non accepit, lignum scientiæ boni ac mali fuerit appellatum (*Ibid. v. 9*): neque enim levis momenti fuerit didicisse, cur hæc appellatio ligno sit indita. Nam et diabolus dixit: *Qua die manducaveritis de eo, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum* (*Ibid. 3. 5*). Quomodo igitur, inquit, tu dicis scientiam non inseruisse boni ac mali? Quis vero, quæso, inseruit? num diabolus? Corte, inquit, cum dixerit, *Eritis sicut dii, scientes bonum et malum*. Tu tu igitur testimonium mihi hostis affers et insidiatoris? Atqui dixit hic quoque, *Eritis etiam dii*: num igitur dii sunt facti? Ut igitur dii facti non sunt, sic neque scientiam boni ac mali tum acceperunt. Mendax enim est ille, nihilque verum proloquitur: nam *In veritate, inquit, non stetit* (*Joan. 8. 44*).

Cur lignum scientiæ boni ac mali sic vocatum fuerit. — Ne igitur inimici testimonium producamus, sed ex ipsis rebus colligamus, qua de causa lignum scientiæ boni ac mali vocetur. Ac prius, si videtur, quid sit bonum ac malum consideremus. Quid ergo bonum est? Obedientia. Quid malum? Inobedientia. Ac tantisper a nobis hæc ex ipsis Scripturis exacte examinentur, ne forte, dum boni ac mali naturam inquiremus, aberremus. Hoc enim esse bonum ac malum, audi quo pacto doceat propheta cum dicit: *Quid bonum, et quid Dominus Deus requirit a te? Dic quid sit bonum. Ut diligas Dominum Deum tuum* (*Mich. 6. 8*). Vides bonum esse obedientiam? siquidem ex dilectione oritur obedientia. Et rursus: *Duo mala fecit populus meus hic: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et sederunt sibi cisternas contritas, quæ non poterunt continere aquam* (*Jer. 2. 13*). Vides inobedientiam et derelictionem malum esse? Hoc igitur interim teneamus, obedientiam bonum esse, atque inobedientiam malum, et sic illud etiam cognoscemus. Nam idcirco lignum scientiæ boni ac mali vocatur, quod mandatum de ligno traditum fuerit, cujus occasione vel inobedientia vel obedientia exercetur. Nam antea sciebat Adamus obedientiam bonum esse, inobedientiam autem malum: manifestius autem postea ex ipsa rerum experientia didicit. Sicut etiam eadem fraternam malum esse noverat Cain, vel antequam fratrem suum occideret: ut enim intelligas eum scivisse malam rem fuisse, audi quid dicat: *Veni, exeamus in campum* (*Gen. 4. 8*). Verum qua de causa fratrem a patris ulnis avulsum in campum trahis? cur in deserto constituis? cur auxilio destitutum reddis? cur longe a paterno conspectu abducis? cur audax facinus occultas, si peccatum non reformidas? cur autem et post eadem perpetratum rursus interrogatus in-

gnaris ac mentiris? Cum enim dixisset Deus, *Ubi est Abel frater tuus?* respondisti: *Numquid custos fratris mei sum ego* (Gen. 4. 9)? Ex quo liquet, eum cum id probe nosset, ad hoc facinus prorupisse. Ut igitur iste noverat, antequam experiretur, eadem esse rem malam; postea vero didicit etiam manifestius, cum pœnam sustinuit audivitque, *Gemens ac tremens eris super terram* (Ibid. v. 12): sic et istius pater, antequam ederet, boni ac mali cognitione pollebat, tamen si non ita evidenti, ac cum de ligno comedisset. Dileam apertius.

Mala melius novimus, postquam ea perpetravimus. — Mala scimus omnes, etiam antequam illa perpetravimus; manifestius vero ea discimus, postquam illa perpetravimus, ac multo etiam manifestius, cum punimur. Sic etiam Cain sciebat quidem antea eadem fraternam malum esse: postea vero didicit evidenti, cum supplicio mulctatus est: nos enim quoque sanitatem rem bonam esse novimus, et aegritudinem rem molestam, antequam illud experiamur: multo vero certius, cum in morbum incidimus, utriusque rei discrimen agnoscimus.

3. Eadem nimirum ratione noverat etiam Adamus obedientiam rem bonam esse, inobedientiam vero malam: deinceps vero didicit evidenti, cum ligno gustato e paradiso ejectus est, et ab illa excidit felicitate. Cum igitur in pœnam incurreret, quod, Deo ventante, lignum degustavit, manifestius eum per experientiam pœna docuit, Deo non obtemperare malum, ac obtemperare bonum esse: propterea lignum scientiæ boni ac mali vocatur. Et qua de causa, si non ipsa ligni natura scientiam habuit boni et mali, sed ex ipsa pœna propter inobedientiam ob degustatum lignum illata manifestius hoc didicit homo, lignum scientiæ boni ac mali vocatur? Quod nimirum hic Scripturæ mos sit, ubi res quæpiam in locis aut temporibus quibusdam acciderit, a rebus illis et loca et tempora vocare. Sed ut clarius quod dico fiat, illud exemplo vobis illustrabo. Puteos aliquando fodit Isaac: hos autem puteos vicini destruere cum aggressi essent, inde simultas quædam est orta, et vocavit puteum Inimicitias: non quod puteus inimicitias exerceat, sed quod circa illum inimicitiae exortæ essent (Gen. 26. 21). Sic et lignum scientiæ boni et mali vocatur, non quod ipsum scientia polleret, sed quod circa illud facta esset scientiæ boni ac mali declaratio. Rursus puteum fodit Abraham, insidias paravit Abimelech: convenerunt, inimicitias deposuerunt, ac præstito mutuo juramento puteum illum Juramenti puteum appellarunt (Ibid. 24. 31. 32); non quod jurasset puteus, sed quod circa puteum juramentum præstitum esset. Vides loca non fieri causas rerum, licet a rebus nomen accipiant? Siquidem valde necessarium est, ut adhibeantur exempla, quo manifestiora fiant quæ dicimus. Rursus occurrentes sibi angelos vidit Jacob et castra Dei, tum appellavit locum Castra (Ibid. 32. 2). Tametsi locus castra non esset, nihilominus Castra vocatus est locus, quia illic castra viderat. Vides ut ab eventu rei, quæ in loco accide-

rat, locum appellavit? Sic etiam lignum scientiæ boni ac mali vocatur, non quod ipsum boni malique scientia polleret, sed quod scientiæ boni ac mali facta fuerit circa illud demonstratio, et inobedientiæ atque obedientiæ exercitatio. Rursus Deum vidit Jacob, quantum fieri potest, ut ab homine videatur, et vocavit nomen loci illius *Species Dei*. Quare? *Quia vidi Deum* (Gen. 32. 30), inquit. Quamquam non locus Dei species erat, sed a re quæ evenerat in loco, nata est appellatio. Vides quam multis ex locis morem esse Scripturæ demonstraverimus, ut a rebus quæ acciderint nomina locis imponat? Id ipsum quoque in temporibus agere consuevit. Sed ne tardio vos afficiamus, agere sermonem a tristioribus ad jucundiora transferamus. Etenim jam defatigata est mens vestra subtilioribus sententiis immorata: quapropter operæ pretium fuerit illam revertere ac simplicioribus tactioribusque sententiis illam pasce.

De bonis agit per crucem invecitis. Eatro cur in paradysum introductus. — Ad salutare igitur lignum crucis redeamus. Hoc enim omnia mala sustulit, quæ illud invexerat: vel potius non illud mala invexerat, sed homo ipse cuncta, quæ deinde Christus plane sustulit, atque illis ampliora multa bona invexit. Ob hoc ipsum ait Paulus: *Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia* (Rom. 5. 20); hoc est, majus est donum quam peccatum. Idcirco rursus ait: *Non sicut delictum, ita et donum* (Rom. 5. 15): non quantum peccavit homo, tantum donavit Deus: non quanta jactura, tantus est quæstus: non quantum naufragium, tanta etiam negotiatio fuit: sed plura bona fuerunt quam mala; et merito. Siquidem mala servus invexit, et minora erant: bona vero largitus est Dominus, quocirca fuerunt et plura: propterea dicit: *Non sicut delictum, ita et donum*. Deinde discrimen adjungit: *Nam judicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in justificationem*. Obscurius est, quod diximus: itaque necesse est, ut expositionem adiungamus. *Nam judicium quidem*, hoc est pœna, supplicium, mors; *Ex uno*, scilicet peccato: si quidem unum peccatum tantum malum invexit; gratia vero non illud solum peccatum, sed et alia multa sustulit. Idcirco dicit: *Gratia autem ex multis delictis in justificationem*. Propterea Joannes etiam Baptista clamabat: *Ecce agnus Dei*, non, qui tollit peccatum Adam, sed, *Qui tollit peccatum mundi* (Joan. 1. 29). Vidisti, quo pacto non sicut delictum, ita et gratia, sed plura lignum hoc invexit bona, quam a principio fuerint invecita mala?

4. Hæc autem a me dicta sunt, ne a primis illis parentibus damno te affectum arbitreris. Diabolus Adam eiecit, latronem Christus introduxit. Ac discrepantiam vide. Ille hominem nullo infectum peccato, sed sola inobedientiæ macula, eiecit: Christus latronem innumera peccatorum genera gestantem in paradysum introduxit. An igitur hoc tantum est admirabile, quod latronem in paradysum introduxit, aliud vero nihil? Potest et aliud majus dici. Non enim solum introduxit latronem, sed et ante mundum uni-

γάρ Θεοῦ εἰπόντος· *Ποῦ Ἄδελ, ὁ ἀδελφός σου*; εἶπαξ· *Μὴ φύλαξ εἰμι τοῦ ἀδελφοῦ μου ἐγώ*; Ὅθεν δῆλον ὅτι σαφῶς εἰδὼς ἦλθεν ἐπὶ τὴν ἐργασίαν ταύτην. Ὡσπερ οὖν οὗτος ἦδει μὲν καὶ πρὸ τῆς πείρας ὅτι κακὸν ὁ φόνος, ἔμαθε δὲ σαφέστερον καὶ μετὰ ταῦτα, ὅτε τὴν τιμωρίαν ἐδέξατο, καὶ ἤκουσε· *Στένων καὶ τρέμων ἔσθ' ἐπὶ τῆς γῆς*· οὕτω καὶ ὁ πατήρ τοῦτο εἶχε τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ κακοῦ καὶ πρὸ τοῦ φαγεῖν τὴν γνῶσιν, εἰ καὶ μὴ οὕτω σαφῆ, ὡς μετὰ τὴν τοῦ ξύλου βρῶσιν. Τί λέγω;

Τὰ γὰρ κακὰ πάντες οἶδαμεν καὶ πρὶν ἢ πρᾶξαι, σαφέστερον δὲ μανθάνομεν μετὰ τὸ πρᾶξαι· πολλῶν δὲ σαφέστερον, ὅταν κολαζώμεθα. Οὕτω καὶ ὁ ΚΑΪν ἦδει μὲν ὅτι κακὸν ἡ ἀδελφοκτονία καὶ πρὸ τούτου· ἔμαθε δὲ ὕστερον διὰ τῆς κολάσεως σαφέστερον· ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς οἶδαμεν ὅτι καλὸν ἡ ὑγίεια, καὶ φορτικὸν ἡ νόσος καὶ πρὸ τῆς πείρας· πολλῶν δὲ μᾶλλον, ὅταν εἰς τὴν νόσον ἐμπέσωμεν, ἀμφοτέρων τῆν διαφορὰν γινώσκουμεν.

γ'. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ Ἀδὰμ ἦδει μὲν ὅτι καλὸν ἡ ὑπακοή, καὶ κακὸν ἡ παρακοή· ὕστερον δὲ σαφέστερον ἔμαθεν, ὅτε τοῦ ξύλου γευσάμενος ἐξεβλήθη τοῦ παραδείσου, καὶ τῆς μακαριότητος ἐκείνης ἐξέπεσεν. Ἐπεὶ οὖν εἰς τιμωρίαν ἐνέπεσεν, ὅτι, τοῦ Θεοῦ κωλύσαντος, ἐλάττωτο τοῦ ξύλου, ἡ τιμωρία αὐτὸν σαφέστερον ἐπαίδευσεν διὰ τῆς πείρας, ὅσον κακὸν Θεοῦ παρακούειν, καὶ ὅσον ὑπακούειν καλόν· διὰ τοῦτο γνωστὴν καλοῦ καὶ πονηροῦ τὸ ξύλον καλεῖται. Καὶ τίνας ἐνεκεν, εἰ μὴ αὐτῆ ἡ φύσις τοῦ ξύλου τὴν γνῶσιν εἶχε τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ πονηροῦ, ἀλλ' ἐκ τῆς τιμωρίας τῆς διὰ τὴν παρακοὴν τὴν ἐπὶ τῷ ξύλῳ σαφέστερον τοῦτο ἔμαθεν ὁ ἀνθρώπος, γνωστὴν καλοῦ καὶ πονηροῦ τὸ ξύλον καλεῖται; Ὅτι ἔθοσ τῆ Γραφῆ τοῦτο, ἐπειδὴν τὸ πρᾶγμα γένηται, ἢ ἐν τόποις. [678] ἢ ἐν καιροῖς, ἀπὸ τῶν πραγμάτων καλεῖν καὶ τοὺς τόπους καὶ τοὺς καιροὺς. Καὶ ἵνα σαφέστερον γένηται τὸ λεγόμενον, ἐπὶ ὑποδείγματός ὡς τοῦ ποιήσαν φανερόν. Ὁ Ἰσαάκ ποτε φρέατα ὠρυξε· ταῦτα τὰ φρέατα ἐπεχειρήσαν οἱ γείτονες διαφθεῖραι· ἐντεῦθεν ἐγένετό τις ἀπέχθεια, καὶ ἐκάλεσε τὸ φρέαρ Ἐχθραν· οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸ τὸ φρέαρ ἤχθρανεν, ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ αὐτὸ ἔχθρα γέγονεν. Οὕτω καὶ τὸ ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται, οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸ εἶχε γνῶσιν, ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ αὐτὸ ἐγένετο ὁ ἔλεγχος τῆς γνώσεως τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ πονηροῦ. Πάλιν ὠρυξε φρέαρ ὁ Ἀβραάμ, ἐπεβούλευσεν ὁ Ἀδιμέλεχ· συνῆλθον, κατέλυσαν τὴν ἔχθραν, καὶ ὄρκους δόντες ἀλλήλοις, ἐκάλεσαν τὸ φρέαρ ἐκεῖνο φρέαρ ὄρκου· οὐκ ἐπειδὴ τὸ φρέαρ ὤμοσεν, ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ τὸ φρέαρ ὁ ὄρκος ἐγένετο. Ὅρξ πῶς οὐχὶ τῶν πραγμάτων οἱ τόποι αἵτιοι γίνονται, εἰ καὶ τῶν πραγμάτων λαμβάνουσι τὰ ὀνόματα; Καὶ γὰρ πολλὴ ἀνάγκη παραγαγεῖν παραδείγματα, ὥστε σαφέστερον γενέσθαι τὸ λεγόμενον. Πάλιν εἶδεν ὁ Ἰακώβ ἀγγέλους ἀπαντήσαντας αὐτῷ καὶ παρεμβολῆ Θεοῦ, καὶ ἐκάλεσε τὸν τόπον Παρεμβολὴν. Καίτοι, οὐχ ὁ τόπος ἦν ἡ παρεμβολή, ἀλλ' ὁμοῦς ἐκλήθη ὁ τόπος Παρεμβολή, ἐπειδὴ ἐκεῖ εἶδε τὴν παρεμβολήν. Ὅρξ πῶς ἀπὸ τοῦ πράγματος τοῦ συμβάντος ἐν τῷ τόπῳ τὸν τόπον ὀνόμασεν; Οὕτω καὶ τὸ ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται, οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸ εἶχε γνῶσιν καλοῦ καὶ πονηροῦ, ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ αὐτὸ ἐγένετο ἡ ἀπόδειξις τῆς γνώσεως τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ πονηροῦ, καὶ ἡ γυμνασία τῆς παρακοῆς καὶ τῆς ὑπακοῆς. Πά-

λιν εἶδε τὸν Θεὸν ὁ Ἰακώβ, ὡς ἰδεῖν ἀνθρώπῳ δυνατὸν ἦν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνυμα τοῦ τόπου ἐκεῖνου *Εἶδος Θεοῦ*. Διὰ τί· Ὅτι εἶδον τὸν Θεόν, φησί. Καὶ μὴ οὐχ ὁ τόπος εἶδος Θεοῦ ἦν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πράγματος τοῦ συμβάντος ἐν τῷ τόπῳ ἡ προσηγορία γέγονεν. Ὅρξ διὰ πῶσον ἀποδεδείχεται, ὅτι ἔθος τῆ Γραφῆ ἀπὸ τῶν πραγμάτων τῶν συμβαινόντων ἐν τοῖς τόποις αὐτοὺς τοὺς τόπους καλεῖν; Ἴδ' αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ καιρῶν ποιεῖν ἐβωθεν. Ἄλλ' ἵνα μὴ κατατείνωμεν ἡμᾶς, φέρε μεταγὰγωμεν τὸν λόγον ἀπὸ τῶν σκυθρωποτέρων ἐπὶ τὰ χαϊρότερα. Καὶ γὰρ ἔκαμεν ὑμῶν ἡ διάνοια τοῖς λεπτοτέροις νοήμασιν ἐνδιατριβουσα· διόπερ αὐτὴν ἀναπαῦσαι καλόν, τοῖς ἀφελεστέροις καὶ φαιδροτέροις διαιτῶντας νοήμασιν.

Ἐπανίωμεν τοίνυν ἐπὶ τὸ σωτήριον τοῦ σταυροῦ ξύλου. Τοῦτο γὰρ, τοῦτο πάντα ἀνέλυσε τὰ δεινὰ, ὅσα ἐκεῖνο εἰσήγαγε· μᾶλλον δὲ οὐκ ἐκεῖνο εἰσήγαγε τὰ δεινὰ, ἀλλ' ὁ ἀνθρώπος ἅπαντα, ἅπερ μετὰ πολλῆς ὕστερον ἀνέλυσε τῆς περιουσίας ὁ Χριστός, πολλῶν μείζονα αὐτῶν εἰσαγαγὼν ἀγαθὰ. Δι' αὐτὸ τοῦτο ὁ Παῦλος φησιν· Ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἀμαρτία, ὑπερπερίσσευσεν ἡ χάρις· τουτέστι, μείζον τὸ δῶρον τοῦ ἀμαρτήματος. Διὰ τοῦτο πάλιν φησὶν· Οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα· οὐχ ὅσον ἡμαρτεν ὁ ἀνθρώπος, τοσοῦτον ἐχαρίσατο ὁ Θεός· οὐχ ὅση ἡ ζημία, τοσαύτη [679] καὶ ἡ πραγματεία· οὐχ ὅσον τὸ ναυάγιον, τοσαύτη καὶ ἡ ἐμπορία· ἀλλὰ πλείω τὰ ἀγαθὰ τῶν κακῶν· καὶ εἰκότως. Τὰ μὲν γὰρ κακὰ δοῦλος εἰσήγαγε, καὶ ἐλάττωσα ἦν· τὰ δὲ ἀγαθὰ Δεσπότης ἐχαρίσατο, διὰ καὶ πλείονα ἦν. Διὰ τοῦτο φησιν· Οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα. Εἶτα ἐπάγει καὶ τὴν διαφορὰν· Τὸ μὲν γὰρ κρῖμα ἐξ ἐνός εἰς κατάκριμα, τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα. Ἀσαφέστερον τὸ εἰρημένον· οὐκοῦν ἀνάγκη τὴν λύσιν ἐπαγαγεῖν. Τὸ μὲν γὰρ κρῖμα, τουτέστιν ἡ κολάσις, ἡ τιμωρία, ὁ θάνατος· Ἐξ ἐνός, τουτέστιν ἀμαρτήματος· Μία γὰρ, φησὶν, ἀμαρτία τοσοῦτον εἰσήγαγε κακόν· τὸ δὲ χάρισμα οὐκ ἐκείνην μόνην τὴν ἀμαρτίαν ἔλυσεν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας πολλὰς. Διὰ τοῦτο λέγει· Τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Ἰωάννης ὁ βαπτιστῆς ἐβόα· Ἴδε ὁ ἀμνός τοῦ Θεοῦ, οὐχί, ὁ αἴρων τὴν ἀμαρτίαν τοῦ Ἀδὰμ, ἀλλ', Ὁ αἴρων τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου. Εἶδες πῶς οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα, ἀλλὰ πλείονα εἰσήγαγε τοῦτο τὸ ξύλον ἀγαθὰ τῶν παρὰ τὴν ἀρχὴν εἰσενεχθέντων κακῶν;

δ'. Ταῦτα δὲ εἶπον, ἵνα μὴ νομίση ἐπηρεάζεσθαι σε παρὰ τῶν πρώτων. Ἐξέβαλεν ὁ διάβολος τὸν Ἀδὰμ, εἰσήγαγε τὸν ληστὴν ὁ Χριστός. Καὶ σκόπει τὸ διάφορον. Ἐκεῖνος οὐκ ἔχοντα ἀμαρτίαν τὸν ἀνθρώπον, ἀλλὰ μίαν κηλίδα παρακοῆς, ἐξέβαλεν· ὁ Χριστός ληστὴν μυρία φορτία ἀμαρτημάτων βαστάζοντα οὕτως εἰσήγαγεν εἰς τὸν παράδεισον. Ἄρ' οὖν τοῦτο μόνον τὸ θαυμά ἐστιν, ὅτι ληστὴν εἰσήγαγεν εἰς παράδεισον, ἄλλο δὲ οὐδέν; Ἔστι καὶ ἄλλο μείζον εἰπεῖν. Οὐ γὰρ ληστὴν εἰσήγαγε μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς οἰκουμένης ἀπάσης, καὶ πρὸ τῶν ἀποστόλων· ἵνα μηδεὶς τῶν

μετὰ ταῦτα ἀπογῶν τὴν εἰσοδὸν, μὴδ' ἀπελπίσῃ τὴν σωτηρίαν τὴν αὐτοῦ, τὸν μυρίων γέμοντα κακῶν ἐν ταῖς βασιλικαῖς αὐλαῖς στρεφόμενον ὄρων· Ἄλλ' ἴδωμεν, μὴ πόνους ἐπεδείξατο καὶ καταρθώματα καὶ καρπούς ὁ ληστής. Οὐδὲ τοῦτο ἔστιν εἰπεῖν, ἀλλ' ἀπὸ ψιλοῦ ῥήματος, ἀπὸ πίστεως μόνης πρὸ τῶν ἀποστόλων εἰσεπήδησεν εἰς τὸν παράδεισον, ἵνα μάθῃς ὅτι οὐχ ἡ ἐκείνου εὐγνωμοσύνη τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὅσον τοῦ Δεσπότου ἡ φιλανθρωπία τὸ πᾶν ἐποίησε. Τί γὰρ εἶπεν ὁ ληστής; τί δὲ ἔπραξεν; ἐνήστευσεν; ἐδάκρυσεν; περιεσχίσαστο; μετάνοιαν ἐπεδείξατο ἐν πολλῷ τῷ χρόνῳ; Οὐδαμῶς· ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ μετὰ τὴν ἀπόφασιν σωτηρίας ἔτυχε. Ὅρα τάχος· ἀπὸ σταυροῦ εἰς οὐρανόν, ἀπὸ καταβίχης εἰς σωτηρίαν. Τίνα ἔστιν ἄρα ἐκεῖνα τὰ ῥήματα; πόσῃν ἔχει τὴν δύναμιν, ὅτι τοσαῦτα τοῦτῳ ἐκόμισεν ἀγαθὰ; *Μνήσθητί μου*, φησὶν, *ἐν τῇ βασιλείᾳ σου*. Καὶ τί τοῦτο; Ἥτις λαβεῖν ἀγαθὰ, οὐ σπουδὴν τὴν δι' ἔργων ἐπεδείξατο· ἀλλ' ὁ τὴν καρδίαν αὐτοῦ εἰδώς, οὐ τοῖς ῥήμασι προσέσχεν, ἀλλὰ τῇ διαθέσει τῆς διανοίας. Οἱ μὲν γὰρ προφητικῶν ἀπολαύσαντες διδαγμάτων, οἱ τὰ σημεῖα ἰδόντες, οἱ τὰ θαύματα θεασάμενοι, ἔλεγον περὶ τοῦ Χριστοῦ, [680] ὅτι *Δαιμόνιον ἔχει*, καὶ, *Πλῶντὸν τὸν δυχλον*· ὁ δὲ ληστής μὴ προφητῶν ἀκούσας, μὴ θαύματα ἰδὼν, ἰδὼν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ προσηλωμένον, οὐ προσέσχε τῇ ἀτιμίᾳ, οὐκ εἶδε τὴν ἀδοξίαν, ἀλλ' εἰς τὴν θεότητα αὐτῆν ἰδὼν, *Μνήσθητί μου*, φησὶν, *ἐν τῇ βασιλείᾳ σου*. Καινὸν τοῦτο καὶ παράδοξον. Σταυρὸν ὄραξ, καὶ βασιλείας μέμνησαι; Τί βασιλείας; ἀξίον εἶδες; Ἔσταυρωμένον ἄνθρωπον, ραπίζόμενον, χλευαζόμενον, κατηγορούμενον, ἐμπτύμενον, μαστιζόμενον· ταῦτα οὖν βασιλείας ἀξία, εἰπέ μοι; Ὅραξ ὅτι τοῖς τῆς πίστεως ἔδωκεν ὀφθαλμοῖς, καὶ οὐ τὰ φαινόμενα ἐξήταξ; Διὸ τοῦτο οὐτε ὁ Θεὸς τὰ ῥήματα ἐξήταξ τὰ ψιλά, ἀλλ' ὡσπερ οὗτος εἶδεν εἰς τὴν θεότητα, οὕτως ὁ Θεὸς εἶδεν εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ληστοῦ, καὶ φησι· *Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ*.

Ἐνταῦθα προσέχετε· ζήτημα γὰρ οὐ τὸ τυχόν ἐπιφύεται. Καὶ γὰρ οἱ Μανιχαῖοι, οἱ κύνες, οἱ ἔννεοι καὶ λυτῶντες, τὸ σχῆμα μὲν ἐπιδείκνυνται ἐπεικειας, τὴν χάλεπὴν δὲ ἔνδον ἔχουσι τῶν κυνῶν μανίαν, καὶ κατακρύπτουσι τῇ δορᾷ τοῦ προβάτου τὸν λύκον. Ἄλλὰ μὴ τὸ φαινόμενον ἴδῃς, ἀλλὰ τὸ ἔνδον κεκρυμμένον θηρίον ἐξέτασον. Οὗτοι τοίνυν ἐπιλαθόμενοι τοῦ χωρίου τούτου φασίν· Εἶπεν ὁ Χριστὸς· Ἄμην, ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ· οὐκοῦν ἀντίδοσις ἤδη γέγονε τῶν ἀγαθῶν, καὶ περιττὴ ἡ ἀνάστασις. Εἰ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπέλαθεν ὁ ληστής τὰ ἀγαθὰ, τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ οὐκ ἀνέστη οὐδέπω καὶ τήμερον, οὐκ ἔσται σωματῶν λοιπὸν ἀνάστασις. Ἄρα ἐνοήσατε τὸ λεχθὲν, ἢ δευτέρου αὐτὸ πάλιν εἰπεῖν ἀνάγκη; Ἄμην, ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Εἰσῆλθεν οὖν, φησὶν, εἰς τὸν παράδεισον ὁ ληστής οὐ μετὰ τοῦ σώματος· πῶς γὰρ, ὅποτε οὐκ ἐτάφη τὸ σῶμα αὐτοῦ, οὐδὲ διελύθη καὶ κόνις ἐγένετο; καὶ οὐδαμῶς εἰρημαί, ὅτι ἀνέστησεν ὁ Χριστὸς αὐτόν. Εἰ δὲ εἰσῆγαγε τὸν ληστήν, καὶ χωρὶς τοῦ σώματος ἀπέλαυσε τῶν ἀγαθῶν, εὐδελον ὅτι σώματος οὐκ ἔστιν ἀνάστασις. Εἰ γὰρ ἦν σώματος ἀνάστασις, οὐκ ἂν εἶπε· *Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ*, ἀλλ', ἐν τῷ καιρῷ τῆς συντελείας, ὅταν σωματῶν ἀνάστασις ἦ. Εἰ δὲ ἤδη εἰσῆγαγε τὸν

ληστήν, τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ φθαρὲν ἔμενεν ἔξω, εὐδελον ὅτι σωματῶν ἀνάστασις οὐκ ἔστι. Ταῦτα ἐκεῖνοι δέχεσθε δὲ λοιπὸν καὶ τὰ παρ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ οὐ τὰ παρ' ἡμῶν, ἀλλὰ τὰ παρὰ τῆς θείας Γραφῆς· οὐ γὰρ τὰ ἡμέτερα λέγομεν, ἀλλὰ τὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Τί λέγεις; οὐ κοινῶν τῶν στεφάνων ἡ σὰρξ; Ἄλλ' ἢ μὲν τοῖς πόνους ἐκοινώνησεν, ἐν δὲ τοῖς μισθοῖς ἀποστρεφεται; καὶ ὅτε μὲν ἀγωνίζεσθαι ἔδει, τὸ πλεόν ἐδέξατο τῶν ἰδρωτῶν· ὅτε δὲ στεφάνων καιρὸς, μόνῃ τῇ ψυχῇ στεφανοῦται; Οὐκ ἀκούεις τοῦ Παύλου λέγοντος, ὅτι *Παραστήναι ἡμᾶς δεῖ ἐμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα ἕκαστος κομισθῆται τὰ ἴδια τοῦ σώματος, πρὸς ᾧ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθόν, εἴτε κακόν*; Οὐκ ἀκούεις αὐτοῦ λέγοντος πάλιν· *Δεῖ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανάσιον, καὶ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρτίαν*; [681] *Τὸ θνητὸν*, πόλον; τὴν ψυχὴν, ἢ τὸ σῶμα; *Εὐδελον* ὅτι τὸ σῶμα· ἡ γὰρ ψυχὴ φύσει ἀθάνατος, θνητὸν δὲ φύσει τὸ σῶμα. Ἄλλὰ πολλὰ περικόπτουσι τούτων· πλὴν καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ὑπολειμμένων τῆν συγγένειαν τῶν περικοπέντων ἐλέγχομεν. Εἰσῆλθεν εἰς τὸν παράδεισον ὁ ληστής, φησὶ. Καὶ τί τοῦτο; μὴ γὰρ ταῦτά ἐστι τὰ ἀγαθὰ, ἅπερ ὁ Θεὸς ἡμῖν ἐπαγγέλλεται;

ε. Οὐκ ἀκούεις τοῦ Παύλου περὶ τὰ ἀγαθὰ ἐκεῖνα τῆ φησιν; Ἄ *ὄφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὐς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη*· τὸν δὲ παράδεισον καὶ ὄφθαλμὸς εἶδε τοῦ Ἀδάμ, καὶ οὐς ἤκουσε, καὶ καρδία ἀνθρώπου ἐδέξατο· περὶ γὰρ αὐτοῦ τοσαύτας ἡμέρας διαλεγόμεθα· πῶς οὖν ἀπέλαβε τὰ ἀγαθὰ ὁ ληστής; Οὐ γὰρ εἰς παράδεισον ἐπαγγέλλεται εἰσαγαγεῖν ἡμᾶς ὁ Θεός, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν· οὐδὲ βασιλείαν παραδείσου, ἀλλὰ βασιλείαν οὐρανῶν ἐκήρυξεν. Ἦρξατο γὰρ, φησὶ, *κηρύττειν καὶ λέγειν· Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ*, οὐχ ἡ βασιλεία τοῦ παραδείσου, ἀλλ', ἡ *βασιλεία τῶν οὐρανῶν*. Ἀπόλεσας μὲν γὰρ παράδεισον, ἔδωκε δὲ σοι ὁ Θεὸς τὸν οὐρανόν, ἵνα καὶ τὴν οἰκίαν φιλανθρωπίας ἐπιδείξῃται, καὶ τὸν διάβολον δάκῃ, δεικνύς ὅτι κἂν μυρία τῶν τῶν ἀνθρώπων ἐπιθυουέουσι γένει, οὐδὲν ἔσται πλεόν αὐτῷ, τοῦ Θεοῦ πρὸς μείζονα ἀεὶ τιμὴν ἡμᾶς ἀνάγοντος. Ἀπόλεσας τοίνυν παράδεισον, καὶ ἀνέψξέ σοι ὁ Θεὸς τὸν οὐρανόν· κατεδικάσθης πόνῳ προσκαίρῳ, καὶ ἐτιμήθης ζωῇ αἰωνίῳ. Ἐκέλευσε τῇ γῆ ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνεγκεῖν, καὶ ἐδάσθησέ σοι καρπὸν Πνεύματος ἢ ψυχῆ. Ὅραξ πῶς μείζων ἡ εὐπορία τῆς ζημίας; πῶς πλείων ὁ πλοῦτος; Οἷόν τι λέγω· ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος, καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ. Οὐκ ἐγένετο χρήσιμος ὁ πλασθεὶς, ἀλλὰ διεστράφη. Οὐκέτι λοιπὸν ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος αὐτὸν ἀναπλάττει, ἀλλ' ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος· καὶ οὐκ ἐτι παράδεισον ἐπαγγέλλεται πρὸς αὐτόν, ἀλλὰ βασιλείαν οὐρανῶν. Καὶ δπως, ἀκουε. Νικοδήμου γὰρ τοῦ ἄρχοντος τῶν Ἰουδαίων καταπεσόντος, καὶ τὴν ἐνταῦθα γέννησιν ἐπιζητοῦντος καὶ λέγοντος, ἀδύνατον εἶναι γέροντα γεννηθῆναι ἄνωθεν, ἔρα πῶς ὁ Χριστὸς σαφέστερον αὐτῷ ἀπεκαλύπτει τῆς γεννήσεως τὸν τρόπον. Ἐάν μὴ τις γεννηθῆ ἔξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ

versum, et ante apostolos : ne quis posterorum se ingredi posse desperet, neque spem omnium suæ salutis abiciat, cum innumeris scatenent malis se in regio versari palatio videat. Sed consideremus, num labores et recte facta et fructus exhibuerit latro. Ne hoc quidem dici potest, sed nudo verbo prolato, sola fide exhibita in paradysum ante apostolos insiliit, ut intelligas non ejus probitatem tantum valuisse, verum Domini benignitatem totum negotium peregrisse. Quid enim latro dixit? quid fecit? num jejunavit? num fleuit? num se afflixit? num longo tempore penitentiam exhibuit? Nequaquam : sed in ipsa cruce post sententiam salutem obtinuit. Vide celeritatem : a cruce in cælum, a supplicio in salutem. Quæ porro sunt illa verba? quam tandem vim habent, ut hoc uno tanta consequeretur bona? *Memento mei*, inquit, *in regno tuo* (Luc. 23. 42). Quid hoc rei est? Petiit bona dari, non operibus ipsis studium ullum adhibuit : verum is cui cor ejus notum erat, non attendit ad verba, sed ad mentis affectum. Nam illi quidem qui prophetarum fuerant documentis instructi, qui signa viderant, qui miracula fuerant contemplati, de Christo dicebant : *Dæmonium habet*, et, *Seducit turbam* (Matth. 11. 18) : latro vero, qui prophetas non audierat, qui prodigia non viderat, qui in cruce suffixum viderat, non attendit ad ignominiam, non respexit ad infamiam, sed divinitatem ipsam considerans, *Memento*, inquit, *mei in regno tuo*. Hoc sane novum et inusitatum. Crucem vides, et regni meministi? Quid dignum regno vidisti? Hominem crucifixum, alapis cæsum, illusum, accusatum, sputis conspersum, flagellatum : hæccine sunt, quæso, digna regno? Vides eum oculis fidei respexisse, non ea quæ apparebant expendisse? Propterea neque Deus nuda verba expendebat, sed ut ille in divinitatem, sic Deus in cor latronis respiciebat, et ait : *Hodie mecum eris in paradiso* (Luc. 23. 43).

Objectionem refellit Manichæorum. — Hoc loco attendite : siquidem quæstio non vulgaris exoritur. Nam Manichæi, canes muti et rabidi, speciem quidem præ se ferunt modestiæ, intus vero gravem canum insaniam foveant, et ovis pelle lupum occultant. At tu ne quod apparet aspicias, verum intus latentem belluam pervestiga. Isti ergo locum hunc arripientes aiunt : Dixit Christus, *Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso* : igitur jam facta est bonorum retributio et superflua erit resurrectio. Si enim illo die latro bona recepit, corpus autem ejus nondum ad hunc usque diem resurrexit, non erit deinceps corporum resurrectio. Numquid intellexistis quod diximus, an vero iterum illud dici necesse est? *Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso*. Ingressus est igitur, inquit, in paradysum latro non cum corpore : quo enim pacto, cum sepultum non esset corpus ejus, neque dissolutum, et in cineres redactum? neque dictum usquam fuit resuscitatum illum a Christo fuisse. Quod si latronem introduxit, et absque corpore bonis potitus est, manifestum est corporis resurrectionem non esse. Nam si corporis esset resurrectio,

ς'. Καὶ σκόπει γυναικὸς εὐλάβειαν. Οὐκ εἶπεν, Ἐάν ὄψῃ μοι τρεῖς, τοὺς δύο σοι δίδωμι, ἐάν δὲ δύο τὸν ἕνα σοι δίδωμι· ἀλλ', ἐάν μόνον ἕνα ὄψῃ, ὀλόκληρον ἀνατίθημί σοι τὸν καρπὸν. Καὶ οἶνον καὶ μέθυσμα οὐ μὴ πίεται. Οὕτω ἔλαβε τὸ παιδίον, καὶ ἤδη διαπλάττει προφήτην, καὶ περὶ τῆς παιδοτροφίας αὐτοῦ διαλέγεται, καὶ συνθήκας ποιεῖται πρὸς τὸν Θεόν. Ὡ παρρησίας γυναικός. Ἐπειδὴ καταβαλεῖν οὐδὲ τότε εἶχε, διὰ τὸ μηδέπω λαβεῖν, ἀπὸ τῶν μελλόντων καταβάλλει τὴν τιμὴν. Καὶ καθάπερ πολλοὶ τῶν γηπόνων ἐν πενήθῃ ζῶντες ἐσχάτη, καὶ ἀργύριον οὐκ ἔχοντες ὥστε μόσχον ἢ πρόβατον πρίασθαι, ἐφ' ἡμισείᾳ παρὰ τῶν δεσποτῶν αὐτὰ λαμβάνουσιν, ἀπὸ τῶν μελλόντων καρπῶν τὴν τιμὴν ὑπισχνούμενοι καταβαλεῖν· οὕτω δὲ καὶ αὕτη, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῶν πλέον ἐποίησεν. Οὐ γὰρ ἐφ' ἡμισείᾳ τὸν υἱὸν λαμβάνει παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὥστε ὀλόκληρον αὐτῷ ἀποδοῦναι πάλιν, καὶ τὴν παιδοτροφίαν καρπύωσασθαι. Ἀρκοῦσαν γὰρ ἀμοιβὴν εἶναι ἐνόμισεν, τὸ πονεῖσαι περὶ τὸν τοῦ [709] Θεοῦ ἱερέα. Καὶ οἶνον καὶ μέθυσμα οὐ μὴ πίεται, φησὶν. Οὐκ ἐνενόησε πρὸς ἑαυτὴν, λέγουσα· τί δὲ ἂν ἀπαλῶ ὦν ὑπὸ τῆς ὑδροποσίας διαφθεῖρηται; τί δὲ ἂν ἀβέβαια περιπέσῃ; τί δὲ ἂν ἀποθάνῃ, νόσῳ παραδοθεὶς χαλεπῇ; Ἀλλ' ἐνόησασα ὅτι ὁ δοῦς αὐτὸν, αὐτὸς καὶ τῆς ὑγείας προνοῆσαι δυνήσεται, ἐξ αὐτῶν τῶν σπαργάνων καὶ τῶν ὠδίνων εἰς τὴν ἀγιωσύνην αὐτὸν ἐνεβίβασεν, ἐπὶ τὸν Θεὸν βίβασα τὸ πᾶν, καὶ πρὸ τῶν ὠδίνων ἢ γαστήρ. αὐτῆς ἠγιάζετο προφήτην ἔχουσα, καὶ ἱερέα κυοῦσα, καὶ τὸ ἀνάθημα φέρουσα, ἀνάθημα ἔμφυχον. Διὰ ταῦτα ἠελίχτο ἀθυμοῦσης αὐτῆς ὁ Θεός, διὰ τοῦτο βραδέως εἶδου, ἵνα λαμπροτέραν αὐτὴν τῷ πρῶτῳ τοῦ τόκου ποιήσῃ, ἵνα δείξῃ τὴν φιλοσοφίαν. Καὶ γὰρ εἰς τὴν εὐχὴν καταστᾶσα οὐκ ἐμνήσθη τῆς ἀντιζήλου, οὐκ εἶπεν αὐτῆς τὰς λοιδορίας, οὐκ ἤνεγκεν εἰς μέσον τὰ ὄνειδη, οὐκ εἶπεν· Ἐκδίκησόν με ἐκ τῆς μιαρᾶς καὶ πονηρᾶς γυναικὸς ἐκείνης· ἄπερ πολλοὶ ποιοῦσι γυναῖκες· ἀλλὰ μὴδὲ μνησθεῖσα τῶν ὄνειδῶν ἐκείνων, περὶ τῶν αὐτῆ συμφερόντων ἤυχετο μόνον. Τοῦτο καὶ σὺ ποιήσον, ἄνθρωπε, καὶ ὅταν ἴδῃς ἐχθρὸν λυποῦντα, πρὸς ἐκείνον μὲν μὴδὲν ἐκβάλλῃς βῆμα πικρὸν, μὴδὲ εὐξῇ κατ' αὐτοῦ πρὸς σὲ ἀπεχθῶς ἔχοντος· εἰσελθὼν δὲ, καὶ τὰ γόνατα κάμψας, καὶ δάκρυα ἀφείς, παρακάλει τὸν Θεὸν λῦσαι τὴν ἀθυμίαν, σβέσαι τὴν λύπην· ὅπερ οὖν καὶ αὕτη πεποίηκε, καὶ τὰ μέγιστα παρὰ τῆς ἐχθρᾶς ἐκαρπύωσατο γυναικός. Ἐκείνη γὰρ πρὸς τὸν τόκον τοῦ παιδίου συνέπραξε. Καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω. Ἐπειδὴ ὠνειδίσειεν, ἐθλίψε, καὶ μείζονα τὴν ὀδύνην εἰργάσατο, ἀπὸ τῆς ὀδύνης ἢ εὐχὴ προσεκτικωτέρα γέγονεν, ἢ εὐχὴ τὸν Θεὸν ἐπεσπᾶσατο, καὶ ἐπινεῦσαι ἐποίησε, καὶ οὕτως ὁ Σαμουὴλ ἐτέθη. Ὡστε, ἐάν νήφωμεν, οὐ μόνον ἡμᾶς οἱ ἐχθροὶ οὐδὲν παραβλάψαι δυνήσονται, ἀλλὰ καὶ ὠφελήσουσι τὰ μέγιστα, πρὸς πάντα ἡμᾶς σπουδαιότερους ἐργαζόμενοι, μόνον ἂν μὴ πρὸς λοιδορίας καὶ ὕβρεις, ἀλλὰ πρὸς εὐχὰς ἑαυτοῦς

ἄγωμεν ἀπὸ τῆς παρ' ἐκείνων ἐγγινομένης ἡμῶν ἀθυμίας.

Τεκοῦσα δὲ τὸ παιδίον, ἐκάλεσεν αὐτὸ Σαμουὴλ, τουτέστιν, Ἀκούσει Θεοῦ^b. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τοῦ ἀκουθῆναι, καὶ ἐξ εὐχῆς αὐτὸν ἔλαβε, καὶ οὐκ ἀπὸ φύσεως. τῆς ἐργασίας τὴν μνήμην, ὥσπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ, τῇ προσηγορίᾳ τοῦ παιδίου λοιπὸν ἐναπέθετο. Καὶ οὐκ εἶπε, Καλέσωμεν αὐτὸν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἢ τοῦ Θεοῦ, ἢ τοῦ πάππου, ἢ τοῦ ἐπιπάππου· ἀλλ' αὐτὸς ὁ δεδωκὼς αὐτόν, αὐτὸς καὶ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ παιδίου τιμάσθω, φησὶ. Ταύτην ζηλώσατε, γυναῖκες, ταύτην μιμησώμεθα, ἄνδρες, καὶ τοσαύτην περὶ τὰ παιδιά ποιώμεθα τὴν ἐπιμέλειαν, οὕτως ἐκτρέψωμεν τοὺς τεχθέντας, [710] ἐν τε τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ἐν τε τῷ τῆς σωφροσύνης λόγῳ. Οὐδὲν γὰρ οὕτω σπουδάζειν χρὴ καὶ φροντίζειν τὸν νέον, ὡς σωφροσύνης ἐνεκεν καὶ σεμνότητος. Τοῦτο γὰρ μάλιστα τὸ πάθος^c ἐκείναις ἐνοχλεῖ ταῖς ἡλικίαις· καὶ ὅπερ ἐπὶ τῶν λύχων ποιοῦμεν, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν παιδίων φυλάττωμεν. Πολλάκις γοῦν θεραπευνίδι λύχον ἀπτούση παρακελεύομεθα μὴ παραγαγεῖν τὸν λύχον, ἐνθα ἂν ἢ καλὰμῃ, ἢ χόρτος, ἢ τι τῶν τοιούτων, μῆποτε ἀγνοοῦντων ἡμῶν, σπιθὴρ τις ἐκπεσῶν, καὶ τῆς ὕλης ἐπιλαθόμενος ἐκείνης. ὀλόκληρον ἐμπρήσῃ τὴν οἰκίαν· ταύτην καὶ ἐπὶ τῶν παιδίων τὴν πρόνοιαν ἔχωμεν, καὶ μὴ παράγωμεν αὐτῶν τὰς ὀψεις, ἐνθα θεραπευνίδες ἀσελγείζ, ἐνθα κόραι ἀσωτοί, ἐνθα δοῦλοι ἀκόλαστοι, ἀλλὰ κελεύομεν, καὶ παρεγγυώμεν, κἂν θεραπευνίδα τοιαύτην ἔχωμεν, κἂν γείτονα, κἂν ἀπλῶς ἐτέραν τινὰ τοιαύτην, μῆτε εἰς ὄψιν, μῆτε εἰς συνουσίαν λόγων τοῖς νέοις ἐρχεσθαι, ὥστε μὴ σπινθῆρα ἐκεῖθεν ἐκπεσόντα ὀλόκληρον ἀνάψαι τοῦ παιδίου τὴν ψυχὴν, καὶ ἀπαραμύθητον γενέσθαι τὴν συμφορὰν. Μὴ θεαμάτων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀκουσμάτων αὐτοῦς μαλθακῶν καὶ διακεκλασμένων ἀπαγωγόμεν, ἵνα μὴ γοητεύηται διὰ τούτων αὐτοῖς ἡ ψυχὴ· μὴδὲ εἰς θέατρα αὐτοῦς ἀνάγωμεν, μὴδὲ εἰς συμπόσια καὶ μέθας, ἀλλὰ τῶν θαλαμνομένων παρθέων μᾶλλον ἡμῖν οἱ νέοι φυλαττέσθωσαν. Οὐδὲν γὰρ οὕτω τὴν ἡλικίαν ἐκείνην κοσμεῖν πέφυκεν, ὡς ὁ τῆς σωφροσύνης στέφανος. καὶ τὸ πάθος ἀσελγείας καθαρεύοντα πρὸς γάμον ἐλθεῖν. Οὕτω καὶ αἱ γυναῖκες αὐτοῖς γένοιντ' ἂν ποθειναί. ὅταν μὴ πορνεῖαν ἢ ψυχὴ προμεμελετηκῶσι, μὴδὲ διεφθαρμένη ἢ, ὅταν ἐκείνην εἰδῶς ἢ τὴν γυναῖκα μόνον ὁ νέος τὴν γάμῳ συναφθεῖσαν αὐτῷ. Οὕτω καὶ οἱ ἔρωτες θερμότεροι, καὶ ἡ εὐνοια γυναιωτέρα, καὶ ἡ φιλία ἀκριβεστέρα γίνεται, ὅταν μετὰ τοιαύτης φυλακῆς ἐπὶ τοὺς γάμους οἱ νέοι βαδίζωσιν. Ὡς τὰ γε νῦν γινόμενα, οὐ γάμος ἐστίν, ἀλλ' ἀπλῶς χρημάτων ἐμπορία, καὶ καπηλεία. Ὅταν γὰρ καὶ πρὸ τῶν γάμων διεφθαρμένος ὁ νέος ἦ, καὶ μετὰ τὸν γάμον πάλιν πρὸς ἐτέραν βλέπῃ γυναῖκα, τί τῶν γάμων ὄφελος, εἰπέ μοι; Μείζων μὲν οὖν ἢ κόλασις, ἀσύγνωστος ἢ ἀμαρτία, ὅταν γυναικὸς ἐκθὸν οὐσης εἰς πόρνας ἑαυτὸν καταισχύνη, καὶ μοιχείαν ἐργάζηται. Μετὰ γὰρ γυναῖκα, κἂν πόρνη ἢ^d ἢ προσφθειρομένη τῷ γεγαμηκότι, μοιχεία τὸ πρᾶγμα ἐστίν. Ταῦτα δὲ γίνονται,

^b Reg. ἀκούσει Θεόν.

^c Hic aliquid deesse putat Sav. : « Qui enim, » inquit, « σωφροσύνη dicitur πάθος, aut ἐκείναις ἡλικίαις ἐνοχλεῖν? » At ego libentius dixerim esse ἀποσιώπησιν, et postquam de continentia dixit, τοῦτο γὰρ τὸ πάθος addidisse Chrysostomum, de vitio continentiae opposito loquentem. Hujusmodi ἀποσιωπήσεις apud Græcos frequentes sunt.

^d Colb. unus κἂν πόρνη μὴ ἔ, quæ lectio etiam fortis posset, sed alium sensum pareret.

* Reg. τί ἐὰν hic et in sequenti.

cilla tua semen viri: dabo illud datum coram te. Quid est, *Coram te datum?* Dedititium et plane servum. Omni potestate me abhico. Eatenus enim tantum fieri mater cupio, quatenus a me filius ducat initium, tum deinceps meo jure cedo, ac rursus ei renuntio.

6. Ac vide mulieris pietatem. Non dixit, Si dederis mihi tres, duos tibi do: sin autem duos, unum do tibi: sed, Si unum solum dederis, totum tibi fructum consecro. *Et vinum et omne quod inebriare potest non bibet.* Nondum filium accepit, et jam prophetam informat, ac de illius educatione verba facit, et cum Deo pactum init. O confidentiam mulieris! Quia non tum persolvere poterat, quod nondum accepisset, a futuris sumptum pretium persolvit. Et quemadmodum sæpe multi agricolæ summa pressi egestate, cum tantum pecuniæ non suppetat, ut vitulum possint aut ovem emere, hac conditione a dominis ea accipiunt animalia, ut semissem fructuum reddant, seque pretium ex futuris deductum fructibus persoluturos promittunt: sic etiam ista, vel potius majus quiddam præstitit. Non enim ea conditione, ut semissem fructuum reddat, filium accipit, sed ut totum illi deinde restituat, et fructuum loco filii educationem accipiat. Sufficientem enim esse mercedem existimavit, ut labores suos in Dei sacerdotis educationem impenderet. *Et vinum et omne quod inebriat non bibet,* inquit. Non illi venit in mentem hæc apud se dicere: Quid vero fiet, si dum tener est infans, aquæ potu ejus valetudo lædatur? quid si in morbum incidat? quid si gravi morbo oppressus moriatur? Sed cum cogitasset eum, a quo fuerat datus, posse illius quoque sanitati providere, ab ipsis incunabulis et partus secundinis in sanctitatem illum invexit, Deoque rem totam commisit, et ante partum sanctificabatur ejus uterus in quo propheta gestabatur, et sacerdos concipiebatur, et donarium ferebatur, donarium, inquam, animatum. Ideo diutius eam mœreore conficî permittebat Deus, ideo tarde dabat, ut eam ipso genere partus illustriorem redderet, ut philosophiam ejus animique moderationem ostenderet. Nam in oratione non meminit æmulæ, non ejus convicia memoravit, non in medium protulit ejus opprobria, non dixit, Ulciscere me de improba et scelestâ illa muliere, quod multæ faciunt mulieres: sed neque probrorum recordata, de iis tantum quæ sibi proderant preces offerebat. Ita fac tu quoque, mi homo, cumque videris inimicum dolore afficientem, in eum quidem nullum asperius verbum mittas, neque male erga te, affecto impreceris: sed ingressus, ac flexis genibus, fuscisque lacrymis, Deum precare, ut tristitiam discutiat doloremque restinguat; quod hæc quoque mulier fecit, nec mediocrem fructum ex inimica collegit. Illa enim ad hunc partum infantis obtinendam opitulata est. Quo pacto id factum sit, ego dicam. Quia opprobria jactarat, afflixerat, majoremque dolorem reddiderat, a dolore ardentior fuit oratio, Deum vero illi conciliavit, atque ut impetraret effecit, sicque Samuel est partu editus. Itaque si vigilantes simus, non inodo nihil nos lædere poterant inimici, sed et plurimum proderunt, dum in

omnibus nos diligentiores efficient, tantum ne propter molestiam ac dolorem, quem nobis inurunt, ad convicia probraque nos abripi sinamus, sed ad preces nos potius convertamus.

Ex nomine Samuelis occasionem arripit de educatione liberorum loquendi. — Postquam autem peperit filium, vocavit illum Samuelem, hoc est, Audiet Deum. Nam quoniam ex eo, quod exaudita fuerit, et precum opera ipsum accepit, non beneficio naturæ, memoriam quæstus illius tamquam in ænea quadam columna in appellatione pueruli voluit esse defixam. Neque dixit, Vocemus eum nomine patris sui, vel patrii, vel avi, vel proavi: sed, Ille ipse, qui dedit eum, inquit, appellatione pueruli honoretur. Hanc æmulamini mulieres, hanc imitemur viri, tantamque liberorum curam geramus, ita natos educemus, cum in aliis omnibus, tum maxime in castitate. Nihil enim adeo contendendum et curandum est, quam ut juvenes casti sint et pudici. Hæc enim maxime ægritudo illi ætati molestiam exhibet: et quod in lucernis agimus, hoc et erga liberos observemus. Certe sæpe ancillam admquemus, quæ lucernam accendit, ne in eum locum lucernam transferat, in quo stipula scœnumve fuerit, aut aliquid hujusmodi, ne forte nobis insciis excidat scintilla quæpiam, et materiam illam corripuens totam domum incendat: eandem quoque sollicitudinem erga liberos impendamus, neque vultus eorum illuc traducamus, ubi lascivæ sunt famulæ, ubi luxuriosæ puellæ, ubi petulantes ancillæ, sed jubeamus ac denuntiemus illis, si forte talis nobis sit famula, seu vicina, sive quævis ejusmodi, ut neque in conspectum, neque in sermonis congressum cum juvenibus veniat, ne qua inde scintilla excidens totam pueruli animam incendat, et irreparabilem illi calamitatem importet. Neque vero tantum a spectaculis, sed etiam a mollibus ac dissolutis cantilenis abducamus, ne his eorum anima fascinetur; neque illos ad theatra deducamus, nec ad convivia et compotationes, sed cautius quam conclave abditæ virgines, custodiantur a nobis juvenes. Nihil ætatem illam adeo solet exornare ac pudicitæ corona, et si quis ab omni lascivia purus ad conjugium veniat. Sic et mulieres illis fient amabiles, cum antea nulla se fornicatione exercuerit, aut corrupta fuerit anima, cum eam solam mulierem notam habuerit juvenis, quæ sibi fuerit nuptiis copulata. Sic et ardentiores amores, et sincerior benevolentia, sic amicitia fit vehementior, cum ad nuptias juvenes cum tanta cautione perrexerint. Nam nunc quidem quæ geruntur non nuptiæ sunt, sed mera negotiatio pecuniæ, et cauponatio. Cum enim ante conjugium corruptus fuerit juvenis, et post conjugium rursus in alteram mulierem oculos suos converterit, quid, quæso, prodest conjugium? Imo tum majus supplicium debetur, et indignum est venia peccatum, cum intus residentæ uxore seipsum meretricum congressu polluat, et adulterium committat. Quippe uxore ducta, tametsi meretrix est, quæ se mariti congressu contaminat, adulterium est illud facinus. Hæc autem jam fiunt, et contractis nuptiis ad mulieres meretrices currunt,

quoniam ante nuptias castitatem servare non didicerunt. Hinc pugnae, maledicta, domorum eversiones, et quotidiana bella: hinc fit ut erga uxorem amor diffuset et marcescat, cum lupanarium frequentatione dissolvatur. Quod si castitatem servare discat, praeter ceteris omnibus expetendam uxorem suam arbitrabitur, multa illam cum benevolentia contuebitur, magnamque cum illa concordiam conservabit: si vero pax fuerit et concordia, omnia bona in domum illam introibunt. Ut igitur et res hujus vitae recte a nobis dispensentur, et cum illis regnum caelorum consequamur, hujus praecipue mandati gratia et nostrum et liberorum curam geramus, ne sordidis vestimentis induti in nuptias illas spirituales intremus, sed cum fiducia fruamur honore, qui dignus est illic reservatus: quem utinam omnes assequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, honor, imperium, una cum Spiritu sancto, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

SERMO II.

De fide Annae, deque philosophia, hoc est, animi moderatione, et modestia ipsius, et de honore deferendo sacerdotibus; et quod tum in initio, tum in fine prandii sit orandum.

1. *Efficacia orationis exemplo Annae probatur; Anna simul mater et pater.* — Nihil precationi par est, carissimi, neque quidquam fide potentius. Utrumque nobis nuper declaravit Anna: cum his enim numeribus accedens ad Deum, omnia quae voluit effecit. Siquidem et naturam sterilem correxit, et vulvam quae erat conclusa aperuit, et probrum sustulit, et convicia aemulae dissolvit, seque ipsam ad magnam restituit fiduciam, dum e petra infrugifera spicam messuit comantem. Omnes audistis quomodo flevit, quomodo precata sit, quomodo oravit et exoravit: concepit, peperit, educavit et consecravit Samuelem. Itaque non aberravit, qui hanc mulierem pueri simul et matrem et patrem appellavit. Quamquam enim vir addiderat semen, hujus tamen precatio vim efficaciamque semini praebuit, effecitque ut Samuel honestioribus exordiis nasceretur. Neque enim sicut in caeteris hominibus somnus et congressus tantum parentum, verum preces, lacrymae, fidesque fuerunt hujus generationis principia, eoque caeteris illustriorem habuit ortum propheta, propter matris fidem natus. Ideo de hac muliere jure quis dixerit: *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent* (*Psal.* 125. 5). Hanc aemulemur viri, hanc imitentur feminae: nam utriusque sexus magistra est mulier. Quae steriles sunt, ne desperent: quae matres sunt, sic educent natos liberos; sed omnes simul imitemur mulieris philosophiam, quam habuit ante partum, fidem quam habuit in partu, studiumque quod habuit post partum. Quid enim esse possit illa muliere magis philosophicum, quae calamitatem adeo intolerabilem placide fortiterque tulit, nec prius destitit, donec eam molestiam discussit, malique finem reperit, tum admirandum, tum incredibilem, nullo e

terrenis accito adiutore et opitulatore? Noverat enim humanitatem Domini, eoque sola illum adiit, et quidquid voluit impetravit. Neque enim humanum auxilium, sed divinam gratiam requirebat illius tristitiaem correctio: ea enim non nascebatur ex jactura pecuniarum, ut aliquis allato auro dilueret angorem: neque ex adversa corporis valetudine, ut accitis medicis morbum posset abigere. Natura erat male affecta, caelestem manum desiderans. Eoque sane praetermissis omnibus terrenis, ad naturae Dominum confugit, nec prius destitit, quam illum exoraret, ut orbitatem toleret, ac vulvam aperiret, eoque sterili faceret matrem. Itaque beata est et ob hoc, non quod mater facta sit, sed quod, cum non esset, facta sit. Siquidem illud est naturae commune, hoc autem erat eximium feminae meritum. Beata quidem igitur et propter nixus illos, nihilominus tamen beata propter omnia illa quae partum praecesserunt. Scitis enim profecto omnes, sive mulieres, sive viri, nihil gravius aut intolerabilius accidere posse feminae, quam ut liberis careat; adeo ut si mille prosperitatibus alioqui fruatur, dolorem ex hoc vulnere natum numquam ex animo valeat depellere. Quod si id nunc adeo est intolerandum, cum ad majorem philosophiam vocati sumus, cumque ad caelum tendentibus nullus est rerum praesentium respectus, sed ad alteram vitam adornamur, cumque multis laudibus effertur virginitas: cogita quantae infelicitatis ea res visa tum fuerit, cum futurorum nulla esset spes, ac ne cogitatio quidem veteribus illis, sed omnia fierent rerum praesentium gratia: cum id temporis sterilem et orbam esse feminam, damnationis notam ferret. Nemo possit eloqui, nec ullo sermone consequi doloris magnitudinem ex hoc vulnere venientis. Testes vero sunt feminae, quae cum in caeteris omnem exhibuerint philosophiam, hanc infelicitatem non pertulerunt aequo animo; sed quaedam maritis indignatae sunt, aliae sibi vitam judicant esse injucundam. Hanc vero feminam non anxietas modo a sterilitate proveniens, verum et aliud quiddam obsidebat malum, ira videlicet propter aemulae opprobria. Et sicut ventis ex adverso inter sese concurrentibus, mediamque scapham, dum inter se depugnant, corripientibus, ac multis fluctibus partim a prora, partim a puppi insurgentibus, gubernator clavo assidens servat navim, undarum incursus gubernandi prudentia depellens: sic et mulier tum illa, cum ira et angor ceu venti in animum ipsius facerent impetum, rationem illius perturbantes, multosque fluctus excitarent, non jam biduum aut triiduum, aut dies viginti, sed et totos annos (nam hoc, ut ait Scriptura, multo tempore factum est [*1. Reg.* 4. 7]) fortiter pertulit tempestatem, nec passa est rationem demergi. Siquidem Dei timor, tamquam nauclerus gubernaculis assidens, peroravit eam tempestatem magno animo perferendam esse; nec prius destitit mentem illius gubernare, donec in tranquillum adduceret portum navem onere plenam, hoc est, uterum pretioso thesauro onustum. Neque enim aurum argentumve portabat, sed prophetam

καὶ μετὰ γάμον πρὸς τὰς ἐταιριζομένας γυναῖκας τρέφουσιν, ἐπειδὴ πρὸ τοῦ γάμου σωφρονεῖν οὐκ ἐμ- λέτησαν. Ἐντεῦθεν μάχαι, καὶ λοιδορίαί, καὶ οἰκιῶν ἀνατροπαί, καὶ καθ' ἡμερινὸν πόλεμοι· ἐντεῦθεν ὁ πρὸς τὴν γυναῖκα ἔρωσ ὑπόρρει καὶ μαραινεται, τῆς ἐν τοῖς πορνείοις ὀμιλίας ἐκλουσίης αὐτόν. Ὡς ἐν σωφρονεῖν μάθῃ, πάντων ποθεινοτέρην τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ἡγήσεται, καὶ μετὰ πολλῆς αὐτὴν ὕψεται τῆς εὐνοίας, καὶ πολλὴν πρὸς αὐτὴν τηρήσει τὴν ὁμόνοιαν, εἰρήνης δὲ οὐσης καὶ ὁμονοίας, πάντα εἰς τὴν οἰκίαν ἐκείνην εἰσελεύσεται τὰ ἀγαθὰ. ¹Ἦν οὖν καὶ τὰ ἐνταῦθα [711] ἡμῖν καλῶς οἰκονομηται, καὶ μετὰ τούτων καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτύχουμεν, καὶ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν παιδίων προνοῶμεν, ταύτης ἔνεκεν μάλιστα τῆς ἐντολῆς, ὅπως μὴ ῥυπαρὰ ἐνδεδυμένοι ἱμάτια, εἰς τὸν πνευματικὸν ἐκείνον εἰσελθόμεν γάμον, ἀλλὰ μετὰ παρρησίας πολλῆς ἀπολαύσωμεν τῆς ἐκεῖ κειμένης τοῖς ἀξίοις τιμῆς· ἥς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ Πατρὶ δόξα, τιμὴ, κράτος, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Β'.

Εἰς τὴν πίστιν τῆς Ἀγγης, καὶ εἰς τὴν φιλοσοφίαν, καὶ εἰς τὴν ἐπιεικίαν αὐτῆς, καὶ περὶ τῆς εἰς τοὺς ἱερέας τιμῆς, καὶ εἰς τὸ δεῖν καὶ ἀρχομένου ἀρίστου, καὶ ληγοντας εὐχεσθαι.

α'. Οὐδὲν ἄρα ἴσον εὐχῆς, ἀγαπητοί, οὐδὲν πίστεως δυνατώτερον. Ἀμφοτέρα ἔδειξεν ἡμῖν ἡ Ἄννα πρῶνῃ μετὰ γὰρ τούτων προσελθούσα τῷ Θεῷ τῶν δώρων, πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἤνυσεν, καὶ φύσιν πετηρωμένην διώρθωσε, καὶ μήτραν κεκλεισμένην ἀνέψξε, καὶ αἰσχύνῃν ἀνείλε, καὶ τὰ ὄνειδῆ τῆς ἀντιζήλου κατέλυσε, καὶ πρὸς παρρησίαν ἑαυτὴν πολλὴν ἐπανήγαγεν, ἐκ πέτρας ἀγόνου στάχυν κομῶντα θερίσασα. Καὶ πάντες ἠκούσατε, πῶς ἤψατο, πῶς ἤτησε, καὶ ἔπεισε καὶ ἔλαβε, καὶ ἔτεκε καὶ ἔθρεψε καὶ ἀνέθηκε τὸν Σαμουὴλ. Ὡστε οὐκ ἂν τις ἀμάρτοι, μητέρα ὁμοῦ καὶ πατέρα τοῦ παιδιοῦ τὴν γυναῖκα ταύτην προσειπῶν. Εἰ γὰρ καὶ ὁ ἀνὴρ ἔσπειρεν, ἀλλὰ τῷ σπέρματι τὴν δύναμιν ταύτης παρέσχεν ἡ εὐχὴ, καὶ σεμνοτέρας τοῦ Σαμουὴλ τὰς ἀρχὰς τῆς γεννήσεως ἐποίησεν. Οὐ γὰρ δὴ, καθάπερ ἐπὶ τῶν λοιπῶν, ὕπνος καὶ σύνοδοι τῶν γεννησαμένων μόνον, ἀλλ' εὐχαί, καὶ δάκρυα, καὶ πίστις ἀρχαί τῆς γεννήσεως ταύτης ἐγένοντο, καὶ σεμνοτέρας τῶν ἄλλων ἔσχε τὰς γυνὰς προφήτης, διὰ τὴν πίστιν τῆς μητρὸς γεγονώς. Διὰ καὶ περὶ ταύτης εὐκαιρῶς ἂν τις εἴποι τῆς γυναίκος· *Οἱ σπείροντες ἐν δάκρυσιν, ἐν ἀγαλλιῶσει θεριοῦσι*. Ταύτην ζηλώσωμεν ἄνδρες, ταύτην μιμησώμεθα, γυναῖκες· καὶ γὰρ ἐκατέρου τοῦ γένους διδάσκαλός ἐστιν ἡ γυνή. Ὅσαι στείραι, μὴ ἀπαγορευέτωσαν ὅσαι μητέρες, οὕτω τρεφέτωσαν τεθνήκτα τὰ παιδία· καὶ πάντες ζηλώσωμεν τῆς γυναίκος τὴν φιλοσοφίαν τὴν πρὸ τοῦ τόκου, τὴν πίστιν τὴν ἐν τῷ τόκῳ, τὴν σπουδὴν τὴν μετὰ τὸν τόκον. Τί γὰρ ἂν γένοιτο τῆς γυναίκος ἐκείνης φιλοσοφώτερον, ἢ συμφορὰν οὕτως ἀφόρητον πρῶως ἤνεγκε καὶ γενναίως, καὶ οὐκ ἀπέστη πρότερον, ἕως ἔβυσε τὸ δεινόν, καὶ τοῦ κακοῦ πέρασ εὔρε θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, οὐδένα κάτωθεν λαβοῦσα σύμμαχον καὶ βοηθόν; Καὶ γὰρ ἤβει τὴν τοῦ Δεσπότη φιλανθρωπίαν· [712] διὰ καὶ μόνῃ προσήλθε, καὶ ἤνυσεν ὅπερ ἠθέλησεν. Οὐ γὰρ ἀνθρωπίνης βοηθείας,

ἀλλὰ τῆς θείας ἔδειτο χάριτος ἢ διόρθωσις τῆς ἀθυμίας ἐκείνης· καὶ γὰρ οὐκ ἐν ζημίᾳ χρημάτων ἦν, ἵνα τις ἐνεγκῶν χρυσίον λύσῃ τὴν ἀθυμίαν· οὐκ ἐν σώματος ἀρρώστειᾳ, ἵνα ἁ πατρῶν παρακαλῆσι παῖδας, καὶ ἀπελάσῃ τὸ νόσημα. Φύσις ἦν ἡ ἐπιρραζομένη, τῆς ἀνωθεν δεομένη χειρὸς. Διὰ δὲ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς ἀφείσα, πρὸς τὸν τῆς φύσεως ἔδραμε Δεσπότην, καὶ οὐκ ἀπέστη πρότερον, ἕως ἂν αὐτὸν ἔπεισε λύσαι τὴν ἀπαιδίαν, καὶ τὴν μήτραν ἀνοῖξαι, καὶ ποιῆσαι μτέρα τὴν στείραν. Μακαρία μὲν οὖν καὶ διὰ τοῦτο, οὐκ ὅτι μήτηρ ἐγένετο, ἀλλ' ὅτι οὐκ οὔσα ἐγένετο. Ἐκείνο μὲν γὰρ κοινὸν τῆς φύσεως, τοῦτο δὲ ἐξαιρετικόν τῆς γυναίκος ἦν κατορθωμα. Μακαρία μὲν οὖν καὶ διὰ τὰς ὀδύνας ἐκείνας, μακαρία δὲ οὐκ ἦντο καὶ διὰ τὰ πρὸ τῶν ὀδύνων ἅπαντα. Ἰστε γὰρ δὴπου πάντες, καὶ γυναῖκες, καὶ ἄνδρες, ὡς οὐδὲν ἀφορητότερον ἀπαιδίας γυναῖκα γένοιτ' ἂν· ἀλλὰ κἂν μυριάκις ἂ ἀπολαύῃ τῆς εὐμερίας, τὴν ἐκ τῆς πληγῆς ταύτης ὀδύνην ἐγγινομένην αὐτῇ οὐκ ἂν ποτε ἀποκρούσαιτο. Εἰ δὲ νῦν οὕτως ἀφόρητον, ὅτε πρὸς μέγιστα φιλοσοφίαν ἐκλήθημεν, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν δευόμεν, καὶ λόγους ἡμῶν τῶν παρόντων οὐδεὶς, ἀλλὰ πρὸς ἑτέραν ζωὴν παρασκευαζόμεθα, καὶ πολὺ τὸ τῆς παρθενίας ἐγκώμιον, ἐνόησον ἡλίκον τότε κακῶν τὸ πρᾶγμα ἐνομίζετο εἶναι, ὅτε τῶν μελλόντων μὲν οὐδεμία τις ἦν ἐλπίς, οὐδὲ ἔνοια τοῖς παλαιοῖς, πάντα δὲ ὑπὲρ τῶν παρόντων ἔπραττον πραγμάτων, καὶ ἀρά τις ἦν καὶ καταδίκη τὸ στείραν εἶναι ἀγονον. Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, οὐδὲ παραστήσαι τῷ λόγῳ τὴν ἀπὸ τῆς πληγῆς ταύτης ὀδύνην. Μαρτυροῦσι δὲ γυναῖκες, ὅσαι πᾶσαν μὲν ἐπεδείξαντο φιλοσοφίαν, ταύτην δὲ τὴν δυσκληρίαν οὐκ ἤνεγκαν· ἀλλ' αἱ μὲν πρὸς τοὺς ἄνδρας ἐδυσχέρανον, αἱ δὲ τὸν βίον ἀβίωτον εἶναι ἐνόμισαν. Τὴν δὲ γυναῖκα ταύτην οὐκ ἀθυμία μόνον ἢ διὰ τὴν στείρωσιν, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἐπολιόρκει πάθος, θυμὸς διὰ τὰ ὄνειδῆ τῆς ἀντιζήλου. Καὶ καθάπερ ἀνέμων ἀπανταντίας ἀλλήλοισ ἐμπιπτόντων, καὶ σκάφος μέσον ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους ἀπολαθόντων μάχῃ, καὶ πολλὰ μὲν ἀπὸ τῆς πρῶμυτα, πολλὰ δὲ ἀπὸ τῆς πρῶως ἐγγειρόντων τὰ κύματα, ὁ κυβερνήτης ἐπὶ τῶν οἰάκων καθήμενος διασωῖς τὸ σκάφος, τὰς τῶν κυμάτων ἐμβολὰς τῆ τῆς ἐπιστήμης σοφίᾳ διακρούμενος· οὕτω καὶ ἡ γυνὴ τότε ἐκείνη, καθάπερ πνευματῶν ἐναντιῶν, τοῦ θυμοῦ, καὶ τῆς ἀθυμίας, εἰς τὴν ψυχὴν αὐτῆς ἐμπεσόντων, καὶ τοὺς λογισμοὺς αὐτῆς διακοπτόντων, καὶ πολλὰ τὰ κύματα ἐγειρόντων, οὐχὶ δύο, καὶ τρεῖς, καὶ εἰκοσι ἡμέρας, ἀλλ' ἐπ' ἐνιαυτούς ὀλοκλήρους (καὶ γὰρ ἐξ ἱκανοῦ τοῦτο ἐγένετο, φησὶν)· ἤνεγκε τὸν χειμῶνα γενναίως, καὶ καταποντισθῆναι τὸν λογισμὸν οὐκ εἴσαεν. Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ φόβος, καθάπερ κυβερνήτης ἐπὶ τῶν οἰάκων καθήμενος, [713] ἔπειθε γενναίως φέρειν τὸ κλυδώνιον ἐκείνο· καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη διακυβερνῶν αὐτῆς τὴν ψυχὴν, ἕως εἰς τὸν εὐδιον λιμένα καθήγαγε πεπληρωμένην τοῦ φορτίου τὴν ναῦν, καὶ πολυτίμου θησαυροῦ τὴν γαστέρα γέμουσαν. Οὐ γὰρ χρυσίον, οὐδὲ ἀργύριον ἐβάσταζεν, ἀλλὰ προφήτην καὶ ἱερέα· καὶ

^a Colb. duo et Reg. οὐ σώματος· ἀρρώστια σύμμετρος, ἵνα.

^b Reg. κἂν μυριάκις.

διπλοῦς ἦν αὐτῆς ἡς γαστρός ὁ ἁγιασμός, ὅτι τε ποιούτων ἦν τὸ κουόμενον παιδίον, ὅτι τε ἐξ εὐχῆς καὶ τῆς ἀνωθεν χάριτος τὴν ἀρχὴν τῆς κυήσεως ἔλαθεν.

β'. Οὐχ ὁ φόβος δὲ μόνον παράδοξος ἦν καὶ θαυμαστός, ἀλλὰ καὶ ὁ τρόπος τῆς ἐμπορίας παραδοξότερος γέγονεν· οὐδὲ γὰρ αὐτὸν ἀνθρώποις ἀπέδοτο, οὐδὲ ἐμπόροις τισὶ καὶ καπηλίοις, ἀλλ' εὐθέως αὐτὸν ἐκβαλοῦσα τοῦ σκάφους ἐπώλησε τῷ Θεῷ· καὶ τοσαύτην εἰργάσατο τῆν ἐμπορίαν, ὅσην εἰκὸς ἦν Θεῷ συμβαλοῦσαν ἐργάσασθαι. Μετὰ γὰρ τὸ λαθεῖν αὐτὸν, ἀντέδωκεν ἕτερον αὐτῇ τέκνον· μάλλον δὲ οὐχ ἓν, οὐδὲ δύο, οὐδὲ τρία, καὶ τέσσαρα μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῶν πλείονα, "Ὅτι στεῖρα, φησὶν, ἔτεκεν ἑπτὰ, καὶ ὑπερέβη τὸ κεφάλαιον ὁ τόκος. Τοιαύτη γὰρ ἡ πρὸς τὸν Θεὸν πραγματεία· οὐ τὸ πολλοστὸν τοῦ κεφαλαίου, ἀλλὰ τὸ πολυπλάσιον ἀποδίδωσι. Καὶ οὐ θήλεα μόνον ἔδωκε τὰ παιδιά, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἑκατέρας τῆς φύσεως τὸν τόκον αὐτῆς συνεχρότησεν· ὥστε ἀηρητισμένην αὐτῇ γενέσθαι τὴν ἡδονήν. Ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα ἐπαϊνέσητε μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ ζηλώσητε τὴν πίστιν, τὴν ἀνεξικακίαν τῆς γυναικὸς, ἣν ἠκούσατε μὲν ἐκ μέρους καὶ πρώην· ὥστε δὲ καὶ τὰ λείψανα ἀποδοῦναι, ὅτε μοι μικρὸν διηγήσασθαι περὶ τῶν ῥημάτων τῶν μετὰ τὴν πρώτην εὐχὴν πρὸς τὴν ἱερέα καὶ τὸν παῖδα τοῦ ἱερέως γενομένων, ἵνα μάθητε τὸ πρῶον καὶ τὸ ἡμερον φρόνημα τῆς γυναικὸς. Καὶ ἐγένετο, φησὶν, *ὅτε ἐπλήθυνε προσευχομένη ἐνώπιον Κυρίου, καὶ Ἥλει ὁ ἱερεὺς ἐφύλασσε τὸ στόμα αὐτῆς.*

Διπλὴν ἐνταῦθα ὁ συγγραφεὺς ἀρετὴν μαρτυρεῖ τῆς γυναικί, καὶ τὴν καρτερίαν τὴν ἐν ταῖς εὐχαῖς, καὶ τὸ τῆς διανοίας ἐργηγορὸς· τὸ μὲν, διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Ἐπλήθυνε*· τὸ δὲ, διὰ τοῦ προσθεῖναι, *Ἐνώπιον Κυρίου*· πάντες μὲν γὰρ εὐλόμηθα, ἀλλ' οὐ πάντες ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Ὅταν γὰρ τοῦ σώματος ἐπὶ γῆς κειμένου, καὶ τοῦ στόματος εἰκὴ ληρούντος, ἡ διάνοια πανταχοῦ τῆς οἰκίας καὶ τῆς ἀγορᾶς περιέρχεται, πῶς ὁ τοιοῦτος ὀνησεται εἰπεῖν, ὅτι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἤρξατο; Ἐνώπιον γὰρ Κυρίου εὐχεται ὁ πάντοθεν ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν συλλέγων, καὶ μηδὲν ἔχων κινῶν πρὸς τὴν γῆν, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἢ ἑαυτὸν μετοικίσας, καὶ πάντα ἀνθρώπινον λογισμὸν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἐκβαλὼν· καθάπερ οὖν καὶ αὕτη ἡ γυνὴ ἐποίησε τότε· ὕλην γὰρ ἑαυτὴν συναγαγοῦσα, καὶ συντείνασα τὴν δianoian, ἐκάλει τὸν Θεὸν μετ' ὀδυνώμενης ψυχῆς. Πῶς δὲ φησὶν, ὅτι καὶ ἐπλήθυνε τὴν εὐχὴν; καίτοι γε βραχὺ τὸ μέτρον τῆς εὐχῆς τῆς γυναικὸς. Οὐ γὰρ μακροῦς [714] ἀπέτεινε λόγους, οὐδὲ εἰς μῆκος τὴν ἱκετηρίαν ἐξέτεινε, ἀλλ' ὀλίγα καὶ ψιλά εἶπε ῥήματα. *Ἄδωναι Κύριε Ἐλωι Σαβαώθ, ἐὰν ἐπιβλέπων ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὴν ταπεινωσιν τῆς δούλης σου, καὶ μνησθῆς μου, μὴ ἐπιλάβῃς τῆς δούλης σου, καὶ ὄψις τῆς δούλης σου σπέρμα ἀνδρός, δώσω αὐτὸ ἐνώπιόν σου δοτὸν ἕως ἡμέρας θανάτου αὐτοῦ. Καὶ οἶνον καὶ μέθυσμα οὐ μὴ*

*πίσται, καὶ σιδήρος οὐκ ἀναθήσεται ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Ποῖον τοῦτο πλῆθος ῥημάτων; Τί ποτ' οὖν ἠνίκατο εἰπὼν, Ἐπλήθυνε; Συνεχῶς τὰ αὐτὰ ἐφθέγγετο, καὶ οὐκ ἀφίστατο πολὺν δαπανώσα χρόνον διὰ τῶν αὐτῶν ῥημάτων. Οὕτω γοῦν καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Χριστὸς ἐπέταξεν εὐχεσθαι. Εἰπὼν γὰρ τοῖς μαθηταῖς, μὴ κατὰ τοὺς ἐθνικοὺς εὐχεσθαι, καὶ μὴ βαττολογεῖν, καὶ μέτρον ἡμᾶς εὐχῆς ἐδίδαξε· δεικνύς ὅτι οὐκ ἐν τῷ πλῆθει τῶν ῥημάτων, ἀλλ' ἐν τῇ νήψει τῆς διανοίας κείται τὸ ἀκουσθῆναι. Πῶς οὖν, φησὶν, εἰ ὀλίγα δεῖ εὐχεσθαι, παραβολὴν εἶπεν αὐτοῖς πρὸς τὸ δεῖν αἰεὶ προσεύχεσθαι, ὅτι χήρα τις ἦν, ἣ τῇ συνεχείᾳ τῆς ἐντεύξεως ὤμην δικαστὴν καὶ ἀπάνθρωπον, οὔτε Θεοῦ φόβον, οὔτε ἀνθρώπων ἔχοντα αἰδῶ, τῇ πυκνότητι τῆς προσόδου κατέκαμψε; Πῶς δὲ καὶ ὁ Παῦλος παραινεῖ λέγων, *Τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες*, καὶ πάλιν, *Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε*; Εἰ γὰρ δεῖ μὴ μακροῦς ἀποτείνειν λόγους, καὶ συνεχῶς εὐχεσθαι, ἐναντίον τοῦτο ἐκεῖνου. Ἄλλ' οὐκ ἔστιν ἐναντίον, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ καὶ σφόδρα συμβαλῶν. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς καὶ ὁ Παῦλος βραχείας καὶ πυκνάς ποιῆσαι τὰς εὐχὰς ἐκέλευσαν ἐξ ὀλίγων διαλειμμάτων. Ἄν μὲν γὰρ εἰς μῆκος ἔκτεινῃ τὸν λόγον, ὀλιγορήσας πολλάκις, πολλὴν ἔδωκε τὴν ἀδειαν τῷ διαβόλῳ προσελθεῖν, καὶ ὑποκελίσει, καὶ τὴν δianoian ἀπαγαγεῖ τῶν λεγομένων· ἂν δὲ συνεχεῖς καὶ πυκνὰς ποιῆς τὰς εὐχὰς, τὸν καιρὸν ἀπαντα τῇ πυκνότητι διαλαμβάνων, δυνήσῃ σωφρονεῖν εὐκόλως, αὐτὰς τε τὰς εὐχὰς μετὰ πολλῆς ποιήσῃ τῆς νήψεως. Ὅ θὴ καὶ αὕτη ἐπολεῖ, οὐ μακροῦς ἀποτείνουσα λόγους, ἀλλὰ συχνῶς καὶ πυκνότερον προσιοῦσα τῷ Θεῷ. Εἶτα ἐπειδὴ ἐπετρόμισεν αὐτὴν ὁ ἱερεὺς· τοῦτο γὰρ ἔστι τὸ, *Ἐφύλασσε τὸ στόμα αὐτῆς, καὶ τὰ χεῖλη αὐτῆς ἐκινεῖτο, φωνὴ δὲ αὐτῆς οὐκ ἠκούετο*· ἐδίασατο καὶ ὑπακούσαι τῷ ἱερεῖ, καὶ τῆς εὐχῆς ἀποστῆναι. Ἐπεστόμιστο οὖν αὐτῆς ἡ φωνή, οὐκ ἐπεστόμιστο δὲ ἡ παρῆρσις, ἀλλὰ μειζῶνως ἡ καρδία ἔνδον ἔδοα. Τοῦτο γὰρ ἔστι μάλιστα εὐχῆς, ὅταν ἔνδον αἱ βοαὶ ἀναφέρωνται· τοῦτο μάλιστα ψυχῆς πεπονημένης, μὴ τῷ τόνῳ τῆς φωνῆς, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ τῆς διανοίας τὴν εὐχὴν ἐπιδείκνυσθαι.*

γ'. Οὕτω καὶ Μωϋσῆς ἠύχετο· διὸ καὶ μηδὲν αὐτοῦ φθεγγομένου, φησὶν ὁ Θεός, *Τί βοᾶς πρὸς με*; Ἀνθρώποι μὲν γὰρ ταύτης μόνον ἐπακούουσι τῆς φωνῆς, ὁ δὲ Θεὸς πρὸ ταύτης τῶν ἔνδοθεν κραζόντων ἀκούει. [715] Ἄρα ἔστι καὶ μὴ κράζοντας ἀκούεσθαι, καὶ ἐπ' ἀγορᾶς βαδίζοντας εὐχεσθαι κατὰ δianoian μετὰ πολλῆς ἀκριθείας, καὶ μετὰ φίλων συνεδρεύοντα, καὶ πᾶν ὅτι οὖν ποιοῦντας μετὰ σφοδρᾶς τῆς βοῆς καλεῖν τὸν Θεόν, τῆς ἔνδον λέγω, καὶ μηδὲν τῶν παρίντων κατάδηλον ταύτην ποιεῖν. Ὅπερ οὖν καὶ ἡ γυνὴ αὕτη τότε ἐποίησε. *Φωνὴ γὰρ αὐτῆς οὐκ ἠκούετο*, φησὶ· καὶ εἰσήκουσεν αὐτῆς ὁ Θεός. Τοιαύτη ἦν αὐτῆς ἔνδοθεν ἡ κραυγὴ. *Καὶ εἶπεν αὐτῇ τὸ παιδάριον Ἥλει· Ἔως πότε μεθυσθήσῃ; Περιελούσα τὸν οἶνον σου ἀπὸ σοῦ, ἀπελθε ἐκ προσώπου Κυρίου.* Ἐνταῦθα μάλιστα ἔστι τὴν φιλοσοφίαν τῆς γυναικὸς ἰδεῖν. Ἐπὶ τῆς οἰκίας ἡ ἀντίζηλος ὕνειδίζεν· ἤλθεν εἰς τὸν ναόν, καὶ τὸ παιδάριον τοῦ ἱερέως ὕβρισε, καὶ ὁ ἱερεὺς

^a Reg. et Colb. duo ἐπαϊνέσωμεν... ζηλώσωμεν.

^b Τὸν οὐρανὸν deest in Colb. et in Reg

^c Colb. duo et Reg. ἱκετηρίαν ἐξέτεινε. Savil. et Morel. ἱκετηρίαν ἐξέβαλεν.

et sacerdotem; eratque gemina ejus uteri sanctificatio, et quod tali puero prægna esset, et quod conceptionis initium per precationem ac caelestem gratiam accepisset.

2. Onus autem illud non solum erat inopinatum et admirabile, verum et negotiationis modus fuit admirabilior: neque enim illud hominibus ullis vendidit aut negotiatoribus, sed protinus ut exposuerat e scapula, Deo vendidit: tantum autem hac negotiatione lucrum fecit, quantum facere par est eam, quæ cum Deo habuerit commercium. Etenim posteaquam eum fetum acceperat Deus, reddidit illi alterum filium: imo potius, non unum, neque duos, neque tres, neque quatuor tantum, sed his multo plures, *Quia sterilis*, inquit, *peperit septem* (1. Reg. 2. 5), et usura sortem excessit. Talis enim est negotiatio, quæ cum Deo geritur: non ille quantalucrumque sortis partem, sed multis partibus duplincatam reddit. Neque solum dedit illi proles conduminea, sed ex utroque sexu lucrum illius cumulavit, ut illi jam perfectum contigerit gaudium. Hæc eo commemoro, non ut laudetis tantum, sed et æmulemini¹ hujus mulieris fidem ac tolerantiam, quam ex parte quidem audistis nuper; verum ut reliquias persolvamus, concedite mihi pauca commemorare de sermonibus post primam precationem cum sacerdote ejusque ministro habitis, ut perspiciat mitem ac placidum hujus mulieris animum. *Et factum est*, inquit, *cum multiplicaret precationem in conspectu Domini, Heli sacerdos observabat os illius* (Ibid. 1. 12).

Duplicem Annæ virtutem laudat. Assidue orandum. — Geminam scriptor hic virtutem in femina suo testimonio comprobavit: in precibus assiduitatem et animi vigilantiam: illam quidem, cum ait, *Multiplicavit*; hanc, cum addidit, *In conspectu Domini*: nam omnes quidem oramus, sed non omnes in conspectu Dei. Etenim cum corpore in terra prostrato, et ore temere delirante, mens ubique per domum ac forum circumvagatur: quo ore talis posset dicere, quod oraverit in conspectu Dei? Nam in conspectu Domini orat, qui orat undique colligens suam mentem, nihil habens cum terra commercii, sed ad ipsum cælum² totus commigrans, omni cogitatione humana ab animo depulsa: quemadmodum id temporis hæc fecit mulier: totam enim sese collegerat ac mentem intenderat, atque ita Deum invocavit animo dolente. Sed cur dicit, eam multiplicasse precationem, quando exiguus est modus precationis, quam fudit mulier? Neque in longum produxit sermonem, neque in multum temporis extendit³ supplicationem, sed pauca nudaque verba proloquuta est. *ADONAI DOMINE ELOI SABAOTH, si respiciens respexeris ad humilitatem ancillæ tuæ, meique memor fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque ancillæ tuæ prolem masculinam, offeram illam dono in conspectu tuo, usque ad diem mortis ipsius. Vinum et quidquid in-*

¹ Reg. et Colb. duo, non ut laudemus tantum, sed et æmulemur, etc.

² Vox, cælum, deest in Colb. et Reg.

³ Sic Colb. duo et Reg., melius quam Savil. et Morel., qui habent, abjecti.

ebriat non bibit, et ferrum non ascendet super caput ejus (1. Reg. 1. 11). Quæ est hic verborum multitudo? Quid igitur innuit, cum ait, *Multiplicavit*? Hæc frequenter dicebat, nec destitit iisdem verbis iterandis multum temporis absumere. Ita et Christus in Evangelio docuit orare. Cum enim jussisset discipulis, ne more gentilium orarent, utentes multiloquio, etiam modum precationis docuit (*Matth. 6. 7*): ostendens, ut exaudiamur non esse situm in verborum multitudinem, sed in vigilantia mentis. Quomodo igitur, dixerit aliquis, si paucis orandum est, parabolam eis proposuit, admonentem semper esse orandum? Vidua quedam erat, quæ assidue appellando crudellem et inhumanum judicem, neque Deum timentem, neque homines reverentem, frequenter adiens flexit (*Luc. 18. 3-5*). Quomodo nos et Paulus hortatur dicens, *Precationi instantes* (Rom. 12. 12), ac rursus, *Indesinenter orate* (1. Thess. 5. 17)? Nam si verba proferre in longum non oportet, et tamen assidue orare, hoc cum illo pugnat. Non inter se pugnant ista; absit: sed magnopere inter se congruunt. Siquidem et Christus et Paulus jussit breves, sed crebras fieri precationes ex paucis intervallis. Nam si in longum extenderis verba, cum frequenter parum sis attentus, multam audaciam diabolo suppeditasti, ut accedat supplantetque, ac mentem ab iis quæ dicuntur avocet: quod si frequenter ac subinde oraveris, tempus omne crebris dirimens intervallis, facile poteris esse sobrius ac vigilans, ut precationem multa cum attentione perficias. Quod sane hæc fecit, dum non longo sermone, sed crebris ac frequentibus precibus adit Deum (1. Reg. 1. 12. 13). Deinde posteaquam sacerdos illi occlusit os: nam hoc est quod ait, *Observabat os ejus, et labia ejus movebantur, vox autem illius non audiebatur*: coacta est obedire sacerdoti, et ab orando desistere. Et vox quidem illi interclusa est, at non est exclusa fiducia, sed vehementius etiam cor clamabat intus. Nam illa potissimum est precatio, cum ab intimis voces sursum feruntur: hoc præcipue mentis est exercitata, non intentione vocis, sed animi fervore precationem absolvere.

3. Sic oravit et Moses: qui cum nihil voce resonaret, Deus tamen, *Quid, inquit, clamas ad me* (Exod. 14. 15)? Homines quidem externam hanc vocem tantum audiunt, at Deus et ante hanc intus inclamantes audit. Itaque fieri potest, ut etiam qui non clamant audiantur, ut per forum ambulans quis oret accuratissime, et in consessu amicorum aliorumque quidvis aliud agens vehementi clamore invocet Deum, clamore, inquam, interno, etiamsi nihil faciat, quod a quoquam præsentium sentiatur. Quod sane tum hæc fecit mulier. *Vox, inquit, illius non audiebatur*; et exaudivit illam Deus: tantus erat illius clamor interius. *Et dixit illi puer Heli: Quousque eris ebria? Discute vinum tuum abs te, et recede a conspectu Domini* (1. Reg. 1. 14). Hic potissimum licet hujus mulieris philosophiam perspicere. Domi exprobrabat æmula; venit in templum, et sacerdotis puer afficit illam contumelia, et increpat ipse sacerdos. Effugerat dome-

sicam tempestatem, venit in portum, et rursus invenit fluctus: venit acceptura medicamen, sed addita est probrorum plaga, qua vulnus cresceret, nedum curaretur. Scitis enim (a) quomodo animi moerentes adversus contumelias et convicia sint affecti. Sicut enim acerba vulnera ne levem quidem manus contactum ferunt: sic et animus perturbatus ac morosus ad omnia indignatur levique verbo mordetur et offenditur. Verum hoc non accidit huic mulieri, ne tum quidem, cum a puero conviciis peteretur. Nam si sacerdos fuisset conviciatus, non erat perinde miranda tolerantia: dignitatis quippe magnitudo, ac magistratus auctoritas vel invitam illam compulisset ad modestiam. Nunc vero nec adversus sacerdotis puerum indignata est: quo magis etiam sibi conciliavit Deum. Sic quoties opprobriis milleque malis affecti, conviciantes generoso ferimus animo, majorem nobis a Deo benevolentiam conciliamus.

Tolerantia conviciorum occasio meriti Davidi. — Et unde hoc liquet? Ex his quæ evenere Davidi. Quid autem illi evenit? Exsulabat aliquando e patria, simul et de libertate et vita sua periclitans, et exercitu adversus intemperantem illum juvenem tyrannum ac parricidam instructo, errabat in desertis (2. Reg. 16): nec tamen indignatus est, nec despondit animum apud Deum, neque dixit: Quid tandem hoc rei est? permisit ut filius insurgeret adversus illum, a quo genitus est: qui etiamsi quid haberet, de quo juste queri posset, non oportuit tamen id facere: nunc vero nec in parvo nec in magno læsus a nobis obambulat, cupiens dextram paterno sanguine polluere, et Deus hæc videns patitur. Sed nihil horum dixit. Quin quod profecto majus est et admirabilius, errantem et undique expulsum Semei quidam vir improbus ac scelestus insectatus est, homicidio pollutum et impium appellans aliisque innumeris conviciis impetens: at ne sic quidem fuit exasperatus. Quod si quis dixerit: Quid mirum si non ultus est, cum propter imbecillitatem ulciscendi potestatem non haberet? primum illud dixerim: non perinde mirarer eum, si diadema gestans et regno potiens, inque solio sedens conviciantem pertulisset, ut nunc illum et laudo, et admiror tempore calamitatis philosophantem. Nam illic et imperii magnitudo, et conviciantis vilitas sæpe persuasit, ut contumeliam negligeret. Multi reges frequenter similem animi moderationem præstiterunt, qui insignem conviciantium insaniam acceperunt pro excusatione. Neque enim æque nos in rerum prosperitate atque in adversis opprobria mordere solent: sed ubi concidimus, tunc magis pungunt nos, acriusque mordent convicia. De hoc porro aliud quiddam licet addere, videlicet quod illi fuerit in manu vindictam sumere, nec sumpserit. Atque uti perspicias eam animi moderationem non fuisse impotentis, sed patientis, cum id dux exercitus cuperet sibi committi, ut ad conviciantem transiret, ejusque caput

(a) Hoc probrum intulisse dicitur matri Samuelis puerive servus Heli secundum LXX interpretes. At in Hebræo et in vulgata ipse Heli solus inducitur Annam increpans.

amputaret, non solum non permisit David, verum etiam indignatus est, dicens: *Quid mihi tecum, fili Sarviæ? Sinite illum maledicere, ut videat Dominus humilitatem meam, et reddat mihi bona pro maledictis hujus in die hoc* (2. Reg. 16. 12): quod quidem et evenit.

4. Vide justum intellexisse magno animo perpeti convicia, occasionem esse adipiscendæ gloriæ? Hanc ob causam Saulem aliquando nactus inter geminum parietem, cum esset occidendi facultas, pepercit, idque, cum comites hortarentur, ut gladio confoderet (1. Reg. 24). Sed neque tam prompta occidendi facultas, neque comitum qui aderant provocatio, neque multarum injuriarum, quas perpressus fuerat, memoria, neque graviora patienda periculum, ad stringendum gladium illum impellere potuerunt: tametsi neque exercitui manifestus homicidii futurus erat, si eadem illam patrasset: siquidem spelunca erat, nec ullus alius aderat (a), nisi ipse solus. Neque dixit quod quispiam adulterium commissurus dicebat: *Tenebræ circum me et muri, quid timeo* (Eccli. 23. 26)? sed insomnem oculum spectabat, et sciebat infinitis partibus splendidiore esse sole Domini oculos. Idcirco sic omnia agebat et loquebatur tanquam ipso presente, et de iis quæ dicebantur, judicium ferente. Ait ergo, *Non inferam manum meam in christum Domini* (1. Reg. 24. 7). Non respicio improbitatem, sed respicio dignitatem. Neque mihi dicat aliquis illam esse violentum ac nefarium: ego enim Dei calculo honorem defero, quamvis indignus iste videatur. Non enim meum est hoc crimen, quod hic honore videatur indignus. Audiant qui sacerdotes aspernantur, discant quantam hic regi reverentiam exhibuerit. Tametsi multo dignior est honore ac veneratione sacerdos, quam rex, quanto ad majorem etiam vocatus est principatum. Discant non judicare, nec pœnas exigere, sed subjici ac cedere. Nam tu quidem vitam sacerdotis minime nosti, quantumvis abjectus ille sit ac vilis: hic vero cuncta probe noverat quæ Saül patrarat: nihilominus sic delatum illi a Deo principatum reverebatur. Quod autem, quamvis eos probe noveris, venia tamen et excusatione indignus sis, si magistratus contempnas, nec eorum dictis obtemperes, audi quo pacto hunc nobis prætextum per ea Christus eripuerit, quæ in Evangelio dixit: *Super cathedram Moysi sederunt scribæ et Pharisei: omnia ergo quæcumque dixerint vobis facienda facite; secundum vero opera eorum nolite facere* (Matth. 23. 2. 5). Videsne quo pacto quorum: deo depravati erant mores, ut digni essent, qui a discipulis reprehenderentur, eorum tamen adhortationem non aspernatus est, neque doctrinam rejecit? Hæc non eo dico, quod sacerdotes velim accusare: absit; siquidem vos conversationis ac pietatis eorum testes estis; sed ut longe majorem illis reverentiam et honorem exhibeamus. Neque enim adeo in illos, atque in nos ipsos utilitas dimanabit. *Qui recipit ergo prophetam in no-*

(a) Nescio cur dicat nullum alium adfuisse; aderant enim ipsius Davidis milites, narrante scriptura.

ἐπετίμησεν. Ἐφυγε τὸν οἶκον χειμῶνα, ἦλθεν εἰς λιμένα, καὶ κύματα πάλιν εὗρεν· ἦλθε φάρμακον λαβεῖν, ἢ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἔλαβεν, ἀλλὰ καὶ πληγὴν διὰ τῶν ὄνειδῶν προσεκτήσατο, καὶ τὸ ἔλκος μᾶλλον δι' αὐτῶν ἀνεξαίετο. Ἰστε γὰρ πῶς^α αἱ ὀδυνώμεναι ψυχαὶ πρὸς τὰς λοιδορίας καὶ τὰς ὑβρεῖς διάκεινται. Καθὰπερ γὰρ τὰ μείζονα τῶν τραυμάτων, οὐ τὴν β τυχούσαν ἐπιβολὴν τῆς χειρὸς ἀνεχόμενα, χεῖρονα γίνεται· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ τεταραγμένη δυσάρεστός τέ ἐστι, καὶ πρὸς ἅπαντα δυσχεραίνει, καὶ ὑπὸ τοῦ τυχόντος δάκνεται βήματος. Ἄλλ' ὅμως οὐδὲν τοιοῦτον ἔπαθεν ἡ γυνή, καὶ ταῦτα, τοῦ παιδὸς λοιδορουμένου. Εἰ μὲν οὖν ὁ ἱερεὺς ἦν ὁ ὕβρικώς, οὐχ οὕτω θαυμαστὴ ἦν ἡ ἀνεξικακία· τὸ γὰρ μέγεθος τοῦ ἀξιώματος, καὶ ὁ τῆς ἀρχῆς ὕψος καὶ ἄκουσας αὐτὴν ἔπειθε σωφρονεῖν. Νυκὶ δὲ οὐδὲ πρὸς τὸ παιδάριον τοῦ ἱερέως ἔδυσχεράνε· διὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον τὸν Θεὸν εἰς εὐνοίαν ἐπεσπάσατο. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ἂν λοιδορηθέντες^ε, καὶ μυρία παθόντες δεινὰ, τοὺς ὀνειδίζοντας φέρωμεν γενναίως, μείζονα παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν εὐνοίαν ἐπισπασόμεθα.

Πόθεν τοῦτο ὄηλον; Ἀπὸ τῶν τῷ Δαυὶδ συμβάντων. Τί δὴ οὐν οὕτως ἔπαθεν; Ἐξέπεσε ποτε τῆς πατρίδος, καὶ περὶ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἐκινδύνευσεν, καὶ τοῦ στρατοπέδου πρὸς τὸν ἀκόλαστον νεανίσκον τὸν τύραννον ἐκείνον καὶ πατραλοῖαν μεταταξαμένου, ἐπλανᾶτο κατὰ τὴν ἔρημον, καὶ οὐκ ἔδυσχεράνε, οὐδὲ ἀπεδυσπέτησε πρὸς τὸν Θεόν, οὐδὲ εἶπε· Τί ποτε τοῦτό ἐστι; συνεχώρησε τῷ παιδί καταεξαναστῆναι τοῦ γεγεννηκότος; καίτοι καὶ εἰ δίκαια ἐγκαλεῖν εἶχεν, οὐδὲ οὕτω τοῦτο γενέσθαι ἔδει· νυκὶ δὲ οὐ μικρὸν, οὐ μέγα ἠδικημένους παρ' ἡμῶν, περιέρχεται τὴν δεξιὰν ἐπιθυμῶν αἵματα μολῶναι πατρικῶ, καὶ ὁ Θεὸς ἀνέγεται ταῦτα ὀρών. Ἄλλ' οὐδὲν τούτων εἶπε. Καὶ τὸ δὴ μείζον καὶ θαυμαστόν, ὅτι πλανωμένῳ, καὶ πάντων ἐκπεπτωκότι, Σεμεὶ τις ἄνθρωπος πονηρὸς καὶ μιαιρὸς ἐπέθετο αὐτῷ, μιαιφόνον ἀποκαλῶν καὶ ἀσεβῆ, καὶ ἑτέροις μυριοῖς αὐτὸν πλύων ὀνειδίσει· ὁ δὲ οὐδὲ οὕτως^δ ἠγγίανεν. Εἰ δὲ λέγωι τις· Ναὶ τί θαυμαστόν, ὅτι οὐκ ἠμύνατο [716] ἀσθενῆς ὢν, καὶ οὐκ ἰσχύων; πρῶτον μὲν ἐκείνῳ ἂν εἴποιμι, ὅτι οὐχ οὕτως αὐτὸν ἐθαύμασα εἰ τὸ διάδημα καὶ τὴν βασιλείαν ἔχων, καὶ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθήμενος, εἶτα λοιδορούμενος ἤνεγκεν, ὡς νῦν αὐτὸν ἐπαινῶ καὶ ἐκπλήττομαι ἐν τῷ καιρῷ τῆς συμφορᾶς φιλοσοφῆσαντα. Τότε μὲν γὰρ ὁ τῆς ἀρχῆς ὕψος, καὶ τὸ εὐτελεθ τοῦ ὕβριζόντος καταφρονῆσαι αὐτὸν πολλάκις ἐπειθε. Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι βασιλεῖς πολλάκις τοιαῦτα ἐφιλοσόφησαν, τὴν ὑπερβολὴν τῆς μανίας τῶν ὕβρικῶτων εἰς ἀπολογίαν λαβόντες. Οὐ γὰρ ὁμοίως ἡμῶν εὐημερίας ἀπολαύοντων, καὶ κακουμένων, τὰ ὀνειδῆ καθάπτεσθαι πέφυκεν· ἀλλ' ὅταν πταίσωμεν, τότε καθικνεῖται μειζύων ἡμῶν, καὶ δάκνει σφοδρότερον. Ἐπὶ δὲ τούτου, καὶ ἕτερόν τι πρὸς τοὺς εἰρημένους ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι καὶ κύριος ἦν ἀμύνασθαι, ἀλλ' οὐκ

ἠμύνατο. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐκ ἀσθενείας, ἀλλ' ἀνεξικακίας ἦν ἡ φιλοσοφία, τοῦ στρατηγικοῦ τότε ἀξιούτου ἐπιτραπῆναι διαβῆναι, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν τὴν ἐκείνου, οὐ μόνον οὐκ ἐπέτρεψεν ὁ Δαυὶδ, ἀλλὰ καὶ ἔδυσχεράνε, λέγων· *Τί ἐμοὶ καὶ σοί, υἱὲ Σαρουῖα;* Ἄφεςτε αὐτὸν καταρᾶσθαι, ὅπως ἴδοι τὴν ταπεινώσιν μου Κύριος, καὶ ἀνταποδῶ μοι ἀγαθὰ ἀντὶ τῆς κατάρας αὐτοῦ τῆς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ· ὅπερ οὖν καὶ ἐγένετο.

δ'. Ὁρᾶς πῶς οἶδεν ὁ δίκαιος, ὅτι τὸ φέρειν γενναίως τὰς λοιδορίας, ἀφορμὴ πλείονος εὐδοκίμησεως γίνεται; Διὰ τοῦτο ποτε καὶ τὸν Σαοὺλ εἰσω διπλοῦ τειχίου λαβῶν, καὶ κύριος ὢν ἀποσφάξαι, ἐφείσατο· καὶ ταῦτα, τῶν παρόντων κελεύοντων ὠθησάι τὸ ξίφος. Ἄλλ' οὔτε τὸ τῆς ἐξουσίας εὐκολον, οὔτε τὸ παρ' ἐτέρων παροξύνεσθαι, οὔτε τὸ πολλὰ πεπονθέναι δεινὰ, οὔτε τὸ προσδοκᾶν πείσεσθαι χαλεπώτερα, συνεχώρησεν ἐλκύσαι τὸ ξίφος· καίτοι γε οὐδὲ τῷ στρατοπέδῳ κατάφωρος ἐμελλεν ἔσεσθαι ταύτην ἐργασάμενος τὴν σφαγὴν. Σπήλαιον γὰρ ἦν, καὶ οὐδεὶς ἕτερος παρῆν, ἀλλὰ μόνος αὐτός. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅπερ τις μοιχείαν ἐργαζόμενος ἔλεγε, *Σκότος κύκλω μου καὶ τοῖχοι, εἰ εὐλαθούμαι;* ἀλλ' εἴωρα τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμόν, καὶ ἦδει ὅτι ὀφθαλμοὶ Κυρίου μυριοπλαστῶς ἧλιον φωτεινότεροι. Διὰ τοῦτο πάντα οὕτως ἐπραττέτε καὶ ἔλεγεν, ὡς ἐκείνου παρόντος, καὶ δικάζοντος τοῖς λεγομένοις, καὶ φησιν· *Οὐ μὴ ἐπαργῶ τὴν χεῖρά μου ἐπὶ χριστὸν Κυρίου.* Οὐχ ὀρῶ τὴν πονηρίαν, ἀλλ' ὀρῶ τὴν ἀξίαν. Μὴ μοι λεγέτω τις ὅτι βίαιος καὶ μιαιρὸς οὗτος· ἐγὼ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ τιμῶ ψήφον, κἂν οὗτος ἀνάξιος φαίνεται. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἐμὸν ἐγκλημα, τὸ τοῦτον ἀνάξιον φανῆναι τῆς τιμῆς. Ἀκουέτωσαν ὅσοι καταφρονοῦσιν ἱερέων, μανθανέτωσαν ὅσην εὐλάβειαν οὗτος περὶ βασιλέα ἐπεδείξατο. [717] Καίτοι πολὺ τιμιώτερος καὶ αἰδουσιμώτερος ὁ βασιλεὺς ὁ ἱερεὺς, ὅσον καὶ ἐπὶ μείζονα ἀρχὴν κέκληται. Μανθανέτωσαν μὴ κρίνειν, μηδὲ εὐθύναις ἀπαιτεῖν, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι καὶ εἰκεῖν. Σὺ μὲν γὰρ τὸν τοῦ ἱερέως βλον, κἂν φαῦλος ἦ τις καὶ ἡμελημένος, οὐκ οἶδας· οὗτος δὲ ἦδει μετ' ἀκριβείας ἅπαντα, ὅσα ἐποίησεν ὁ Σαοὺλ· ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως ἠδεῖτο τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ δοθεῖσαν ἀρχήν. Ὅτι δὲ κἂν εἰδῶς ἦς ἀκριβῶς, οὐκ ἔχεις ἀπολογίαν, οὐδὲ συγγνώμην, καταφρονῶν τῶν προεστώτων, καὶ παρακούων τῶν λεγομένων, ἄκουσον πῶς καὶ ταύτην ἡμῶν ἀνείλε τὴν πρόφασιν ὁ Χριστὸς, δι' ὧν φησιν ἐν Εὐαγγελίοις, *Ἐπὶ τῆς καθέδρου Μωϋσέως ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς, καὶ οἱ Φαρισαῖοι· πάντα οὖν ὅσα ἂν εἰπωσιν ὑμῖν ποιεῖν, ποιεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε.* Ὁρᾶς πῶς ὢν ὁ βλος οὕτω διεφθαρμένος ἦν, ὡς ἄξιος· εἶναι διαβολῆς τοῖς μαθητευομένοις, τούτων τὴν παραινέσιν οὐκ ἠτίμασεν^ε, οὐδὲ τὴν διδαχὴν ἐξέβαλε; Ταῦτα δὲ λέγω, οὐχὶ τῶν ἱερέων κατηγορεῖν βουλόμενος· μὴ γένοιτο· καὶ γὰρ ὑμεῖς μάρτυρες ἦτε τῆς τε ἀναστροφῆς αὐτῶν καὶ τῆς εὐλαθείας ἀπάσης· ἀλλ' ἵνα ἐκ πολλῆς τῆς περιουσίας πολλὴν αὐτοῖς τὴν αἰδῶ καὶ τὴν τιμὴν παρέχωμεν. Οὐ γὰρ αὐτοὺς τοσοῦτον, ὅσον ἡμᾶς αὐτοὺς ὠφελήσαμεν. Ὁ δεχόμενος οὖν προφήτην εἰς δρομα προφήτου, μισθὸν προ-

^α Colb. λαβεῖν, καὶ τὸ ἔλκος ἀνεδέξατο. Ἰστε γὰρ πῶς. Alius Colb. ἀνεξάινετο. Ἰστε.

^β Colb. duo et Reg. καθὰπερ τὰ τραχύτερα τῶν τραυμάτων, οὐδὲ τὴν.

^ε Ἐπεσπάσατο. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει ἐπειδ' ἂν λοιδορηθέντες Colb. duo et Reg.

^δ Colb. duo et Reg. καὶ τὰ μυρία κακὰ καὶ οὐδὲ οὕτως.

^ε Colb. et Reg. τιμιώτερον καὶ αἰδουσιμώτερον.

^ε Colb. duo et Reg. ἠτίμασεν.

φθίου λήψεται. Εἰ γὰρ τοὺς ἀλλήλων βίους οὐκ ἐπι-
 τράπημεν κρίνειν^α, πολλῷ μᾶλλον τοὺς τῶν πατέρων.
 Ἄλλ' ὅπερ ἔλεγον (πάλιν γὰρ ἐπὶ τὴν γυναῖκα ταύτην
 ἐπανελθεῖν ἀναγκαῖον), καὶ ὅτι τὸ φέρειν γενναίως
 πᾶς λοιδορίας πολλῶν ἡμῖν ἀγαθῶν αἰτίον γίνεται,
 τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωὺ συνέβη. Καὶ γὰρ ἐκείνον οὐχ
 οὕτω θαυμάζω πρὸς τῆς παραινέσεως τῆς γυναικός,
 ὡς μετὰ τὴν ὀλεθρίαν συμβουλήν ἐκείνην. Καὶ μὴ τις
 παράδοξον εἶναι νομιζέτω τὸ λεγόμενον. Πολλάκις
 γοῦν οὐς ἡ τῶν πραγμάτων φύσις οὐχ ὑπεσκέλισε,
 ῥῆμα καὶ παραινέσεις διεφθαρμένη κατέλυσε. Ὅπερ
 οὖν καὶ ὁ διάβολος συνείδως, μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς πείρας
 πληγὴν, καὶ τὴν διὰ τῶν ῥημάτων ἐπάγει προσβολήν·
 ὅπερ οὖν ἐποίησεν καὶ ἐπὶ τοῦ Δαυὶδ. Ἐπειδὴ γὰρ
 εἶδεν αὐτὸν γενναίως ἐνεγκόντα τὴν ἐπανάστασιν τοῦ
 παιδός, καὶ τὴν παράνομον ἐκείνην τυραννίδα, βουλό-
 μενος ὑποσκελίσαι τὴν διάνοιαν, καὶ πᾶσαι εἰς ὄργην
 ἐκπεσεῖν, καθῆκεν ἐκείνον τὸν Σεμεεὶ^β, ῥήμασι πι-
 κροῖς παρασκευάσας δακεῖν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν. Τοῦτο
 καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωὺ ἐκακούρησεν. Ὡς γὰρ εἶδε κάκει-
 νον καταγελάσαντα αὐτοῦ τῶν βελῶν, καὶ ὡςπερ ἀδα-
 μάντινον πύργον ἰπρὸς πάντα στάντα γενναίως, καθ-
 ὥπλισε τὴν γυναῖκα, ἵνα ἀνυπόποτος ἡ συμβουλή γένη-
 ται, καὶ ἐνέκρουσε τὸ δηλητήριον τοῖς ἐκείνης ῥήμασι,
 καὶ τὴν συμφορὰν ἐτραγώδησε. Τί οὖν ὁ γενναῖος
 ἐκείνος^γ; *Ἴνα τί ὡς μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν
 ἐλάλησας; Εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς Κυ-
 ρίου, τὰ κακὰ οὐχ* [718] *ὑποίσομεν;* Ὁ δὲ λέγει,
 τοιοῦτόν ἐστιν. Εἰ μὴ Δεσπότης ἦν, μὴδὲ τοσοῦτον
 ἡμῶν ὑπερέχων, ἀλλὰ φίλος τις ὁμότιμος, ποίαν εἴχο-
 μεν ἀπολογία, τοσαῦτα εὐεργετηθέντες παρ' αὐτοῦ,
 καὶ τοῖς ἐναντίοις αὐτῶν ἀμειβόμενοι; Εἶδες^δ γνώμην
 φιλόθεον, καὶ πῶς οὐ μεγαλοφρονεῖ, οὐδὲ ἐναδρύνεται
 ἐπὶ τῇ γενναίως ἐνεγκεῖν τὰς ὑπὲρ φύσιν ἐκείνας
 πληγὰς, οὔτε σοφίας εἶναι νομίζει καὶ μεγαλοφυχίας
 τὴν τοσαύτην ὑπομονήν, ἀλλ' ὡςπερ ἀναγκαῖον θφλη-
 μα ἐκτινύς, καὶ οὐδὲν ἀπεικὸς παθῶν, οὕτως ἐκ
 περιουσίας τὸ γύναιον ἐπεστόμισε; Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς
 γυναικὸς ταύτης γέγονεν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν αὐτὴν
 γενναίως φέρουσαν τὴν ἀπαιδίαν, καὶ τῷ Θεῷ προσ-
 πέπουσαν, καθῆκε τὸ παιδάριον τοῦ ἱερέως, ὥστε
 μᾶλλον αὐτὴν ἀγριᾶναι^ε. Ἄλλ' οὐδὲν τούτων ἔπαθεν
 ἡ γυνή, ἀλλὰ μελετήσασα φέρειν τὰς λοιδορίας ἐπὶ
 τῆς οἰκίας, καὶ τοῖς ὄνειδισιν ἐγγυμνασαμένη τῆς
 ἀντιζήλου, ἀδελφῶν λοιπὸν πρὸς τὰς τοιαύτας ἀπεδύετο
 προσβολάς. Διὸ καὶ ἐν τῷ ἱερῷ πολλὴν ἐπιείκειαν ἐπε-
 δεῖκνυτο, ἀνδρείως μᾶλα καὶ μεγαλοφύχως τὰ σκώμα-
 τα φέρουσα, τὰ ἐπὶ τῇ μέθῃ καὶ τῇ παροινίᾳ. Οὐ-
 δὲν δὲ ὄλον καὶ αὐτῶν ἀκούσαι τῶν ῥημάτων. Εἰπόν-
 τος γὰρ τοῦ παιδαρίου· *Περὶ τοῦ οἴνου σου ἀπὸ
 σοῦ, καὶ ἀπέλθε ἐκ προσώπου Κυρίου, ἀπεκρίθη
 ἡ Ἄννα, καὶ εἶπεν, Οὐχί, κύριε.* Τὸν ὕβρισαντα
 δεσπότην ἐκάλεσε. Καὶ οὐκ εἶπεν ὁ πολλοὶ τῶν ἀνθρώ-
 πων λέγουσιν· Εἰπέ μοι ταῦτα ὁ ἱερεὺς; ταῦτα ὁ δι-
 δάσκων τοὺς ἄλλους εἰς μέθην καὶ παροινίαν ἐσκωψεν;
 ἀλλ' ἐσχόπησεν ὅπως ἀποκρούσαιο μόνον τὴν ὑπό-
 νοιαν, καίτοι γε οὐκ οὔσαν ἀληθῆ.

ε'. Ἡμεῖς δὲ πολλάκις, ἐπειδὴν λοιδορηθῶμεν, δέον

^α Colb. ἐρευνᾶν pro κρίνειν.

^β Colb. unus Σεμεί.

^γ Colb. ὁ μακάριος ἐκείνος. Sic et Reg. qui addit καὶ γεν-
 ναῖος, itemque Colb. alius.

^δ Colb. duo et Reg. καὶ τὰ ἐναντία οὐ φέροντες. Εἶδες.
 Paulo post Colb. unus et Reg. οὔτε φιλοσοφίας εἶναι νομίζει.

^ε Colb. ἐξαγριώσαι. Infra idem ἐγγυμνασαμένη.

ἀπολογησασθαι καὶ ἀπαλλαγῆναι, ἐξάπτομεν τὸ πῦρ,
 καὶ καθάπερ θηρία τοῖς ὕβρικοσίν ἐπιτηδῶμεν, ἀγ-
 χοντες, ἔλκοντες, εὐθύνας ἀπαιτοῦντες τῶν εἰρημέ-
 των, καὶ τούτοις αὐτοῖς, οἷς ποιούμεν, τὴν καθ' ἡμῶν
 βεβαιοῦντες ὑπόνοιαν. Εἰ γὰρ βούλει δεῖξαι τοῖς ὕβρι-
 κόσιν, ὡς οὐ μεθύεις, δεῖξον διὰ πραότητος καὶ ἐπιει-
 κείας, μὴ δι' ὕβρεως, μὴδὲ διὰ λοιδορίας. Ἄν μὲν
 γὰρ τυπτήσης τὸν ὕβρικότα, μέθην σου καταγνώ-
 σονται πάντες· ἂν δὲ γενναίως ἐνέγκῃς, ἀπεκρούσω
 διὰ τῶν ἔργων τὴν πονηρὰν ὑπόψιν· ὅπερ οὖν καὶ ἡ
 γυνὴ τότε ἐποίησε, καὶ εἶπούσα, *Οὐχί, κύριε, δι' αὐ-
 τῶν τῶν πραγμάτων ἐδεῖκνυτο, ὅτι ψευδὴς ἦν ἡ ὑπο-
 ψία. Πόθεν δὲ ὄλωσεν καὶ ὑπώπτευσεν ὁ ἱερεὺς τοῦτο;*
μὴ γὰρ γελῶσαν εἶδε; μὴ γὰρ χορεύουσαν; μὴ γὰρ
περιφερομένην καὶ καταπίπτουσαν; μὴ γὰρ αἰσχρόν
τι καὶ ἀνελεύθερον φεβγομένην ῥῆμα; Πόθεν οὖν
ταύτην ἔσχε τὴν ὑπόνοιαν; Οὐχ ἀπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν
ἐκείνος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς ἡμέρας· καὶ γὰρ ἦν
τὸ μεσημβρινόν, ὅτε τὴν εὐχὴν ἐποίητο. Πόθεν τοῦτο
ᾄδον; Ἄπ' αὐτῶν τῶν ἀνωθεν εἰρημένων. Ἄρεστη
 γὰρ, φησὶν, *Ἄννα μετὰ τὸ φαγεῖν αὐτοῦς* [719] *ἐν Σηλωμ, καὶ μετὰ τὸ πιεῖν, καὶ κατέστη ἐνώπιον*
Κυρίου. Ὁρᾶς; Ὅν ἀνέσεως καιρὸν ποιοῦνται ἅπαν-
 τες, τοῦτον εὐχῆς ἐποιεῖτο αὐτὴ καιρὸν, καὶ μετὰ
 τράπεζαν πρὸς ἱκετηρίαν ἀνέτρεχε, καὶ πηγὰς ἤφει
 δακρύων, καὶ διάνοιαν παρεῖχε σωφρονούσαν καὶ νή-
 φουσαν, καὶ μετὰ τράπεζαν οὕτως ἔκτενως ἤξαστο, ὡς
 δῶρον ὑπὲρ φύσιν λαβεῖν, καὶ λύσαι στείρωσιν, καὶ
 φύσιν ἀσθενήσασαν διορθῶσαι. Ταῦτα τοῖνον ἀπὸ τῆς
 γυναικὸς ἐκερδάναμεν, ὥστε εἰδέναι μετ' εὐωχίαν εὐ-
 χεσθαι. Ὁ γὰρ πρὸς τοῦτο παρεσκευασμένος, οὐδέ-
 ποτε εἰς μέθην καὶ παροινίαν ἐκπεσεῖται, οὐδέποτε
 ὑπὸ ἀδδηφαγίας διαβράγῃσεται, ἀλλὰ τὴν προσδοκίαν
 τῆς εὐχῆς ἀντὶ χαλινου τοῖς λογισμοῖς ἐπιχειμένην
 ἔχων, μετὰ τοῦ προσήκοντος μέτρου τῶν παρακειμέ-
 νων ἕψεται πάντων, καὶ πολλῆς μὲν τὴν ψυχὴν, πολ-
 λῆς δὲ τὸ σῶμα ἐμπλήσει τῆς εὐλογίας. Τράπεζα
 γὰρ ἀπὸ εὐχῆς ἀρχομένη, καὶ εἰς εὐχὴν καταλήγουσα,
 οὐδέποτε ὑστερηθήσεται, ἀλλὰ πηγῆς θαυμάσιον
 ἅπαντα ἡμῖν ὀσει τὰ ἀγαθὰ. Μὴ δὴ τοσοῦτον παρ-
 ορῶμεν κέρδος. Καὶ γὰρ ἄτοπον τοὺς μὲν οἰκέτας τοὺς
 ἡμετέρους, εἰ ποτέ τι τῶν παρακειμένων λάβοιεν
 παρ' ἡμῶν μέρος, εὐχαριστεῖν τε ἡμῖν καὶ μετ' εὐ-
 φημίας ἀναχωρεῖν· ἡμᾶς δὲ τοσοῦτων ἀπολαύοντας
 ἀγαθῶν μὴδὲ τοσαύτην ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ τὴν τιμὴν,
 καὶ ταῦτα, μέλλοντας πολλῆς ἀπολαύσεσθαι τῆς ἀσφα-
 λείας. Ὅπου γὰρ εὐχὴ καὶ εὐχαριστία, ἀγίου Πνεύ-
 ματος παραγίνεται χάρις, καὶ φυγαδεύονται δαίμονες,
 καὶ πᾶσα ἀντικειμένη δύναμις δραπετεύει καὶ ἀφ-
 ἴσταται. Ὁ μέλλων εἰς εὐχὴν τρέπεσθαι, οὐδὲν ἄτοπον
 τολμᾶ φθέγασθαι, οὐδὲ ἐν μέσῃ τραπέζῃ· κἂν φθέγ-
 ξηται, μεταγινώσκει ταχέως. Διὸ χρὴ καὶ ἀρχομέ-
 νους καὶ λήγοντας εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ· μάλιστα μὲν
 γὰρ οὐδὲ εἰς μέθην ἐκπεσοῦμεθα βράδιος, καθάπερ
 ἐφθην εἰπών, εἰ καταστήσασιν εἰς ταύτην ἑαυτοῦς
 τὴν συνήθειαν. Ὅστε καὶ κραιπαλῶν κἂν μεθῶν
 ποτὲ ἀναστής, μὴδὲ οὕτω καταλύσῃς τὸ ξθος, ἀλλὰ
 κἂν καρηθαρῶμεν, κἂν περιφερόμεθα καὶ καταπί-

mine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet (Math. 40. 41). Si enim de nostra invicem vita iudicium ferre prohibemur, multo magis de patrum vita. Sed quod dicere institueram (rursus enim ad hanc redire mulierem oportet), quotiescumque convicia excelso ferimus animo, multorum nobis bonorum causam id fieri, possumus et ipsi Job cernere contigisse. Neque enim illum perinde miror, priusquam esset ab uxore instigatus, ut post illud perniciosum consilium. Verum ne cui videatur incredibile quod narro: frequenter quos ipsa rerum natura non subvertit, verbum corruptaque exhortatio devicit. Quod cum non ignoraret diabolus, post inflictum vulnus, ut experiretur, etiam per sermones fecit insultum; quod etiam fecit in Davide. Posteaquam enim vidit illum generosè tulisse filii rebellionem, et impiam illam tyrannidem, volens supplantare Davidis mentem, atque ad iracundiam movere, aggressus est illum amarulentis Semei verbis, hoc agens, ut morderet animum illius. Hoc ipsum et in beatum Job astu molitus est. Ut enim perspexit et illum sua deridere jacula, neque secus atque turrim quamdam adamantinam adversus omnia fortiter consistere, obarmavit in eum uxorem, quo videlicet non esset suspectum consilium, et venenum verbis feminæ textit, calamitatem exaggerans. Quid igitur ille magnanimus? *Cur loquuta es, inquit, sicut una de stultis mulieribus? Si bona accepimus de manu Domini, mala non excipimus (Job 2. 10)?* Quod autem hic dicit, hunc sensum habet: Si non esset, inquit, Dominus, neque tanto nobis excellentior, sed amicus aliquis pari conditione: quam haberemus excusationem, si tot tantisque affecti beneficiis, etiam contrariis eum remuneraremur? Vides ut vir Deum diligens, nec effertur animo, nec gloriatur, quod plagas illas humanam naturam excedentes fortiter toleret, neque suæ sapientiæ vel magnanimitati tribuit¹ tam insignem tolerantiam, sed quasi debitum exsolvisset, nihilque præter æquum accidisset, ita strenue mulieri os occlusit? Idem factum est in hac muliere. Nam simul ut satanas perspexit eam magno animo ferre sterilitatem, immisit sacerdotis puerum, qui magis illam exacerbaret. At nihil horum accidit mulieri: sed domi parata ad perferenda maledicta, æmulæque conviciis exercitata, intrepide adversus ejusmodi assultus ferendos se accingebat. Quapropter in templo multam præstitit humanitatem, viriliter et magno animo scommata perferens, dum vocatur temulentia ac vinolenta. Nihil autem vetat et ipsa mulieris audire verba. Cum enim puer dixisset, *Digere vinum tuum abs te, et recede a conspectu Domini: respondit Anna, et dixit: Nequaquam, domine (1. Reg. 1. 14. 15).* Qui contumeliose loquutus fuerat, eum appellat dominum. Non dixit quod plerique solent homines, Istante sacerdos? ista qui alios docet, temulentiam ac vinolentiam mihi exprobrat? sed illud spectabat, quomodo suspicionem depelleret, licet falsam.

5. *Quomodo ferendæ contumeliæ. Precatio ad men-*

sam.—Nos contra, si quando conviciis appetimur, cum oporteret excusare et in gratiam redire, excitamus incendium, ac ferarum in morem insilimus in conviciatores, præfocantes, trahentes, pro dictis pœnam repositos, atque his ipsis factis suspicionem de nobis confirmamus. Nam si cupis exprobrantibus ostendere te non esse temulentum, ostende per mansuetudinem, ostende per humanitatem, non per contumelias et convicia. Nam si percusseris eum qui te afflicti conviciis, temulentiam tuam condemnaturi sunt omnes; sin magno pertuleris animo, factis ipsis depuleris malam de te suspicionem: id quod tum hæc fecit mulier. Cum enim diceret, *Nequaquam, domine: re ipsa declaravit, falsam esse illius suspicionem.* Unde autem hoc vel suspicari potuit sacerdos? num ridentem vidit? num saltantem? num titubantem et concidentem? num audivit verbum obscœnum, aut illiberale? Unde igitur concepit hanc suspicionem? Haud ille quidem temere, nullaque de causa; sed ex diei tempore: erat enim meridies cum precaretur illa. Unde hoc liquet? Ex iis quæ locum hunc præcedunt. *Surrexit, inquit, Anna, postquam illi comederant et biberant in Selom, et post potum constitit in conspectu Domini (1. Reg. 1. 9).* Viden? Quod omnes faciunt tempus relaxationis, illa fecit tempus precationis: post convivium accurrens ad supplicationem, fontes lacrymarum emisit, mentemque præ se tulit sobriam ac vigilantem: ac post epulas adeo intente oravit, ut donum acciperet supra naturam, solveretque sterilitatem, ac naturæ imbecillitatem corrigeret. Hoc igitur a femina lucri consequuti sumus, ut sciamus et post convivium orare. Quisquis enim ad hoc præparatus fuerit, numquam in ebrietatem aut vinolentiam incidet, numquam crapula disrumpetur: sed quoniam expectationem precationis habet pro freno impositam animo, conveniente mensura attinget ex omnibus quæ fuerint apposita, multaque benedictione tum animum, tum corpus implebit. Convivium enim quod a precatione cœptum in precationem desinit, numquam deficiet, sed quovis fonte uberius nobis omnia adferet bona. Ne igitur tantum negligamus lucrum. Absurdum enim fuerit, si cum famuli nostri, si quando partem aliquam eorum que nobis apposita sunt acceperint, nobis gratias agant, beneque nobis precantes abeant: nos, cum tot tantisque fruamur bonis, ne hoc quidem honoris Deo persolvamus, licet hinc multam simus assequuturi securitatem. Ubi enim precatio et gratiarum actio, eo sancti Spiritus adventu gratia, abiguntur dæmones, et omnis adversaria potestas diffugit ac discedit. Qui se conversurus est ad orandum, non audet quiddam absurde loqui, ne in medio quidem convivio: aut si loquutus fuerit, mox resipiscit. Proinde oportet tum in initio, tum in fine convivii gratias agere Deo ob hanc præcipue causam, quod ut dicere cœperam, haud facile prolaberemur in ebrietatem, si nos ipsos in hanc consuetudinem constituerimus. Quin si quando surrexeris crapula potuque gravatus, ne sic quidem abjicias consuetudinem: sed quamvis habeamus gravatum caput, quamvis ver-

¹ Colb. unus et Reg., neque philosophia tribuit.

tigine circumferamur, et concidamus, nihilo secius tamen oremus, nec aboleamus consuetudinem. Etenim si præcedenti die ad hunc oraveris modum, postridie corriges dedecus pridie commissum. Quoties igitur prædebimus, meminerimus hujus mulieris, et illius lacrymarum, nec non præclaræ ejus ebrietatis. Nam ebria erat mulier, non e vino, sed ex abundantia pietatis. Etenim si post prandium talis fuit, qualis erat sub auroram? si tam instanter oravit post cibum et potum, qualis erat jejuna?

6. Redeamus igitur denuo ad verba illius, verba multa plena philosophiæ, multaque referta mansuetudine. Cum enim dixisset: *Nequaquam, domine, subjecit: Mulier in duro die sum ego, vinum et quod inebriat non bibi* (1. Reg. 1. 15). Observa quomodo nec hic commemorat æmulæ convicia, neque traducit illius malitiam, nec domesticam calamitatem exaggerat evulgans? sed hactenus aperit suam anxietatem, ut tantum sese apud sacerdotem purgaret. *Mulier in duro die ego sum: vinum et quidquid inebriat non bibi, sed effundo animam meam¹ coram Domino.* Non ait, Deprecor Dominum, supplico Domino, sed, *Effundo animam meam coram Domino: hoc est, Me ipsam totam converti ad Dominum, mentem meam evacuavi apud illum, toto animo, totaque virtute precepcionem meam peregi, Deo narravi calamitatem meam, ostendi vulnus; ille potest dare remedium. Ne des ancillam in faciem, in filiam pestilentem* (1. Reg. 1. 16). Rursus ancillam appellat seipsam, multam adhibens curam, ne a sacerdote malam referat famam: nec apud se dixit: Quid mihi curæ est istius calumnia? ignoranter ac temere accusat, suspicatur ubi nihil erat opus; mea conscientia pura esto, et omnes me traducant: sed apostolicam illam implevit legem, quæ præcipit ut provideamus bona non tantum coram Domino, sed etiam coram hominibus (Rom. 12. 17). Atque omni modo suspicionem depulit, cum ait, *Ne des ancillam tuam in faciem, in filiam pestilentem.* Quid autem est, *In faciem?* Ne me existimes effrontem et impudentem esse. Angoris, non violentiæ est hæc audacia: mœroris, non ebrietatis. Quid igitur sacerdos? Considera et illius prudentiam: non inquisivit curiose de genere calamitatis, non exactius scrutatus est angoris causam: sed quid ait? *Vade in pace; det tibi Dominus Deus Israel omnem petitionem, quam ab eo petisti* (1. Reg. 1. 17). Mulier ex accusatore fecit patronum. Tantum bonum est humanitas ac mansuetudo. Pro contumelia copioso accepto viatico discessit, eumque nacta est propugnantem et intercessorem, quem habuerat ohjurgatorem. Ac ne sic quidem destitit, sed rursus ait: *Inveniat ancilla tua gratiam in oculis tuis* (Ibid. v. 18): hoc est: Utinam e fine rerumque exitu discas, me hanc precepcionem obsecrationemque fecisse, non ex violentia, sed ex angore: *Et cum abiit, inquit, non amplius concidit.* Vides mulieris fidem? Priusquam acciperet quod postularat, perinde confisa est,

¹ Colb. duo, sicut et Reg., *precepcionem meam*; minus recte.

quasi jam accepisset. In causa erat, quod oraret multo cum fervore, multoque studio citra ullam hæsitacionem. Hanc ob rem abiit quasi totum impetrasset. Quin insuper Deus jam totam anxietatem illi excussit ex animo, largiturus donum quod petebat.

Moralis epilogus. — Hanc feminam imitemur et nos, et in omnibus afflictionibus ad Deum confugiamus. Et si nobis non fuerint liberi, ab illo postulemus; quos si acceperimus, multa cura educemus: adolescentes cum ab omni vitio sevocemus, tum præcipue a lascivia, quod hoc difficile sit bellum, nec alia res molestior sit illi ætati, quam hic morbus. Undique igitur circumvallemus illos consiliis, adhortationibus, terroribus, minis. Si hanc devicerint cupidinem, nec ab aliis facile expugnabuntur, sed et pecuniis erunt superiores, et temulentiam violentiamque superabunt, et improbos convictus omni studio discutient, et amabiles erunt parentibus, et omnibus hominibus magis reverendi. Quis enim non revereatur juvenem casti sobriæque viventem? quis non amplectatur, exosculeturque eum qui cupiditatibus frenum imposuit? quis non vel e numero prædicitum multa cum gratia volet illi locare filiam suam, etiamsi fuerit omnium pauperrimus? Sicut e diverso luxuriose viventem, etiamsi fuerit omnium opulentissimus, nemo tam miser est, nemo tam abjectæ fortunæ, ut sibi generum velit adsciscere: contra nullus adeo stultus est, ut sobrium ac pudicum rejiciat, ac dedecore afficiat. Ut igitur filii et hominibus reverendi fiant, et Deo amabiles, exornemus illorum animos, cumque pudicitia ad conjugium perducamus. Sic enim illis velut e fonte provenient omnia, et Deum habituri sunt propitium, ac præsentis futuræque vitæ gloria perfruentur: quam assequi contingat nobis omnibus, gratia et bonitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, honor, imperium, simul cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

SERMO III.

De Anna, deque Samuelis educatione, et quod utilis sit in pariendo tarditas, et quod periculosum sit liberos negligenter habere.

1. *Oratio Annæ quam grata Deo. Lacrymæ rigant plantam orationis. Res spirituales variis indesinenter formis adornari possunt. Anna liberorum educationis magistra.* — Nisi videor aliquibus fastidio et oneri esse, volo idem argumentum rursus attingere, de quo vobis nuper disserui: vosque ad Annam introducere atque in pratium virtutum illius inducere sermonem: pratium, inquam, non quod rosaria profert, aut flores qui marcescunt, sed quod precepcionem ac fidem, magnamque tolerantiam. Si quidem hæc vernis floribus longe præstant odore, ut quæ non aquarum fontibus, sed lacrymarum imbre rigantur. Neque enim perinde amnium fontes floridos reddunt hortos, ut plantam precepcionis fontes lacrymarum irrigantes in summam altitudinem deducunt: quod huic contigit mulieri. Simul enim ut loquuta est, subvolavit in caelum ejus deprecatio, ac fructum ipsi

πτωμεν, και οὕτως εὐζώμεθα, και μη διαλύσωμεν την συνθήειαν. Ἄν γάρ τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ οὕτως εὐξῆ, τῇ δευτέρᾳ διορθώση την ἐν τῇ προτέρᾳ γενομένην ἀσχημοσύνην ἡμέρᾳ. Ὅταν τοίνυν ἀριστοποιώμεθα, μνημονεύωμεν ταύτης τῆς γυναικός, και τῶν ταύτης διακρύων, και τῆς μέθης τῆς καλῆς ταύτης. Ἐμέθυε γάρ και ἡ γυνή, οὐκ ἀπὸ οἴνου, ἀλλ' ἀπ' εὐλαθείας πολλῆς. Εἰ γάρ μετ' ἀριστον τοιαύτη ἦν, ποία ἦν ὑπὸ την ἔω; εἰ μετὰ τὸ φαγεῖν και πιεῖν οὕτως ἐκτενωῶς προσήρχετο, ὅποια ὑπῆρχε νῆστις οὔσα;

5. Ἐπανέλθωμεν τοίνυν πάλιν ἐπὶ τὰ ῥήματα αὐτῆς, τὰ φιλοσοφίας γέμοντα πολλῆς και πραότητος. Εἰποῦσα γάρ, *Οὐχί, κύριε, ἐπήγαγε· Γυνὴ ἐν σκληρᾷ ἡμέρᾳ ἐγὼ εἰμι, και οἶνον και μέθυσμα οὐ πέπωκα*. Παρατήρησον πῶς οὐδὲ ἐνταῦθα λέγει τὰ ὀνειδη τῆς ἀντιζήλου, οὐδὲ ἐκπομπέυει την πονηρίαν ἐκείνης, [720] οὐδὲ ἐκτραγωδεῖ την συμφορὰν την οικείαν, ἀλλὰ τοσοῦτον ἀποκαλύπτει την ἑαυτῆς ἀθυμίαν, ὅσον ἀπολογήσασθαι πρὸς τὸν ἱερέα μόνον. *Γυνὴ ἐν σκληρᾷ ἡμέρᾳ*, φησίν, *ἐγὼ εἰμι· και οἶνον και μέθυσμα οὐ πέπωκα, και ἐκχέω την ψυχὴν μου* ^α *ἐνώπιον Κυρίου*. Οὐκ εἶπεν, *Εὐχρίαν* τῷ Θεῷ, ἰκετεύω τὸν Θεόν, ἀλλ' *Ἐκχέω την ψυχὴν μου ἐνώπιον Κυρίου*· τούτέστιν, ὅλην ἑμαυτὴν μετέστησα πρὸς τὸν Θεόν, την διανοίαν μου ἐξεκένωσα πρὸς αὐτόν, ὅλη ψυχῆ και δυνάμει την εὐχὴν μου ἐποίησάμην, εἶπον τῷ Θεῷ τὴν συμφορὰν την ἐμήν, ἔδειξα τὸ ἔλκος· ἐκείνως τὸ φάρμακον θεῖναι δύναιται. *Μὴ δῶς την δούλην σου εἰς πρόσωπον, εἰς θυγατέρα λοιμῆν*. Πάλιν δούλην ἑαυτὴν καλεῖ, και πολλὴν ποιεῖται σπουδῆν, ὥστε μὴ πονηρὰν δόξαν παρὰ τῷ ἱερεὶ λαβεῖν. Καὶ οὐκ εἶπε πρὸς ἑαυτὴν· Τί δέ μοι μέλει τῆς τούτου διαβολῆς; ἀπλῶς και εἰκὴ κατηγόρησεν, ὑπέκτευσεν εἰς οὐδὲν δέον· τὸ συνειδὸς μου καθαρὸν ἔστω, και πάντες με διαβαλλέτωσαν· ἀλλὰ τὸν ἀποστολικὸν ἐκείνον ἐπλήρου νόμον, τὸν κελεύοντα προνοεῖσθαι καλὰ μὴ μόνον ἐνώπιον Κυρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων. Καὶ παντὶ τρόπῳ την ὑποψίαν ἀπεκρούετο λέγουσα· *Μὴ δῶς την δούλην σου εἰς πρόσωπον, εἰς θυγατέρα λοιμῆν*. Τί δέ ἐστιν, *Εἰς πρόσωπον*; *Μὴ νομίσης, ἀναίσχυντον εἶναι με και ἰταμῆν*. Ἄθυμιας, οὐ παροινίας, ἐστὶν αὕτη ἡ παρῆρσία· ὀδύνης, οὐχὶ μέθης. Τί οὖν ὁ ἱερεύς; Ὅρα κάκεινον την σύνεσιν· οὐ περιεργάσατο την συμφορὰν, οὐκ ἠβουλήθη πολυπραγμανοῦσai την αἰτίαν, ἀλλὰ τί φησι; *Πορσεύον ἐν ἐρήνῃ· ὅψῃ σοι Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ πᾶρ αἰτημα, ὃ ἠήτησω παρ' αὐτοῦ*. Τὸν κατήγορον συνήγορον εἰργάσατο ἡ γυνή. Τοσοῦτόν ἐστιν ἐπιείκεια και πραότης καλόν. Καὶ ἀντὶ ὑβρεως ἐφόδια ἱκανὰ λαβοῦσα ἀπῆλθε, και προστάτην ἔσχε και πρεσβευτὴν τὸν ἐπιτιμήσαντα. Καὶ οὐδὲ οὕτως ἀφίσταται, ἀλλὰ πάλιν φησίν· *Εἶροι ἡ δούλη σου χάριν ἐν ὀφθαλμοῖς σου*· τούτέστι, Μάθοις διὰ τοῦ τέλους αὐτοῦ, και τῆς τῶν πραγμάτων ἐκδόσεως, ὡς οὐκ ἀπὸ παροινίας, ἀλλ' ἐξ ὀδύνης τοσαύτης ἐποίησάμην ἰκετηρίαν και την δέησιν. *Και ἀπελθοῦσα*, φησίν, *οὐκέτι συνέπεσον*. Εἶδες πίστιν γυναικός; Πρὶν λάβῃ ὀπερ ἤτησεν, ἐθάρσησεν ὡς λαθοῦσα. Τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι μετὰ πολλῆς ηὔξαστο τῆς σφοδρότητος, μετὰ σπουδῆς ἀδιακρίτου. Διὰ τούτο, ὡς τὸ πᾶν εὐληθῆα, κατῆλθεν. Ἄλλως δὲ, και ὁ Θεός

λοιπὸν αὐτῆς την ἀθυμίαν ἐξέβαλε, μέλλων διδοῖναι τὸ δῶρον.

Ταύτην ζηλώσωμεν και ἡμεῖς, και ἐν ἀπάσαις ταῖς συμφοραῖς πρὸς τὸν Θεόν καταφεύγωμεν. Κἂν μὴ ἔχωμεν παιδία, παρ' ἐκείνου αἰτώμεν· κἂν λάβωμεν, μετὰ πολλῆς ἀνατρέφωμεν αὐτὰ τῆς σπουδῆς, και πάσης μὲν κακίας ἀπάγωμεν τοὺς νέους, μάλιστα δὲ ἀσελγείας· χαλεπὸς γάρ οὗτος ὁ πόλεμος, και οὐδὲν οὕτως ἐνοχλεῖ την ἡλικίαν ἐκείνην, ὡς τοῦτο τὸ πάθος. Πανταχόθεν τοίνυν αὐτοὺς τευχίζωμεν συμβουλαῖς, [721] παραινέσεις, φόβοις, ἀπειλαῖς. Ἄν ταύτης περιγέωνται τῆς ἐπιθυμίας, οὐδὲ ἐτέρᾳ ταχέως ἀλώσονται, ἀλλὰ και χρημάτων ἔσονται κρείττους, και μέθης κρατήσοις, και τὰς παροινίας και τὰς πονηρὰς συνουσίας πάση σπουδῇ διακρούσονται, και ποθεν ἰσχυρότεροι μὲν ἔσονται τοῖς γεγεννηκόσιν, αἰδεσιμώτεροι δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις. Τίς γάρ οὐκ αἰδεσθήσεται σωφρονοῦντα νέον; τίς δὲ οὐκ ἀσπάσεται και φιλήσει τὸν χαλινώσαντα τὰς ἀτόπους ἐπιθυμίας; τίς δὲ οὐκ αἰρήσεται ^β και τῶν σφοδρὰ εὐπορωτάτων μετὰ πολλῆς αὐτῷ τῆς χάριτος ἐκδοῦναι τὸ θυγάτριον, κἂν ἀπάντων ἐκείνος πενέστερος ἦ; Ὅπερ γάρ τὸν ἐν αἰωτῆ ζῶντα, και ὀρνάσις προσέχοντα, κἂν ἀπάντων εὐπορώτερος ἦ, οὐδὲις οὕτως ἄθλιος και ταλαίπωρος, ὡς θελήσει κηδεσθῆναι ^γ λαβεῖν· οὕτω τὸν σῶφροντα και σεμνὸν οὐδεὶς· οὕτως ἀνόητος, ὡς ἀποκρούσασθαι και ἀτιμάσαι. Ἴν' οὖν και ἀνθρώποις αἰδέσιμοι, και τῷ Θεῷ ποθεινοὶ οἱ παῖδες γένωνται, κατακοσμῶμεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, και μετὰ σωφροσύνης ἐπι τοὺς γάμους ἄγωμεν. Οὕτω γάρ και τὰ παρόντα αὐτοῖς, ὡπερ ἐκ πηγῶν, ἅπαντα ἤξει, και τὸν Θεόν ἐξουσιῶμεν, και τῆς παρουσίας, και τῆς μελλούσης ἀπουλαύσονται δόξης· ἥς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι και φιλανθρωπῆα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὐ Πατρὶ ὀξῆα, τιμῆ, κράτος, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν και ἀεὶ, και εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ Γ'.

Εἰς την Ἄνναν, και εἰς την τοῦ Σαμουὴλ γαλικτοτροφίῳ· και δεὶ χρησιμὸς ἢ περὶ τὸν τόκον βραδύτης, και δεὶ ἐπικινδύνον και σφυλερὸν τὸ τῶν παιδῶν ἀμελεῖν.

α'. Εἰ μὴ δοκῶ προσκορῆς τισιν εἶναι και φορτικῆς, βούλομαι τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἀφασθαι πάλιν, ὑπὲρ ἧς και πρῶην ὑμῖν διελέχθην, και πρὸς την Ἄνναν ὑμᾶς χειραγωγῆσαι, και εἰς τὸν λειμῶνα τῶν κατορθωμάτων τῆς γυναικός εἰσαγαγεῖν τὸν λόγον· λειμῶνα οὐχὶ ῥοδωνιὰν ἔχοντα, οὐδὲ ἄνθη μαραινόμενα, ἀλλ' εὐχὴν και πίστιν και ἀνεξικακίαν πολλήν. Πολὺ γάρ ταῦτα τῶν ἡρινῶν ἀνθέων εὐωδέστερα, οὐχὶ πηγαῖς ὑδάτων, ἀλλ' ἄμβροτις διακρύων ἀρόμενα. Οὐ γάρ οὕτω τοὺς κήπους αἰ πηγαὶ τῶν ναμάτων εὐθαλεστέρους ποιοῦσιν, ὡς τὸ φυτὸν τῆς εὐχῆς αἰ πηγαὶ τῶν διακρύων ποτίζουσαι, πρὸς ὕψος μέγιστον ἀνατρέχειν παρασκευάζουσι· ὅπερ οὖν και ἐπὶ τῆς γυναικός ταύτης ἐγένετο. Ὅμοῦ γάρ ἐφθέγγετο, και πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνέδραμεν ἡ εὐχὴ, και καρπὸν ἠνεγκεν ὠριμον αὐτῇ, τὸν ἅγιον Σαμουὴλ. Μὴ δὴ δυσχεράνητε, εἰ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἀρχόμεθα πάλιν. Οὐ γάρ τὰ αὐτὰ

^β Reg. οὐκ ἀρήσεται.

^γ Reg. κηδεύτην.

^α Colb. duo την δέξιν μου. Sic etiam Reg.

ἐροῦμεν, ἰάλλ' ἕτερα τινὰ νέα καὶ πρόσφατα. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς αἰσθητῆς τραπέζης ἐξ ἑνὸς ἔβου πολλά ἄν τις ἐδέσματα κατασκευάσειε. Καὶ τοὺς χρυσοχοῦς δὲ ὀρώμεν ἀπὸ μιᾶς μάξης χρυσοῦ καὶ [722] ψέλλια, καὶ περιδέβραια, καὶ ἕτερα πολλά ποιοῦντας χρυσία. Εἰ γὰρ καὶ μονοειδῆς ἡ ὕλη, ἀλλὰ ποικίλον ἡ τέχνη, καὶ οὐ στενοχωρεῖται τῷ μονοτρόπῳ τῆς ὑποκειμένης οὐσίας εὐπόριστος οὐσα καὶ πολυμήχανος. Εἰ δὲ τὰ ἐνταῦθα τοιαῦτα, πολλῶ μᾶλλον ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις. Ὅτι γὰρ ποικίλη ταύτης ἡ τράπεζα, καὶ πολύτροπος, καὶ πολυειδῆς, ἀκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος· **Ἦ μὲν διὰ τοῦ Πνεύματος διδοται λόγος σοφίας, ἀλλ' οὐ δὲ λόγος γνώσεως, ἐτέρω δὲ πλοῖσι, ἀλλ' οὐ δὲ χαρίσματα λαμπρῶν, ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις, γένη γλωσσῶν. Ταῦτα δὲ πάντα ἐνεργεῖ τὸ ἐν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἐκάστῳ καθὼς βοῦλεται.** Ὅρξ πῶς ποικίλη; Οἱ ποταμοὶ πολλοὶ, ἀλλὰ μία, φησὶν, ἡ πηγὴ· διάφορα τὰ ἐδέσματα, ἀλλ' εἰς ὁ ἐστὶ ἄνωγρον. Ἐπεὶ οὖν τοσαυτὴ ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις, μὴ ἀποκάμωμεν. Εἶδομεν δὲ αὐτὴν στεῖραν οὐσαν, εἶδομεν αὐτὴν μητέρα γενομένην, εἶδομεν θαυμάσια, εἶδομεν χαίρουσαν· συνηγήσαμεν τότε, συνησθῶμεν σήμερον. Οὕτω καὶ ὁ Παῦλος ἐκέλευσε, **Χαίρειν μετὰ χαρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαυόντων.** Τοῦτο δὲ οὐκ ἐπὶ τῶν συνακμασάντων ἡμῖν ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν πάλαι γεγεννημένων ποιεῖν χρή. Καὶ μή μοι λεγέτω τις· Ναί τί μοι κέρδος ἀπὸ τῆς Ἄννης ἔσται, καὶ τῶν ταύτης διηγημάτων; Αἶ τε γὰρ στεῖραι δυνήσονται μαθεῖν, πῶς ἂν γένοιτο μητέρες· καὶ αἱ μητέρες εἰσονται πάλιν, ποῖος παιδοτροφίας ἄριστος ἂν γένοιτο τρόπος. Οὐ γυναῖκες δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄνδρες μέγιστα ἀπὸ τῆς ἱστορίας ταύτης καρπώσονται, παιδευθέντες ἡμέρωσ πρὸς τὰς αὐτῶν διακεῖσθαι γυναῖκας, κἂν ἀπαιδῶν νοσῶσι, καθάπερ ὁ Ἐλκανά πρὸς τὴν Ἄνναν διέκειτο. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερον τοῦτου μείζον κερδανοῦσι, μαθόντες ὅτι δεῖ τοὺς γονεῖς ἅπαντας τῷ Θεῷ τὰ τεχθέντα τρέφειν παῖδια. Μὴ τοίνυν, ἐπειδὴ χρήματα καὶ ἀργύριον οὐκ ἔστι λαβεῖν ἀπὸ τοῦ διηγήματος, ἀνόνητον ἡμῖν εἶναι τὴν ἀκράσειν νομίζωμεν, ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο κερδαλέαν καὶ ὠφέλιμον, ἐπειδὴ οὐ χρυσοῦ καὶ ἀργύριον, ἀλλ' ὁ πολλῶ μείζον τούτων ἐστὶ, ψυχῆς εὐλάβειαν, καὶ τοὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἡμῖν δέκνους θησαυροὺς, καὶ διδάσκει πῶς ἅπαντα διακρουσόμεθα κίνδυνον. Χρήματα μὲν γὰρ παρασχεῖν καὶ ἀνθρώποις βόδιον· διορθῶσαι δὲ φύσιν, καὶ ἀθυμίαν λύσαι τοιαύτην, καὶ ὀδύνην ἀνελεῖν, καὶ ψυχὴν ἀναστήσαι καταπίπτειν μέλλουσαν, ἀνθρώπων μὲν ἄ οὐδενί, τῷ δὲ τῆς φύσεως Δεσπότη μόνῳ δυνατὸν. Σὺ δὲ, εἰ μὲν νόσημα ἀνάταν ἔχουσα, καὶ τὴν πόλιν περιελθοῦσα ἅπασαν, καὶ χρήματα θαπανήσασα, καὶ ἰατροῖς χρησαμένη πολλοῖς, καὶ μηδεμίαν εὐροῦσα παραμυθίαν, ἐνέτυχες γυναικὶ τὸ αὐτὸ παθούσῃ πάθος καὶ ἀπαλλαγείσῃ, οὐκ ἂν ἀπέστης ἱκετεύουσα, παρακαλοῦσα, δεομένη, ὥστε πείσαι τὸν ἀπαλλάξαντα δεῖξαι· νυνὶ δὲ ὀρώσα Ἄνναν ἐστῶσαν ἐν τῷ μέσῳ, καὶ τὸ πάθος αὐτῆς ἐξηγουμένην, καὶ τὸ φάρμακον λέγουσαν, καὶ τὸν ἰατρὸν [723] δεικνύουσαν χωρὶς ἱκετηρίας, χωρὶς παρακλήσεως, οὐ προσελύθη καὶ λήψῃ τὸ φάρμακον, οὐδὲ ἀκούσῃ τῆς ἱστορίας μετ' ἀκριβείας ἀπάσης; Καὶ τίνος δυνήσῃ ποτὲ ἐπιτυχεῖν ἀγαθοῦ; Ἄλλ' ἕτεροι μὲν καὶ πελάγη

διέβαλον ἢ μακρὰ πολλάκις, καὶ πολλὴν ἀποδημίαν ἐστειλαντο, καὶ χρήματα ἐθαπάνησαν, καὶ πόνον ὑπέμειναν, ἵνα τὸν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας μνησθέντα ἰατρὸν ἴδωσι, καὶ ταῦτα οὐ σφόδρα θαρρῶντες, ὅτι πάντως ἀπαλλαγῆσονται τοῦ νοσήματος· σὺ δὲ, ὦ γυναῖκα, οὐ διαπρόντιον ἀποδημίαν στέλλεσθαι μέλλουσα, οὐδὲ εἰς τὴν ὑπερορίαν μετοικίξασθαι, οὐδὲ πόνον τινὰ τοιοῦτον ὑπομένειν· καὶ τί λέγω τὴν ὑπερορίαν; οὐδὲ αὐτὸν μὲν οὖν τὸν οὐδὸν ἀναγκαζομένη τῆς οἰκίας ὑπερῆναι, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ δυναμένη τῷ θάλαμῳ συγγενέσθαι τῷ ἰατρῷ, καὶ χωρὶς μεσίτου τινὸς αὐτῷ διαλεχθῆναι περὶ πάντων ὧν ἂν ἐθέλῃς (Θεὸς γὰρ, φησὶν, ἐγγίζω ἐγὼ εἰμι, καὶ οὐ Θεὸς πόρρωθεν), ἀναβάλλῃ καὶ ὀκνεῖς; Καὶ ποῖον ἕξεις ἀπολογίαν; τίνος ἀπολαύσῃ συγγνώμης, ὅταν καὶ εὐκολον καὶ πανταχόθεν βράδιαν τῶν ἐπικειμένων κακῶν ἀπαλλαγῇ εὐρεῖν δυναμένη, βραθυμῆς, καὶ τὴν σαυτῆς σωτηρίαν προδιδῶς; Οὐ γὰρ δὴ μόνον στεῖρωσιν ὁ ἰατρὸς οὗτος, ἀλλὰ καὶ πᾶν ὅτι οὖν νόσημα καὶ ψυχῆς καὶ σώματος θεραπεύσαι δυνατόν, θελήσας μόνον. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι χωρὶς πόνου, καὶ ἀποδημίας, καὶ θαπνήνης, καὶ μεσιτῶν, ἀλλ' ὅτι καὶ χωρὶς ἀγγιχθῶσιν τὴν ἰατρειάν ποιεῖται. Οὐ γὰρ σιδήρω καὶ πυρὶ πρὸς τὸ πάθος ἴσταιται, καθάπερ οἱ τῶν ἰατρῶν παῖδες ποιοῦσιν· ἀλλ' ἀρκεῖ νεῦσαι μόνον, καὶ πᾶσα μὲν ἀθυμία, πᾶσα δὲ ὀδύνη, καὶ πάθος ἅπαν θεραπεύεται καὶ φυγαδεύεται.

β'. Μὴ τοίνυν ἀμελῶμεν, μηδὲ ἀναβαλλώμεθα, κἂν πένητες ὦμεν καὶ εἰς ἐσχάτην καταπεπεωκότες ἔνδειαν. Οὐδὲ γὰρ χρήματά ἐστι καταβαλεῖν, ἵνα πενίαν προβαλλώμεθα. Οὐ γὰρ ἀργύριον οὗτος ὁ ἰατρὸς ἀπαιτεῖ τὸν μισθόν, ἀλλὰ δάκρυα, καὶ εὐχὰς, καὶ πίστιν. Κἂν ταῦτα ἔχων πρὸς αὐτὸν ἔλθῃς, λήψῃ πάντως, ὅπερ ἂν αἰτήσῃς, καὶ ἀπελεύσῃ μετὰ πολλῆς τῆς εὐφροσύνης. Καὶ τοῦτο μὲν πολλαχόθεν ἔξεστι μαθεῖν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἀπὸ τῆς γυναϊκὸς ταύτης· οὐ γὰρ χρυσοῦ καὶ ἀργύριον καταβαλοῦσα, ἀλλ' εὐχὴν καὶ πίστιν καὶ δάκρυα, ὅπερ ἦρτησε λαβοῦσα, οὕτως ἀπῆλθε. Μὴ τοίνυν νομίζωμεν ἀκερδῆς ἡμῖν εἶναι τὸ διήγημα· Ταῦτα γὰρ ἐγράφῃ, φησὶ, πρὸς ρουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὗς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήνησεν· ἀλλὰ προσέλθωμεν αὐτῇ, καὶ μάθωμεν, πῶς ἐλύθη τὸ νόσημα, καὶ τί μετὰ τὸ λυθῆναι πάλιν ἐποίησε, καὶ πῶς ἐχρήσατο τῷ ἑοθέντι δώρῳ παρὰ τοῦ Θεοῦ. **Ἐκάθισε, φησὶ, καὶ ἐθήλασε τὸν Συμουήλ.**

Ὅρα πῶς ἐώρα τὸ παιδίον ἐκεῖνο λοιπὸν οὐχ ὡς παιδίον μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀνάθημα· καὶ διπλοῦν αὐτῇ τὸ φίλτρον ἐγένετο, τὸ μὲν ἀπὸ τῆς φύσεως, τὸ δὲ ἀπὸ [724] τῆς χάριτος. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ καὶ αἰδεῖσθαι τὸ παιδίον τὸ ἑαυτῆς· καὶ εἰκότως. Εἰ γὰρ φιάλας καὶ ποτήρια χρυσοῦ μέλλοντες τινες ἀνατιθέναι τῷ Θεῷ, ἐπειδὴν κατασκευασθέντα λάβωσι, καὶ πρὸ τῆς ἡμέρας ἀποθῶνται οἴκοι, οὐχ ὡς κοινὰ λοιπὸν ὀρώσῃ σκευή, ἀλλ' ὡς ἀναθήματα, καὶ οὐδὲ τολμῶσιν ἀπλῶς καὶ εἰκῆ τούτων ἀψασθαι, καθάπερ καὶ τῶν λοιπῶν·

^a Colb. unus et Reg. ἀνθρώπων μὲν.

^b Sic restitutum e Morel. et Savil.; Muntf. διελαβον. Ed.

produxit tempestivum, sanctum videlicet Samuelem. Nolite igitur moleste ferre, si rursus idem argumentum tractare incipimus. Neque enim eadem dicemus, sed nova quadam ac recentia. Nam in convivio corporali, ex eodem obsonio multa eduliorum genera posset aliquis conficere. Quin et aurifices videmus ex eadem auri massa et armillas, et torquos, aliasque multas res aureas fingere. Quamquam enim ejusdem generis est materia, ars tamen est varia, nec coarctatur similitudine materię subjectę, quod ipsa sit copiosa, varique artificii. Quod si res istius vitę sunt ejusmodi, multo vero magis Spiritus gratia. Nam quod gratię mensa sit varia, multiformis, et opipara, audi Paulum dicentem: *Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientię, alii vero sermo scientię, alii rursus fides, alii vero dona sanationum, subventiones, gubernationes, genera linguarum. Hęc autem operatur unus et idem Spiritus, dividens seorsum cuique ut vult (1. Cor. 12. 8-11)*. Vides quam varia sit? Multa, inquit, flumina, sed unus est fons; varia sunt edulia, sed unus est convivor. Ergo cum tam magna, tamque multiplex sit Spiritus gratia, ne defatigemur. Vidimus eam sterilem, vidimus eam factam matrem: vidimus lacrymantem, vidimus gaudentem; tum simul cum illa indoluimus: simul cum illa gaudio afficiamur et hodie. Sic et Paulus jubet, *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus (Rom. 12. 15)*. Id vero faciendum est non solum super iis qui nobiscum vivunt, sed et super iis qui olim nati fuerint. Ac ne quis mihi dicat, quid fructus capiam ab Anna, et ab illius commemoratione? Nam et orbę hinc poterunt discere, quomodo possint fieri matres: rursus matres scient, quę sit optima ratio liberos educandi. Nec feminę tantum, sed et viri plurimum ab hac historia fructus auferent, si hinc didicerint placido mitique erga uxores esse animo, etiamsi sterilitatis vitio laborent, ut Elcana erga Annam fuit affectus. Nec vero hoc solum, sed et aliud eo majus lucrifacient, cum didicerint patres omnes oportere liberos, qui nati fuerint, educare Deo. Ne igitur quoniam pecunias et argentum accipere ex hac narratione non licet, existimemus sermonem nobis infrugiferum esse: sed ob id ipsum arbitremur lucrosam et utilem, quod non aurum argentumve, sed quod iis longe majus est, animi pietatem, cęlestesque thesauros nobis ostendit, docens quo pacto periculum omne depellamus. Siquidem largiri pecuniam hominibus in proclivi est: at corrigere naturam, ac talem mœrorem excutere, talem animi cruciatum tollere, animam jamjam collapsuram erigere, nulli quidem hominum, sed soli naturę Domino in manu est. Tu vero si cum morbo laborans insanabili, percursa tota civitate pecunias impendisisses, pluribus utens medicis, nec ullum mali solatium reperissem, postea incideres in mulierem, quę cum eodem morbo teneretur, liberata sit, non desineres obsecrare, rogare, exhortari, ut eum tibi commonstraret, cujus opera fuisset sanata: nunc vero cum videas Annam in medio stantem, suumque morbum earrantem, et ejusdem remedium commemorantem,

ac medicum commonstrantem, nullis obsecrationibus, nullis precibus adductam, non accedes acceptura remedium, nec audies tota cum attentione historiam? Et quid umquam boni poteris consequi? At alii frequenter magna etiam emensi sunt maria, longinquas peregrinationes susceperunt, pecunias impenderunt, labores perpessi sunt, ut medicum commonstratum in peregrina regione conspicerent, idque cum non admodum certa esset fiducia, ut prorsus morbo liberarentur: at tu, o mulier, cum non sis initura profectioem transmarinam, nec ultra patrię fines demigratura, nec laborem similem perpessura: et quid dixi, ultra patrię fines? cum nec ipsum domus limen transire cogaris, sed vel in ipso thalamo possis convenire medicum, citraque mediatorem cum illo colloqui de quibuscumque volueris (*Deus enim, inquit, appropinquans ego sum, et non Deus procul (Jer. 23. 23)*), differs et cunctaris? Et quam habitura es excusationem? quam consequeris veniam, si cum proclivem et undique facilem viam invenire possis, qua ab urgentibus malis libereris, per socordiam tuam ipsius salutem prodideris? Ille enim medicus non sterilitatem solum, sed et omne morborum genus tum corporis, tum animi sanare potest, si velit tantum. Neque id solum mirandum est, quod citra laborem, sine peregrinatione, sine impendiis, absque intercessoribus curationem adhibet, verum etiam quod citra dolorem. Neque enim ferro ignive curat malum, ut ceteri medici faciunt: sufficit vel simplex nutus, ac protinus omnis angor, omnis dolor, omne malum fugit, atque exsulatum abit.

2. Ne cunctemur igitur, neve procrastinemus, licet pauperes simus, et ad extremam redacti egestatem. Neque enim hic numeranda est pecunia, ut inopiam possimus obtendere. Ille nimirum medicus non argentum pro mercede petit, sed lacrymas, preces ac fidem. Hęc si portans ad illum accesseris, quidquid omnino postularis accipies, multoque cum gaudio discedes. Id sane cum multis ex rebus cognoscere licet, tum vero pręcipue ex hac muliere, quę non aurum, non argentum exhibuit, sed preces, fidem et lacrymas obtulit, atque ita quidquid petiit consequuta discessit. Proinde ne putemus hanc narrationem nobis infrugiferam esse, quandoquidem *Hęc scripta sunt ad correctionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt (1. Cor. 10. 11)*: sed adeamus eam, discamus quomodo liberata sit a malo, et quid egerit morbo levata, et quo pacto fuerit usa munere a Deo dato. *Sedit, inquit, et lactavit Samuelem (1. Reg 1. 23)*.

Quanta pietate puerum Domino educavit obtulitque Anna.—Vide quomodo conspiciebat deinceps infantem illum, non tantum ut infantem, verumetiam ut rem Deo consecratam: eoque matri geminus amoris stimulus insitus est, alter a natura, alter a gratia. Ac mea quidem sententia, etiam reverebatur puerum suum, et merito. Etenim si qui phialas poculave aurea Deo dicaturi sunt, posteaquam ea jam confecta acceperint, domique reposuerint, non ea quasi profana vasa intuentur, sed tamquam Deo sacra, nec audent ea te-

inere citraque causam attingere, sicut cætera : multo magis hæc mulier simili animo attendebat ad puerum, etiam priusquam illum in templum induceret : et diligebat impensius filium, et curabat tamquam Deo dicatum, existimans se per illum sanctificatum iri, quædo domus ipsius jam erat facta templum, ut quæ prophetam ac sacerdotem intra se contineret. Non solum autem ex eo quod illum Deo spondit, verumetiam ex hoc quod non ausa sit ascendere in templum priusquam ablactasset infantem, ejus pietatem licet perspicere. *Ait enim viro suo : Non ascendam donec ascendat puer mecum : cum autem ablactavero illum, offeretur in conspectu Domini, et sedebit illic in ævum (1. Reg. 1. 22).* Videntur? Non existimabat esse tutum illo domi relicto ascendere in templum, quod cum accepisset donum, non sustineret absque dono comparere. Rursus adducto illo, ac mox recepto, descendere verebatur : ideo tanto tempore remansit, ut cum dono compareret. Adduxit ergo, ac reliquit, nec puer a mamma divulgus moleste tulit, licet sciatis quam soleant indignari pueri quoties a lacte depelluntur (a) : verum nec ipse puer ægre tulit a matre divulgus, sed ad Dominum respexit, qui ipsam matrem fecerat ; nec ipsa mater doluit a puero sejuncta, quia naturalem affectum vicit interveniens gratia, et uterque se cum altero vivere existimabat. Quemadmodum eodem in loco fixa vitis in longum producit palmites, et uva multo intervallo pendens, radici hæret : itidem et in hac accidit femina, quæ in urbe manens usque ad templum extendit suum palmitem, atque illic uvam suspendit maturam : nec intervallum illud ullum attulit impedimentum, cum caritas quæ secundum Deum est, puerum matri copularet. Quamquam enim ætas erat immatura, virtus tamen aderat matura : ascendentibusque in templum omnibus nultæ religionis magister factus est. Nam illi dum inquirerent discerentque modum natalium illius, abunde magnum solatium accipiebant spei quæ est erga Deum. Neque quisquam, viso puero, tacitus descendebat, sed omnes glorificabant illum, a quo præter spem datus erat. Hanc ob causam Deus distulit partum, ut hanc augeter voluptatem, ut mulierem redderet illustriorem. Nam quicumque calamitatem ejus noverant, ii testes facti gratiæ Dei : et quod longo tempore mansit in orbitate, effecit, ut et ipsa multis esset notior, et ab omnibus beata prædicaretur, essetque in admiratione : hincque factum, ut per illam Deo gratias agerent quam plurimi. Hæc ideo loquor, ut etiamsi nos feminas sanctas noverimus in orbitate aut in alia ærumna degentes, ne moleste feramus, neve indignemur, nec dicamus apud nos ipsos : Quare Deus despexit mulierem tanta pietate præditam, nec dedit prolem? Neque enim ista sunt negligentis, sed hoc nobis expedire melius scientis quam nos ipsi scimus. Ascendit igitur in templum, et agnum induxit in ovile ac vitulum perduxit ad armentum, et in pratium deduxit rosam a spinis liberam, rosam, inquam, quæ numquam marcescit, sed floret

(a) Illic multa deerant, quæ desumpta sunt ex Colbert. et. heq.

perpetuo, quæque possit ad ipsum usque cælum extendi, cujus fragrantia in hodiernum usque diem potuntur omnes qui terrarum incolunt orbem. Tantis annorum numerus præterit, et tamen virtutis illius fragrantia semper augetur, nec tanta temporis magnitudine facta est languidior. Talis enim est rerum spiritualium natura.

3. *Comparatur Annæ sacrificium cum sacrificio sacerdotis et sacrificio Abraham. Annæ modestia et gratus animus.* — Ascendit igitur præclarum illud germen transplantans, et quemadmodum industrii agricolæ primum semen in terram deponunt, cupressi, aut aliarum arborum similium, deinde, ubi conspexerunt a semine factam arborem, non relinquunt in eadem terra, sed inde revulsam in aliud transferunt solum, ut terra in recens gremio suo exceptam illius radicem, puram et integram vim suam proferat ad eam alendam : sic et hæc fecit mulier, quæ puerum præter spem prosemnaturum in utero a domo transtulit, et in templum transplantavit, ubi perpetuæ sunt fontium scatebræ et irrigationes spirituales, ut videre licuerit illud propheticum in illis impleri, quod David dixit, ita canens : *Beatus vir qui non ambulavit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et super cathedram pestilentiæ non sedit : sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte : et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo (Psal. 1. 1 - 3).* Neque enim post malitiæ experientiam venit ad malitiæ remissionem, sed ad ipsis cunabulis virtutem elegit ; non habuit consortium cum consensibus iniquitati obnoxiiis, neque communionem habuit cum conventiculis impietate plenis : sed prima statim pueritia a mamma matris venit ad mammam spiritualem. Et quemadmodum arbor perpetua irrigatione in magnam excrescit altitudinem : sic et hic divinorum eloquiorum doctrina assidue irrigatus, ad virtutis fastigium pervenit. Age videamus quomodo illum plantarit ; sectemur mulierem, simul cum illa templum ingrediamur. *Ascendit*, inquit, *cum illo in Selom¹ in titulo trienni (1. Reg. 1. 24).* Jam geminum sit sacrificium : et erat vitulus hic irrationalis, ille rationalis ; et illum quidem sacerdos immolavit, hunc vero dedicavit mulier ; eratque mulieris victima melior quam hostia, quam obtulit sacerdos. Hæc suorum viscerum facta est sacerdotissa ; imitata est patriarcham Abraham, cumque illo certamen suscepit. Sed ille quidem filium receptum reduxit de monte ; hæc vero reliquit in templo, ut illic perpetuo maneret. Quin potius ille quoque totum dedicavit : cave enim illud spectes, quod non occidit, sed quod animo totum peregit. Vidisti feminam cum viro decertantem? vidisti nihil a sexu vetitam, quominus æmularetur patriarcham? Sed videamus, quomodo illum consecravit. *Adiit*, inquit Scriptura, *sacerdotem, ac dixit illi : In me, domine (Ibid. v. 26).* Quid tandem est illud, *In me?* Ausculta, inquit, diligenter quæ loquar. Quoniam multum temporis jam intercesserat, studet illa quæ prius dieta

¹ Colb. unus, *Silom*, et sic etiam supra.

πολλῶ μᾶλλον ἢ γυνὴ μετὰ τοιαύτης τῷ παιδίῳ γνώ-
μης προσέχουσα ^a, καὶ πρὶν εἰς τὸν ναὸν εἰσαγα-
γεῖν, καὶ ἐφίλει μειζρόνως ἢ ὡς παιδίον, καὶ ἐθερά-
πτειεν ὡς ἀνάθημα, ἀγιάζεσθαι δι' ἐκεῖνου νομιζούσα·
καὶ γὰρ ἡ οἰκία αὐτῆς ναὸς ἐγένετο, τὸν προφήτην
ἐνδὸν ἔχουσα καὶ τὸν *Ιερέα*. Οὐκ ἐξ ὧν ὑπέσχετο δὲ
μόνον αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν οὐκ ἐτόλμησεν ἐπιθεῖναι
τοῦ ναοῦ, πρὶν ἢ τῆς γαλακτοτροφίας ἀπαγαγεῖν
αὐτὸν, τὴν εὐλάβειαν αὐτῆς ἔπριν ἰδεῖν. *Εἶπε γάρ*,
φησὶ, *τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς · Οὐκ ἀναθήσομαι, ἕως τοῦ*
ἀναθεῖναι τὸ παιδίον μετ' ἐμοῦ · ὅταν δὲ ἀπογα-
λακτῆσω αὐτὸ, ὀφθήσεται τῷ προσώπῳ Κυρίου,
καὶ καθίστημι ἐκεί ἕως αἰῶνος. Ὁρᾷς; Ἀφεῖναι ἐπὶ
τῆς οἰκίας, καὶ ἀνελεῖν, οὐκ ἐνόμιζεν εἶναι ἀσφα-
λέ· μετὰ γὰρ τὴν τοῦ δώρου δόσιν, οὐκ ἠνείχετο
χωρὶς τοῦ δώρου φανῆναι· ἀναγαγούσα δὲ πάλιν, καὶ
λαβοῦσα αὐτὸ, κατελεῖν ἐδεδοίκει. Διὰ τοῦτο ἔμεινε
χρόνον τοσοῦτον, ὥστε μετὰ τοῦ δώρου φανῆναι. Καὶ
ἀνήγαγεν οὖν, καὶ κατέλιπε, καὶ οὐτε ἐκεῖνος τῆς
θλιψῆς ἀποσπασθεὶς ἐδυσχέρανεν· ἴστε δὲ πῶς ἀσχά-
λειεν εἴθε τὰ παιδία τῆς γαλακτοτροφίας ἀπαγόμενα·
ἀλλ' οὐτε ἐκεῖνος ἤσχαλλε τῆς μητρὸς ἀποσπώμενος,
ἀλλὰ πρὸς τὸν Δεσπότην ἔβλεπε, τὸν καὶ ἐκεῖνην ποιή-
σαντα μητέρα, οὐτε αὐτὴ ἤλαγε τοῦ παιδίου χωρι-
ζομένη· τὴν γὰρ ἀπὸ τῆς φύσεως συμπάθειαν μεσι-
τεύουσα ἢ χάρις ἐνίκησε, καὶ συνεῖναι ἀλλήλοις ἐδό-
κουν. Καὶ καθάπερ ἄμπελος ἐν ἐνὶ ἰδρυμένη χωρίῳ,
μέχρι πολλοῦ προάγει τὰ κλήματα, καὶ ἐκ πολλοῦ τοῦ
διαστήματος κρεμάμενος ὁ βότρυς τῆ ῥίζῃ συγγίνε-
ται· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ ταύτης ἐγένετο τῆς γυναικός.
Μένουσα γὰρ ἐπὶ τῆς πόλεως, τὸ κλῆμα αὐτῆς ἐξέτει-
νεν ἕως τοῦ ναοῦ, κάκει τὸν βότρυν ἐκρέμασεν ὥρι-
μον· καὶ οὐδὲν τὸ διάστημα τοῦ τόπου διεκώλυσε, τῆς
κατὰ Θεὸν ἀγάπης συναπτούσης τῆ μητρὶ τὸ παιδίον.
Εἰ γὰρ καὶ ἄωρος ἢ ἡλικία, ἀλλ' ὥριμος ἦν αὐτῷ ἡ
ἀρετὴ, καὶ τοῖς ἀναθαίνουσιν εἰς τὸν ναὸν διδάσκαλος
πᾶν ἐγένετο θεοσεβείας πολλῆς. Περιεργαζόμενοι
γὰρ καὶ μανθόντες τῆς γεννήσεως αὐτοῦ τὸν τρό-
πον, ἀρκοῦσαν ἐλάμβανον παράκλησιν, τὴν εἰς τὸν
Θεὸν ἐλπίδα ^b. Καὶ οὐδεὶς ὀρῶν τὸ παιδίον, σιγῇ
κατῆι, ἀλλὰ πάντες ἐδόξαζον τὸν παρ' ἐλπίδας αὐτὸ
δεδοκῶτα. Διὰ ταῦτα ὁ Θεὸς ἀνεβόλετο τὸν τόκον,
ὥστε ἐπιτείνειν ταύτην τὴν ἡδονήν, ὥστε περιφανε-
στέραν τὴν γυναῖκα ποιῆσαι. Οἱ γὰρ τὴν συμφορὰν
αὐτῆς ἐπιστάμενοι, μάρτυρες ἐγίνοντο τῆς τοῦ Θεοῦ
χάριτος· ὥστε τὸ πολὺν αὐτὴν ἐν ἀπαιδίᾳ μέναι χρό-
νον γνωριμωτέραν τε πᾶν ἐποίησε, καὶ παρὰ πάν-
των αὐτὴν μακαρίζεσθαι καὶ θαυμάζεσθαι, καὶ τὸν
[725] Θεὸν εὐχαριστεῖσθαι δι' αὐτῆς παρεσκευάσε.
Ταῦτα δὲ λέγω, ἵνα κἄν ἡμεῖς ἴδωμεν ἁγίας γυναῖκας
ἐν ἀπαιδίᾳ οὖσας, ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ δεινῷ ποιούσῃ, μὴ
δυσχεραίνωμεν, μὴδὲ ἀσχάλλωμεν, μὴδὲ λέγωμεν
πρὸς αὐτοὺς· Τί δήποτε περιεῖθεν ὁ Θεὸς μετ' ἀρετῆς
τοσαύτης ζῶσαν γυναῖκα, καὶ παιδίον αὐτῇ οὐκ ἔδω-
κεν; Οὐ γὰρ περιορῶντες ταῦτά ἐστιν, ἀλλ' εἰδότες
τὸ συμφέρον ἡμῶν αὐτῶν ἀκριθέστερον. Ἀνῆι
τοῖνον εἰς τὸν ναὸν, καὶ τὸ ἀρνίον εἰς τὴν ποίμνην,
καὶ τὸν μόσχον εἰς τὴν ἀγέλην εἰσήγαγε, καὶ εἰς τὸν
λειμῶνα τὸ βόδιον τὸ ἀκαθῶν ἀπηλλαγμένον, βόδιον
οὐδέποτε μαραινόμενον, ἀλλὰ διηνεκῶς ἀνθοῦν, καὶ
πρὸς αὐτὸν δυνάμενον ἀναδραμεῖν τὸν οὐρανὸν, οὐ
τῆς εὐωδίας ἅπαντες οἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀντι-

λαμβάνονται· μέχρι τήμερον. Τοσοῦτος οὖν ἐτῶν παρ-
ῆλθεν ἀριθμὸς, καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς τῆς κατὰ τὴν εὐω-
δίαν ταύτην ἐπιτείνεται, καὶ οὐ γέγονεν ἀσθενεστέρα
τῷ πλήθει τοῦ χρόνου· τοιαύτη γὰρ τῶν πνευματι-
κῶν ἡ φύσις.

γ'. Ἀνῆλθε τοῖνον τὸ καλὸν ἔρνος τοῦτο μεταφυτεύου-
σα, καὶ καθάπερ οἱ φιλόπονοι τῶν γηπόνων πρότε-
ρον σπέρματα εἰς τὴν γῆν καταβάλλουσι κυπαρίττων
καὶ ἐτέρων τριούτων, εἶτα, ἐπειδὴν ἴδωσι τὸ σπέρμα
δένδρον γενόμενον, οὐκ ἀφίσιν ἐπὶ τῆς αὐτῆς γῆς,
ἀλλ' ἀνασπᾶσαντες ἐκείθεν, ἐρ' ἐτέραν μεταμοσχέου-
σαι· εὐχώραν, ὥστε νεαρότερον τοῖς κώλοις ὑποδε-
ξαμένην τὴν γῆν, ἀκραιφνῆ καὶ ὀλόκληρον τὴν ἐαυτῆς
δύναμιν εἰς τὴν ἀνατροφήν ἐκεῖνης ἐπιβεῖξαι τῆς
ρίζης· οὕτω καὶ ἡ γυνὴ ἐποίησεν αὐτὴ. Τῆ γὰρ παι-
δίον τὸ παρ' ἐλπίδας σπαρὲν ἐν τῇ γαστρὶ ἐκείνῃ,
μετέθηκεν ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ εἰς τὸν ναὸν ἐφύτευσεν,
ἐνθα πηγαὶ καὶ ἀρδεῖται πνευματικαὶ καὶ διηνεκίαι.
Καὶ ἦν ἰδεῖν ἐκεῖνο τὸ προφητικὸν ἐπ' αὐτοὺς πλη-
ροῦμενον, ὅπερ ὁ Δαυὶδ ἔλεγεν ἕδων οὕτως· *Μακά-*
ριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν,
καὶ ἐν ὁδῷ ἀμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδραν
λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν· ἀλλ' ἦ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου
τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετή-
σει ἡμέρας καὶ νυκτός· καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον
τὸ πεφτυευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων,
ὃ τὸν κυρτὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ. Οὐ
γὰρ μετὰ τὴν πείραν τῆς κακίας ἐπὶ τὴν ἀπαλλαγὴν
τῆς κακίας ἦλθεν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν σπαργάνων·
τὴν ἀρετὴν εἴλετο· οὐ μετέσχε συνεδρίων παρανομίαν
ἐχόντων, οὐδὲ ἐκοινωνήσε συλλόγων ἀσεβείας πεπλη-
ρωμένων, ἀλλ' ἐκ πρώτης ἡλικίας ἀπὸ τοῦ μαζοῦ τῆς
μητρὸς ἐφ' ἕτερον ἦλθε μαζὸν πνευματικόν. Καὶ
ὡς περ δένδρον διηνεκῶς ἀπολαῦον ἀρδεῖας, πρὸς
ὑψος ἀνατρέχει μέγα· οὕτω δὴ καὶ οὗτος πρὸς ἄκρον
ἔφθασεν ἀρετῆς, τῆ τῶν θείων λογίων ποτιζόμενος
ἀκροάσει διηνεκῶς. Ἀλλ' ἴδωμεν πῶς αὐτὸν ἐφύτει-
σεν· ἀκολουθήσωμεν τῇ γυναικὶ, εἰσέλθωμεν εἰς τὴν
ναὸν μετ' αὐτῆς. Ἀρέθη, φησὶ, μετ' αὐτοῦ εἰς Ση-
λῶμ ^d ἐν μόσχῳ τριετίκοντι. Διπλῆ λοιπὸν ἡ θυσία
ἐγένετο· καὶ ἦν μόσχος, ὁ μὲν ἄλογος, [726] ὁ δὲ λο-
γικός· καὶ τὸν μὲν ὁ ἱερεὺς κατέθεσε, τοῦτον δὲ ἡ γυνὴ
ἀνέθηκε· μᾶλλον δὲ τῆς γυναικὸς ἦν βελτίων ἡ θυσία
τῆς θυσίας, ἦν ὁ ἱερεὺς ἀνήνεγκε· καὶ γὰρ αὐτὴ
ἰέρεια τῶν οἰκείων σπλάγγων ἐγένετο, καὶ τὸν πα-
τριάρχην Ἀβραὰμ ἐμιμήσατο, καὶ πρὸς ἐκεῖνον τὴν
ἔμιλλαν ἔθετο. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν λαβὼν τὸν υἱὸν,
κατήγαγεν· αὐτὴ δὲ ἀφῆκεν ἐν τῷ ναῷ μένειν διηνε-
κῶς· μᾶλλον δὲ κάκεινος ἀνέθηκε καθόλου. Μὴ γὰρ
δὴ τοῦτο ἔφη, ὅτι οὐκ ἐσφαξεν, ἀλλ' ὅτι τῆ γνώμη
τὸ πᾶν ἀπήρτισεν. Εἶδες γυναῖκα πρὸς ἄνδρα ἄμι-
λωμένην; εἶδες οὐδὲν παρὰ τῆς φύσεως ἐμποδισθεῖ-
σαν ζηλωσαί τὸν πατριάρχην; Ἀλλ' ἴδωμεν πῶς αὐ-
τὸν ἀνατίθησι. *Προσελθοῦσα τῷ Ιεραῖ, εἶπεν αὐτῷ·*
Ἐν ἐμοί, κύριε. Τί ποτὲ ἔστιν, Ἐν ἐμοί; Μετ'
ἀκριθείας πρόσεχε τοῖς λεγομένοις, φησὶν. Ἐπειδὴ
γὰρ χρόνος παρήλθε πολὺς, ἀναμνήσαι βούλεται πά-

^a Reg. et Colb. unus προσέγειν.

^b Coubertini τῆς εἰς τὸν Θεὸν ἐλπίδος, et sic etiam Reg.

λιν τῶν πρώην εἰρημένων· διὸ φησιν· Ἐν ἐμοί, κίριε· ζῆ ἡ ψυχὴ σου· ἐγὼ ἡ γυνὴ ἡ κατωστάσι ἐνώπιόν σου ἐν τῷ προσεύξασθαι πρὸς Κύριον ὑπὲρ τοῦ παιδαρίου τούτου. Προσηυξάμην πρὸς Κύριον, καὶ ἔδωκέ μοι τὸ αἰτημά μου, ὃ ἤτησάμην παρ' αὐτοῦ. Καρῶ κιχρῶ αὐτὸν τῷ Κυρίῳ πάσως τῆς ἡμέρας, ἃς ζῆ αὐτός, χρήσεις τῷ Κυρίῳ. Οὐκ εἶπεν· Ἐγὼ ἡ γυνὴ, ἦν ὠνειδίσασ, ἦν ἐλοιδορήσας, ἦν ἐσκώψας εἰς παροινίαν καὶ μέθην· διὸ ἐδειξέ σοι ὁ Θεός, ὅτι οὐ μεθύω· σὺ δὲ ἀπλῶς τοῦτο ἐνεκάλες. Οὐδὲν τούτων τῶν τραχέων βημάτων εἶπεν, ἀλλὰ μετ' ἐπεικειρίας ἀποκρίνεται·^a πολλῆς· καίτοι τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἔχουσα μαρτυροῦσαν αὐτῆ, καὶ δυναμένη ὀνειδίσαι νῦν τῷ ἱερεῖ, ὡς εἰκὴ καὶ μάτην αὐτὴν μεμφαμένη τότε, οὐδὲν τούτων ποιεῖ, ἀλλὰ τὴν εὐεργεσίαν τοῦ Θεοῦ λέγει μόνον. Καὶ σκόπει δούλης εὐγνωμοσύνην. Ὅτε ἔπασχε κακῶς, οὐδενὶ τὴν συμφορὰν ἐξεκάλυψεν, οὐδὲ εἶπε πρὸς τὸν ἱερέα· Ἀντίζηλον ἔχω γυναῖκα, κακείνη μὲν ὀνειδίζουσά με καὶ λοιδορουμένη χορὸν ἔχει παίδων, ἐγὼ δὲ ἐν ἐπεικειρᾷ ζῶσα, οὐδέπω καὶ τήμερον ἡδυνήθη γενέσθαι μήτηρ, ἀλλὰ συνέκλειτέ μου ὁ Θεός τὴν μήτραν, καὶ θλιδομένη ὀρών οὐκ ἠλέησεν. Οὐδὲν τούτων εἶπεν, ἀλλὰ σιγήσασα τῆς συμφορᾶς τὸ εἶδος, ὅτι ἀθυμεῖ μόνον ἐδήλωσεν, εἰπούσα, ὅτι *Γυνὴ ἐν σκληρᾷ ἡμέρᾳ ἐγὼ εἰμι*· καὶ οὐδ' ἂν τοῦτο ἐφθέγγετο, εἰ μὴ ὁ ἱερεὺς ἠνάγκασε, μεθύνει ὑποπεύσας αὐτήν. Ἐπειδὴ δὲ ἀνήκε τὴν πληγὴν ἐκείνην, καὶ τὴν αἴτησιν ὁ Θεός ἔδωκε, τότε ποιεῖ καταφανῆ τὴν εὐεργεσίαν τῷ ἱερεῖ, βουλομένη κοινῶν τῆς εὐχαριστίας λαβεῖν, ὡσπερ τότε τῆς εὐχῆς ἔλαβε· καὶ φησιν· Ὑπὲρ τοῦ παιδαρίου τούτου προσηυξάμην, καὶ ἔδωκέ μοι Κύριος τὸ αἰτημά μου, ὃ ἤτησάμην παρ' αὐτοῦ. Καὶ νῦν κιχρῶ αὐτὸν τῷ Κυρίῳ. Ὅρα πῶς μετριάσει. Μὴ νομίσης με μέγα τι καὶ θαυμαστὸν ποιεῖν, φησίν, ὅτι τὸ παιδίον ἀνατίθημι· οὐκ ἐγὼ κατήρξατο τοῦ κατορθώματος, [727] ἀλλ' ὄφειλὴν ἀποδίδωμι. Παρσκαταθήκην γὰρ ἔλαβον, καὶ ταύτην ἀποκαθίστημι τῷ δεδωκότι. Καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα λέγουσα, καὶ ἑαυτὴν ἀνετίθει μετὰ τοῦ παιδίου, καθάπερ σεῖρα τι, τῆ τῆς φύσεως συμπαθεῖα, πρὸς τὸν ναὸν ἑαυτὴν ἀναδήσασα.

δ'. Εἰ γὰρ οἶπου ὁ θησαυρὸς τοῦ ἀνθρώπου, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ, πολλῶ μᾶλλον οἶπου τὸ παιδίον τῆς γυναικὸς, ἐκεῖ καὶ ἡ διάνοια τῆς μητρὸς ἦν, καὶ ἡ γαστήρ αὐτῆς εὐλογίας ἐπληροῦτο πάλιν. Ἐπειδὴ γὰρ ταῦτα εἶπε τὰ ῥήματα, καὶ ἠύδατο, ἀκουσον τί φησιν ὁ ἱερεὺς πρὸς τὸν Ἐλκανά· Ἀταποδῶ σοι Κύριος σπέρμι ἕτερον ἀπὸ τῆς γυναικὸς τούτης, ἀντὶ τοῦ χρέους, οὗ ἐχρησας τῷ Κυρίῳ. Παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν οὐκ ἔλεγεν, Ἀταποδῶ σοι· ἀλλὰ τί; Δῆψοι σοι πᾶν αἰτημά σου. Ἐπειδὴ δὲ ὄφειλέτην κατέστησε τὸν Θεόν, Ἀταποδῶ σοι, λέγει, χρηστὰς περὶ τῶν μελλόντων ὑποτείνων ἐλπίδας. Εἰ γὰρ οὐκ ὄφειλιν ἔδωκε, πολλῶ μᾶλλον μετὰ τὸ λαβεῖν ἀνταποδώσει. Καὶ ὁ πρῶτος τοῖνον ἐξ εὐχῆς, καὶ οἱ μετ' ἐκείνων ἐξ εὐλογίας τὰς ἀρχὰς ἔλαβον· καὶ οὕτω λοιπὸν ὀλόκληρος ὁ καρπὸς τῆς γυναικὸς ἠγιάζετο. Καὶ ἦν ὁ μὲν πρωτότοκος κατόρθωμα τῆς γυναικὸς, ὁ δεύτερος δὲ αὐτῆς καὶ τοῦ ἱερέως κοινῶνός. Καὶ καθάπερ γῆ λιπρὰ καὶ πῖον, δεξαμένη τὰ σπέρματα,

^a Vox ἀποκρίνεται, quae deerat in Montf., suppleta est e Savil. et Morel. Edit.

ante tempus judicare, aonec veniat Dominus (1. Cor. 4. 5): et tu Dominum in iudicio trahis, et factorum rationem ab eo exigis, nec exhorres aut expavescis? Et quam consequeris veniam, obsecro, quam excusationem habebis, cum singulis diebus, imo vero singulis horis experimentum providentiæ ejus capias; et tamen ob inæqualitatem, quæ inter divites et pauperes videtur, omnium rerum bonam ordinationem damnes, idque injuste? Si enim ita ut decebat, cum magna mentis attentione hæc scrutari voluisses, etiamsi nullum aliud divinæ providentiæ argumentum habuisses, certe ex divitiis et paupertate eam deprehendere potuisses. Paupertate enim sublata, vitæ totius constituto tolleretur, et omnis vivendi ratio perturbaretur: neque nauta erit neque gubernator, non agricola, non cæmentarius, non textor, non sutor, non faber, non ærarius, non coriarius, pistorve, nec alius ullus opifex: quibus non exstantibus, omnia pessum ibunt. Nunc enim, quasi magistra quædam optima, necessitas paupertatis singulos ad opera vel invitos urget: quod si omnes essent divites, omnes etiam in otio viverent, atque ita omnia pessum irent, et nihil non periret. Præterea suis ipsorum verbis convinci possunt, et ad silentium redigi. Cur enim, quæso, Dei providentiam accusas? nempe quod alius plus, alius minus pecuniarum possidet. Quid tum? si in majoribus rebus, et quibus vita nostra constat, pares esse omnes homines ostendam, necesse erit ut per omnia divinam providentiam approbes. Nam si inde colligis nullam esse providentiam, quod una in re potior sit divitum conditio, videlicet pecuniis; si compertum fuerit omnes æqualiter potiri, non una re, neque tam vili, sed pluribus et multo majoribus, perspicuum est te inde vel invitem cogi Dei providentiæ adstipulari.

An plus paupere dives habeat; somnus suavior pauperi; valetudo prospera æque divitibus et pauperibus; funera divitum et pauperum. — Age, ad ea quibus nostra vita constat, sermone progrediamur, eaque diligenter inquiramus, et videamus an in illis plus paupere dives habeat. Puta, dives habet Thasium (a), et alios multos arte confectos potus et ad voluptatem conditos: at fontes aquarum omnibus sunt propositi, tam pauperibus quam divitibus. Risisti forte audiens hanc æqualitatem. Audi igitur quanto præstantior sit quovis vino aquæ natura, magisque necessaria et utilis; et revocabis tuam sententiam, verasque pauperum divitias intelliges. Nam vino quidem sublato, non magnum fuerit detrimentum præterquam infirmis solis: si quis autem fontes sustulerit et aquarum elementum, vitam omnem nostram subverterit, et omnes perdiderit artes: ac ne biduum quidem durare poterimus, sed statim omnes moriemur mortē quadam miserabili atque gravissima.

4. In necessariis itaque rebus quibus vita constat, pauper non est inferior, imo, si mirum quiddam dicendum est, superat etiam divitem. Multos enim di-

(a) Celeberrimum erat Thasium vinum, ut videas apud Aristophanem, Plautum, et alios.

vides cernimus propter delicias valetudinarios, ut plurimum aquæ potu abstinere: pauper autem per totam vitam his fluentis libere fruitor, tamquam ad mellis fontes, ad aquarum currens rivulos, sinceram iade et puram percepturus voluptatem. Quid autem ignis natura? nonne thesauris innumeris utilior, humanisque divitiis omnibus? Et hic quoque thesaurus ex æquo diviti pariter ac pauperi propositus est. Quæ vero nascitur ab aere corporibus nostris utilitas, et lux solaris, numquid divitibus magis quam pauperibus exhibetur, et eam illi quatuor, hi duobus tantum oculis vident? Sed neque hoc quisquam dicere potest: utrique enim pari mensura ea perfruuntur: imo vero et hic pauperum partes sunt potiores, quanto et sensus habent vegetiores, et acutiorem oculum, et vim percipiendi præstantiorem. Quapropter et veriolem hauriunt voluptatem, et creaturarum contemplatione magis delectantur. Non in solis autem elementis, sed in omnibus aliis naturæ muneribus, nullam videbis æqualitatem, imo prærogativam etiam pauperum. Nam somnus omnibus deliciis suavior magisque necessarius, omnique utilior nutrimento, pauperibus est quam divitibus faciliior: neque vero faciliior tantum, sed etiam sincerior. Illi enim, ut qui in deliciis degunt, cibo famem, potu sitim, somno dormiendi necessitatem præveniunt, atque ita omnem voluptatem sibi intercipiunt: non enim perinde in natura istorum, atque in usu necessario, voluptas consistit. Non ita delectat vinum ipsumque suave olens potare, ut sitientem bibere aquam; non ita placentas edere juvat, ut esuriendo quemvis cibum sumere; non ita molli cubare strato, ut oppressum somno jacere: quæ omnia magis apud pauperes sunt, quam apud divites. Quæ vero pertinent ad corporis valetudinem, et omnem aliam bonam habitudinem, nonne communia sunt divitibus æque atque pauperibus? An vero dicere quispiam potest illud aut ostendere, quod pauperes semper ægrotent, divites semper prospera utantur valetudine? Contrarium quidem videre licet, pauperes non facile insanabilibus morbis capi, sed morbos passim in divitum corporibus grassari. Certe podagræ, gravedines, dissolutiones nervorum, aut contractiones, varii fluxus vitiosi ac corrupti; delicatos illos magis infestant, eos qui unguenta olent, non eos qui laborant et exercentur, et quotidiana opera victum sibi parant.

5. Quapropter mendicis etiam miseres sunt, quotquot in deliciis vivunt; id quod nec ipsi inficiari possunt. Frequenter quippe dives molli lectulo cubans, inter omnimoda servorum ac ancillarum obsequia, audito mendico per vicum clamore panem petente ingemuit, et cum lacrymis precatus est, ut talis fieret, dummodo sanus, potius quam in deliciis adversa laboraret valetudine. Nec tantum valetudine bona, sed prolis etiam felicitate, divites nihilo potiores videas, quam pauperes; sed utrobique indifferenter aut nullam aut numerosam sobolem: quin potius et hac parte divitem videas inferiorem. Pauper enim licet pater non fiat, haud multum sentit dolorem

dives autem quanto magis auctam rem videt, tanto magis orbitate angitur, præ heredis desiderio nullam sentiens voluptatem. Et pauperis quidem hereditas, licet sine liberis decedat, cum propter exilitatem non sit contentione digna, ad amicos transit atque cognatos: divitis autem, eo quod multorum ad se alliciat oculos, non raro ad inimicos defuncti devenit: quod cum ille vivens in aliis fieri videat, vitam degit morte molestiorem, in se quoque expectans idem factum iri. Quod autem ad mortem attinet, nonne et hic eadem aequalitas? nonne tam divitibus quam pauperibus iminaturæ mortes accidunt? atque etiam post mortem non tam his quam illis omnibus similiter corpus dissolvitur, favillaque fit et pulvis, et vermes gignit? At funeralia nequaquam similia. Sed quæ utilitas? Cum enim defuncto multam substraveris vestem pretiosam et auratam, nihil aliud nisi majorem invidiam et criminationem attuleris, et adversus defunctum omnium ora aperneris, et innumeras ei paraveris maledictiones, et avaritiæ criminationes, dum singuli rumpuntur indignatione, et mortuum execrantur, qui ne post obitum quidem insanire in pecuniis desiverit. Huc accedit aliud malum, quod furum oculi irritantur. Itaque quo major est cultus, eo majoris illi fit occasio contumeliæ. Pauperis enim cadaver nemo spoliare curat, ipsa indumentorum vilitate tutum. Hic autem obices et seræ, fores atque custodes, omnia incassum adhibentur, cum pecuniarum aviditate nihil non audeant, qui talibus maleficiis se assuefecerunt. Itaque major honor defuncto majorem infert injuriam; et is, cui vilia funeralia contingunt,

jacet inviolato sepulcri honore: cui vero pretiosa, is spoliatur et dehonestatur; aut si hoc ludibrium evadat, ne sic quidem potior erit, nisi quod major corruptio fiet, largiusque vermi pabulum. Hæccine sunt, quæso, ob quæ beatos prædicemus? Et quis est adeo miser, atque ærumnosus, ut ob hæc hominem existimet invidia dignum? Verum non hæc solum, sed et alia singula percurrentes, diligenterque scrutantes, pauperes divitibus præponendos comperiemus. Hæc igitur diligenter considerantes, et aliis narrantes (dicitur enim, *Da sapienti occasionem, et erit sapientior* [Prov. 9. 9]), et illud continue retinentes memoria, pecuniarum copiam nihil amplius afferre possessoribus, quam curas, sollicitudines, timores, et pericula: nihilo deteriore quam divitum nostram conditionem putemus. Si enim advigilaverimus, potiores etiam partes habebimus, tam in hujus sæculi rebus, quam in divinis. Nam et voluptatem et securitatem, bonamque famam ac valetudinem, tam rectam vivendi rationem, spem bonam, minoremque peccandi occasionem apud pauperes magis, quam apud divites invenias. Ne igitur more servorum ingratorum murmuremus, aut incusemus Dominum, sed pro omnibus gratias agamus, nihil malum ducentes nisi peccatum, nihil bonum nisi justitiam. Si sic senserimus, non ægritudo, non inopia, non ignominia, nihil denique simile molestum nobis erit: sed puram ex omnibus rebus percipientes voluptatem, futura consequemur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, simul et sancto Spiritui, in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

Eodem quo superiores Sermones anno 387 Chrysostomus has de Davide et Saule homilias habuit, ut colligere est ex Homilia prima de Davide et Saule, numero 4, ubi ait se nuper sermonem fecisse de debitore decem millium talentorum et ostendisse quantum malum esset injuriarum recordatio. Illa autem Homilia de debitore, etc., quæ prima est in Tomo tertio, eodem anno scripta est, quo per totam Quadragesimam de vitando juramento egerat. Is est annus 387, ut diximus in Monito ibidem. Quod itaque argumentum in homilia de debitore cæperat, nempe de injuriarum recordatione depellenda, deque earumdem condona-

HOMILIA I.

De Davide et Saule, deque tolerantia, et quod oporteat inimicis parcere, nec de absentibus male loqui (a).

1. Quoties diutina quæpiam ac dura inflatio corporibus inhæsit, tum et longo tempore, multoque labore, et multa sapientia in advovendis remediis est opus, ut collectus tumor absque vitæ periculo dis-

(a) Collata cum Cod. Regio 1975, item cum 1963.

solvatur. Idem videre est in anima. Quoties enim aliquis morbum, qui jam radices egit in anima, multoque tempore concretus sit, radicatus esse voluerit, non satis est ad correctionem unius duorumve dierum admonitio: verum oportet frequenter ac diebus compluribus hanc rem tractare: si modo non ad ambitionem ac voluptatem, sed ad fructum et utilitatem munus hoc concionatoris gesturi sumus. Ideo sicut de juramenti fecimus, multis ordine diebus

καὶ ἀπαιδαί· μᾶλλον δὲ κανταῦθα ἴδοι τις ἀν τὸν πλούσιον ἐλατούμενον. Ὁ μὲν γὰρ πένης, κἂν μὴ γένηται πατήρ, οὐ πολλῆς αἰσθάνεται τῆς ὀδύνης· ὁ δὲ πλούσιος, ὅσῳ τὴν οὐσίαν αὐξομένην ὄρῃ, τοσοῦτ' ἀκύνεται μᾶλλον ὑπὸ τῆς ἀπαιδίας, οὐδεμιᾶς ἡδονῆς αἰσθανόμενος διὰ τὴν ἐρημίαν τοῦ κληρονόμου. Καὶ τοῦ πένητος μὲν ὁ κληρὸς, κἂν ἄπαις ἀπέλθῃ, διὰ τὴν εὐτέλειαν οὐκ ὦν περιμάχης, εἰς φίλους διέθη καὶ συγγενεῖς· ὁ δὲ τοῦ πλουτοῦντος πολλοὺς πάντοθεν πρὸς· ἑαυτὸν ὀφθαλμοῦς ἔλκων, εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἐχθρῶν τοῦ τετελευτηκότος ἤλαθε πολλάκις· καὶ ταῦτα ζῶν ἐκείνος, καὶ βλέπων ἐφ' ἑτέρων συμβαίνοντα, θανάτου παντὸς χαλεπώτερον βιώνεται βίον, καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦτο συμβήσεσθαι προσδοκῶν. Ἀλλ' ἅ τὰ τοῦ θανάτου οὐ κοινά; οὐχὶ καὶ ἐπὶ πλουσίων καὶ ἐπὶ πενήτων ἄωροι γίνονται θάνατοι; καὶ μετὰ τὸν θάνατον δὲ οὐχ ἅπασιν ὁμοίως καὶ τοῦτο κάκεινο τὸ σῶμα διαλύεται, καὶ γίνεται τέφρα καὶ κόνις, καὶ σκώληκας τικτεῖ; Ἀλλὰ τὰ τῶν ἐνταφίων οὐ κοινά, φησὶ. Καὶ τί τὸ ὄφελος; Ὅταν γὰρ πολλὴν ἐπιστοιβάσῃ ἡ τῶν πλουσίων στολὴν καὶ πολυτελεῖαν καὶ διάχρυσον, οὐδὲν ἕτερον ἢ πλεόν αὐτῷ προξενεῖς τὸ μῖσος, καὶ μείζονα τὴν κατηγορίαν, καὶ τὰ πάντων ἀνοίγεις στόματα κατὰ τοῦ τετελευτηκότος, καὶ ἀράς μυρίας ἐπισπλάσι κατ' αὐτοῦ, καὶ σφοδρότεραν τῆς πλεονεξίας ἀνάπτεις τὴν διαβολὴν, ἐκάστου διαβήγγυμένου, καὶ ἀποπνιγομένου, καὶ καταρωμένου τὸν τελευτήσαντα ὅτι, ὅτι μὴδὲ ἀποθανῶν τὴν περὶ τὰ χρήματα μανίαν κατέλυσε. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ δεινόν, ἀλλ' ὅτι: καὶ τοὺς τῶν τοιχωρῶν ἀνοίγει ὀφθαλμοῦς. Ὅστε ἡ πλείων θεραπεία πλείονος ἀσημησούνης αὐτῷ γίνεται πρόφασις. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα τοῦ πένητος οὐκ ἂν τις ἔλοιτο γυμνώσει λοιπόν· ἡ γὰρ εὐτέλεια τῶν ἱματίων φυλακὴ τῆ περιβολῆ τοῦ σώματος γίνεται. Ἐνταῦθα δὲ κλεῖθρα καὶ μοχλοὶ καὶ θύραι καὶ φύλα-

* Reg. ἐπιστοιβάσῃ.

b Colb. τῶν τελευτήσαντι, et Reg. quousue, atque alius a Davilio laudatus.

κας, καὶ πάντα εἰκὴ καὶ μάτην, τῆς τῶν χρημάτων ἐπιθυμίας τοὺς τὰ τοιαῦτα κακουργεῖν ἐπισταμένους πάντα τολμᾶν ἀναπειθούσης. Ὅστε ἡ πλείων τιμὴ πλείονα ἐπάγει τῷ τετελευτηκότῃ τὴν ὕβριν, καὶ ὁ μὲν εὐτελεῖ λαθῶν ἐντάφια, κείται τῆς τιμῆς ἀπολαύων· ὁ δὲ πολυτελεῖ, γυμνοῦται καὶ ἀτιμάζεται· εἰ δὲ μὴδὲν τούτων γένοιτο, οὐδὲ οὕτως ἔσται τι πλεόν αὐτῷ, ἀλλ' ἢ τὸ θαφιλεστέραν παρασεῖν τῷ σκώληκι τὴν τράπεζαν, καὶ πλείω γενέσθαι τὴν σηπεδόνα. Ταῦτα οὖν, ἐξέ μοι, μακαρισμῶν ἄξια; Καὶ τίς οὕτως ἄθλιος; καὶ ταλαίπωρος, ὡς ἀπὸ τούτων ζηλωτὸν νομίζειν εἶναι ἀνθρώπον; Οὐ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα καθ' ἕκαστον ἐπιόντες, καὶ μετὰ ἀκριβείας διερευνόμενοι, τοὺς πένητας τῶν πλουτοῦντων πολὺ πλεόν εὐρήσμεν ἔχοντας. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας σκοποῦντες, [747] καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐπεξιόντες (Δίδου γὰρ, φησὶ, σοφῶ ἀφορμῆν, καὶ σοφώτερος ἔσται), κάκεινο μεμνημένοι διηνεκῶς, ὅτι οὐδὲ ἀπ' αὐτῆς τῆς τῶν χρημάτων περιουσίας ἔσται τι πλεόν τοῖς κεκτημένοις, ἀλλὰ φροντίδες, καὶ ἀγωνίαι, καὶ φόβοι, καὶ κίνδυνοι· μὴδὲν νομίζμεν ἔλαττον ἔχειν τῶν πλουτοῦντων. Ἐάν γὰρ νήψωμεν, καὶ πλεόν ἔξομεν, ἐν τε τοῖς κατὰ θεὸν πράγμασιν, ἐν τε τοῖς παροῦσιν ἅπασιν. Καὶ γὰρ ἡδονὴν καὶ ἀσφάλειαν, καὶ δόξαν ἀγαθὴν, καὶ ὑγείαν σώματος, καὶ φιλοσοφίαν ψυχῆς, καὶ χρηστὰς ἐπιίδας, καὶ τὴ μὴ ταχέως ἀμαρτάνειν παρὰ τοῖς πένησιν εὐρήσει τις μᾶλλον, ἢ παρὰ τοῖς πλουτοῦσι. Μὴ τοίνυν κατὰ τοὺς ἀγνώμονας τῶν οἰκετῶν γογγύζωμεν, μὴδὲ τοῦ Δεσπότης κατηγορῶμεν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν εὐχαριστῶμεν, καὶ ἐν μόνον νομίζωμεν εἶναι δεινόν, ἀμαρτίαν, καὶ ἀγαθόν, δικαιοσύνην. Ἄν γὰρ οὕτως ὤμεν διακείμενοι, οὐ νόσος, οὐ πενία, οὐκ ἀτιμία, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν δοκούντων εἶναι λυπηρῶν ἡμᾶς εἴξεται· ἀλλὰ καθαρὰν ἡδονὴν καρπωσάμενοι διὰ πάντων, τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλοανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

AD TRES HOMILIAS DE DAVIDE ET SAULE.

tionem faciendam, idem ipsum argumentum in hisce tribus homiliis exemplo Davidis strenue persequitur, et quidem adeo παθητικῶς, ut auditorum lacrymas excusserit, atque, ut videre est, Antiochenos ad præceptum illud evangelicum, *Diligite inimicos vestros*, implendum adduxerit; ut in Quadragesima proxima eisdem a juramentis, quibus assueti erant, avocaret.

Interpretationem Latinam Erasmi multis in locis castigavimus.

[748] ΟΜΙΛΙΑ Α'.

Εἰς τὰ κατὰ τὸν Δαυὶδ καὶ τὸν Σαοῦλ, καὶ περὶ ἀρεξικακίας, καὶ τοῦ δεῖν φοβέσθαι τῶν ἐχθρῶν, καὶ μὴδὲ ἀπόντας λέγειν κακῶς.

α'. Ὅταν χρονία τις καὶ σκληρὰ φλεγμονὴ τοῖς σώμασιν ἐναποκιρρωθῆσα ἢ τύχοι, πολλοῦ μὲν χρόνου καὶ πόνου, πολλῆς δὲ τῆς ἀπὸ τῶν φαρμάκων δεῖται

* Composita vox ignota Lexicis; ubi tamen reperimus σκίρρω, et ἀποσκίρρω, οὐδὲρο et quasi callum facio.

σοφίας, ὥστε ἀσφαλῶς αὐτῆς χαλασθῆναι τὸν ὄγκον. Ταῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἔστιν ἰδεῖν. Ὅταν γὰρ πάθος ἐρρίζωμένον καὶ πολὺν ἐμφιλοχωρῆσαν τῇ ψυχῇ χρόνον βούληται τις πρόβριζον ἀνελεῖν, οὐκ ἀρκεῖ μᾶς, οὐδὲ δύο ἡμερῶν πρὸς τὴν διόρθωσιν ταύτην παραίνεσις, ἀλλὰ χρὴ πολλάκις καὶ ἐπὶ πολλαῖς ταῖς ἡμέραις περὶ ταύτης διαλέγεσθαι τῆς ὑποθέσεως· εἴ γε μὴ μέλλοιμεν πρὸς φιλοτιμίαν καὶ τέρψιν, ἀλλὰ πρὸς κέρδος καὶ ὠφέλειαν δημηγορεῖν. Διὰ δὴ τοῦτο, ὅπερ ἐπὶ τῶν ὄγκων ἐποιήσαμεν, πολλὰς ἐφεξῆς

ἡμέρας περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως διαλεχθέντες ὑμῖν, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ὁργῆς ἐργασώμεθα, καὶ συνεχῆ περὶ αὐτῆς ποιησώμεθα συμβουλήν κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν. Καὶ γὰρ οὐτως ἄριστος διδασκαλίας εἶναι μοι δοκεῖ τρόπος, τὸ μὴ πρότερον ἀφίστασθαι συμβουλευόντας ὑπὲρ ὅπου οὖν, ἕως ἂν εἰς ἔργον τὴν συμβουλήν ἐξεληθούσαν ἴδωμεν. Ὁ γὰρ σήμερον μὲν περὶ ἐλεημοσύνης, αὐριον δὲ περὶ εὐχῆς, μετ' ἐκείνην δὲ περὶ ἐπιεικείας, εἶτα πάλιν περὶ ταπεινοφροσύνης διαλεγόμενος, οὐδέτερον τούτων ἐν τοῖς ἀκροαταῖς· κατορθῶσαι δυνήσεται, ἀπὸ τούτου πρὸς ἐκεῖνο, καὶ πάλιν ἀπ' ἐκείνου πρὸς ἕτερον συνεχῶς μεταπηδῶν· ἀλλὰ χρὴ τὸν μέλλοντα κατορθοῦν ἐν τῇ· ἀκούουσι τὰ λεγόμενα, μὴ πρότερον ἀφίστασθαι περὶ τῶν αὐτῶν παραινούντα καὶ συμβουλευόντα, μηδὲ ἐφ' ἕτερον τι μεταπηδῶν, ἕως ἂν ἴδῃ τὴν πρότερον παραινέσειν καλῶς ἐν αὐτοῖς ῥιζωθεῖσαν. Τοῦτο καὶ οἱ διδασκαλοὶ ποιοῦσιν· οὐ πρότερον ἐπὶ τὰς συλλαβὰς τοὺς παῖδας ἀγούσιν, ἕως ἂν τῶν στοιχείων τὴν γῶσιν ἐν αὐτοῖς κατορθωθεῖσαν ἴδωσι. Πρῶτον μὲν οὖν ὑμῖν τὴν παραβολὴν ἀναγνόντες τῶν ἑκατὸν δηναρίων, καὶ τῶν μυρίων ταλάντων, ἐδεικνυμεν ὅσον ἦν κακὸν τὸ μνησικακεῖν. Ὅν γὰρ οὐκ ἀπώλεσε τὰ μυρία τάλαντα, τοῦτον ἑκατὸν δηνάρια κατεπόντισε*, καὶ τὴν δοθεῖσαν συγγνώμην ἀνεκαλέσαστο, καὶ τὴν δωρεὰν ἀπεκρούσατο, καὶ ἀπαλλαγέντα τῶν εὐθυνῶν εἰς τὸ δικαστήριον πάλιν εἰσήγαγε, κάκειθεν εἰς τὸ δεσμοκτήριον ἐνέβαλε, καὶ οὕτως ἀθανάτω αὐτὸν παρέδωκε τιμωρίᾳ. Σήμερον δὲ ἐφ' ἑτέραν ὑπόθεσιν τὸν λόγον χειραγωγήσομεν. Ἔδει μὲν γὰρ, εἴπερ δίκαιον ἐγίνετο, τὸν λέγοντα περὶ ἐπιεικείας τε καὶ πραότητος, οἰκοθεν καὶ παρ' ἑαυτοῦ τὰ παραδείγματα παρέχειν [749] τῆς καλῆς ταύτης φιλοσοφίας, ὥστε καὶ διὰ τῶν λόγων διδάσκειν, καὶ διὰ τῶν ἔργων παιδεύειν. Ἐπειδὴ δὲ πολὺ ταύτης ἀποδόμεν τῆς ἀρετῆς ἡμεῖς, ἕνα τινὰ τῶν ἁγίων ἐλύσαντες εἰς μέσον, καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν στήσαντες τῶν ὑμετέρων, ἐναβῆναι τινα καὶ δυνατὴν ὑμῖν ποιησόμεθα τὴν παράκλησιν, ὥσπερ ἀρχέτυπον τινα εἰκόνα, τὴν ἀρετὴν τοῦ δικαίου μιμεῖσθαι παρακελευόμενοι καὶ ὑμῖν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς.

Τίνα οὖν εἰς μέσον ἀγαγεῖν χρὴ περὶ ἐπιεικείας διαλεγόμενον; Τίνα δὲ ἄλλον, ἀλλ' ἢ τὸν μαρτυρίαν ἄνωθεν δεξάμενον καὶ ἐπὶ τούτῳ μάλιστα θαυμασθέντα; *Εὐρον γὰρ, φησὶ, Δαυὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαί, ἀνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου.* Ὅταν δὲ ὁ Θεὸς ἀποφαινῆται, οὐδεμία τοῖς ἀντιλέγουσιν ὑπολέλειπται πρόφασις. Ἀδέκατος γὰρ ἡ ψῆφος ἐκείνη, οὔτε πρὸς χάριν, οὔτε πρὸς ἀπέχθειαν τοῦ Θεοῦ κρίνοντος, ἀλλὰ τῇ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ γυμνῇ ψηφίζομένου. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον αὐτὸν εἰς μέσον ἄγομεν, ὅτι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν ψῆφον ἐδέξατο, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ τραφέντων ἐστὶ. Τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς χάριτος φανῆναι τινα καθαρὸν ὁργῆς, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἀφιέντα ἐκ ἁμαρτήματά, καὶ τῶν λελυπηκότων φειδόμενον, εὐμαστόν οὐδὲν μετὰ τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον, μετὰ τὴν ἂ τὸσαύτην τὴν ἁμαρτημίαν ἀφῆσιν, μετὰ τὰ φιλοσοφίας γέμοντα ἐπιτάγματα· τὸ δὲ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς, ἥνικα ὁ νόμος συνεχώρει ὀφθαλμὸν ἐξορῦττειν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, καὶ τοῖς Ἰσραεὶς ἀμύνεσθαι τὸν ἀδικήσαντα, φανῆναι τινα ὑπερ-

πάντα τὰ μέτρα τῶν προσταγμάτων, καὶ πρὸς τὴν ἀποστολικὴν φθάσαντα φιλοσοφίαν, τίνα μὲν οὐκ ἂν ἐκπλήξειε τῶν ἀκούοντων; τίνα δὲ οὐκ ἂν τῶν μὴ ζηλούντων πάσης ἀποστερηθεῖ συγγνώμης τε καὶ ἀπολογίας; Ἴνα δὲ ἀκριβέστερον αὐτοῦ καταμάθωμεν τὴν ἀρετὴν, ὅτε μοι μικρὸν ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀγαγεῖν, καὶ τὰς εὐεργεσίας εἰπεῖν, ἃς εἰς τὸν Σαοὺλ κατέθετο ὁ μακάριος οὗτος ἀνὴρ. Τὸ μὲν γὰρ ἀπλῶς ἐχθρὸν λυπήσαντα μὴ ἀμύνεσθαι, θυμιαστὸν οὐδὲν· τὸ δὲ ἀνθρωπὸν εὐεργετηθέντα πολλὰς καὶ μεγάλας εὐεργεσίας, εἶτα ἀντὶ τῶν εὐεργεσιῶν ἐκείνων καὶ ἀπαξ καὶ δις καὶ πολλαῖς ἀνελεῖν ἐπιχειρήσαντα τὸν εὐεργέτην, λαβόντα εἰς χεῖρας, καὶ κύριον γεόμενον ἀνελεῖν, καὶ αὐτὸν ἀφελῆναι, καὶ τῆς ἐτέρων ἐπιβουλῆς ἐξαρκάσαι, καὶ ταῦτα πάλιν τοῖς αὐτοῖς ἐπιθῆσεσθαι μέλλοντα, τίνα ἂν καταλίποι λοιπὸν φιλοσοφίας ὑπερβολῆν;

β'. Τίνας οὖν εὐεργέτησεν ὁ Δαυὶδ εὐεργεσίας τὸν Σαοὺλ, καὶ πότε καὶ πῶς, ἀνάσχεσθε διὰ βραχείων διηγουμένου. Πολέμου γὰρ ποτε τοὺς Ἰουδαίους καταλαβόντος χαλεπωτάτου, καὶ πάντων κατεπτηχότων καὶ δεδοικότεν, καὶ οὐδεὸς προκύψαι τολμῶντος, ἀλλ' ἐν ἐσχάτοις τῆς πόλεως οὐσης ἀπάσης, καὶ τὸν θάνατον πρὸ ὀφθαλμῶν ἐκάστου βλέποντος, καὶ καθ' ἐκάστην ἀποθανεῖσθαι τὴν ἡμέραν προσδοκῶντων ἀπάντων, καὶ τῶν ἐπὶ τὸ βάραθρον ἀγομένων ἀθλιώτερον ζώντων τὸν βίον, εἰσελθῶν οὗτος ἀπὸ τῶν προβάτων [750] ἐπὶ τὴν παράταξιν, καὶ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς τέχνης ἀτέλειαν παρεχούσης αὐτῷ τῶν πολεμικῶν πόνων, τὸν ἀπάντων αὐτοῦ ἀνεδέξατο πόλεμον, καὶ κατώρθωσεν ἐλπίδος ἀπάσης κρείττονα κατορθώματα. Καίτοι εἰ καὶ μηδὲν ἦν κατωρθωκῶς, τῆς προθυμίας αὐτὸν καὶ τῆς προθέσεως ἕνεκεν στεφανοῦν εἶδει μόνον. Τὸ μὲν γὰρ στρατιώτην τινὰ τῶν ἐν ἡλικίᾳ ποιῆσαι τοῦτο, θαυμαστὸν οὐδὲν· ὁ γὰρ τῆς στρατείας νόμος τοῦτο ἀπῆτει. Οὗτος δὲ οὐδεμίαν ὀρῶν ἀνάγκην ἐπιχειρήσασθαι, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τοὺς κωλύοντας ἔχων (καὶ γὰρ καὶ ὁ ἀδελφὸς ἐπιτιμῆσε, καὶ ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸ τῆς ἡλικίας ἄωρον καὶ τοῦ τῶν κινδύων ἀφορῶντο βλέπων, κατεῖχε καὶ μένειν ἐκέλευε λέγων· *Οὐ δυνατὴν πορευθῆναι, οὐ σὺ παιδάριον εἶ, αὐτὸς δὲ ἀνὴρ πολεμοστῆς ἐκ νεότητος αὐτοῦ*), ἀλλ' ὅμως οὐδεμίαν αὐτὸν ἐλκούσης προφάσεως, οἰκοθεν καὶ παρ' ἑαυτοῦ διαθερμανθεὶς θειῶ ζήλῳ καὶ τῷ τῆς πατρίδος ἐρωτῇ, ὥσπερ πρόβατα μᾶλλον ἢ ἀνθρώπους ὀρῶν, καὶ ὡς κύνες μᾶλλον ἢ στρατοπέδον ἀνθρώπων τοιούτων· μᾶλλον ἐλαύνειν, οὕτω μετὰ ἀδείας ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἔτρεχε· καὶ τοσαύτην περὶ τὸν βασιλεῖα κηδεμονίαν ἐπέδειξατο τότε, ὡς καὶ πρὸ τοῦ πολέμου καὶ τῆς νίκης ἐπ' ὅψιν αὐτὸν κείμενον ἀναστήσασθαι. Οὐ γὰρ δὴ μόνον αὐτὸν τοῖς ἔργοις μετὰ ταῦτα ὠφέλει, ἀλλὰ καὶ πρὸ τούτου τοῖς ῥήμασι παρεκάλει καὶ θαρρῆναι ἐπειθε, καὶ χρηστὰς περὶ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδας ἔχειν, οὕτω λέγων· *Μὴ συμπεσέτω ἡ καρδία τοῦ κυρίου μου ἐπ' αὐτὸν, οὐ δὲ οὐδὲ σου πορευέσεται, καὶ πολεμήσει μετὰ τοῦ ἀλλοφύλου τούτου.* Ἄρα μικρὸν τοῦτο, εἰπέ μοι, τὸν μηδεμίαν ἂν ἀνάγκην ἔχοντα,

* Reg. κατεδίκασε. Morel. κατεπόντισε.

ἂ Reg. μετὰ γὰρ τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον φανῆναι τοῦτο ποιῶν μετὰ τὴν.

ḡ Regii duo τὸ μηδεμίαν, non male.

vobis de eodem disserentes argumento : itidem de ira nunc faciamus, continuam de ea persequamur exhortationem pro nostra quidem virili. Nam hic mihi videtur optimus esse docendi modus, si non prius desistamus consulendo quacumque de re, quam viderimus admonitionem ad effectum pervenisse. Et enim qui hodie de elemosyna, cras de oratione, perendie de humanitate, deinde rursus de animi modestia disserit, nihil horum in auditorum animis persicere recte poterit, ab hoc ad illud, rursus ab illo semper alio transiliens : sed necesse est, ut qui velit orationem in auditorum animis fructum destinatum assequi, non ante desistat iisdem de rebus admonens consulensque, nec prius ad aliud quidpiam transiliat, quam conspexerit superiorem admonitionem in eis bene fixam ac radicatum. Idem hoc facere solent ludimagistri : non prius ad syllabas adducunt pueros, quam elementorum cognitionem in eis viderint recte confirmatam. Nuper igitur parabolam vobis de centum denariis, ac decem millibus talentorum enarrantes (a), ostendimus quantum esset malum injuriarum meminisse. Quem enim decem millia talentorum non perdiderant, hunc centum denarii exitio demerserunt, ac veniam pro debitis concessam in irritum revocarunt, debitæque pecuniæ remissionem dissiparunt (Math. 18), eumque, qui fuerat a criminibus liberatus, in iudicium retraxerunt, indeque in carcerem coniecerunt, denique immortalis supplicio tradiderunt. Sed hodie de diverso argumento dicere tentabimus. Oportebat enim, si fletet quod æquum erat, de humanitate ac mansuetudine verba facientem ex sese istius præclaræ philosophiæ exempla præbere, atque ita simul et verbis eam docere et factis ad eam instituere. Quoniam autem nos ab hac virtute longo absumus intervallo, uno quopiam e numero sanctorum in medium producto, oculisque vestris subjecto, perspicuam quamdam ac potentem adhibebimus exhortationem, ut quasi ad archetypi cujusdam æmulationem adhortemur et vos et nos ipsos.

David exemplar humanitatis. — Quis igitur in medium proferendus est de humanitate dicturo? Quis vero alius, quam is qui cælesti testimonio laudari meruit, ob hoc ipsum maxime suspiciendus? *Inveni, inquit, David filium Jesse, virum secundum cor meum* (1. Reg. 13. 14; Act. 13. 22). Porro posteaquam Deus pronuntiavit, nulla contradicendi reliqua est occasio. Nam illius calculus incorruptus est, eo quod Deus nec ad gratiam, nec per odium iudicat, sed pro mera animi virtute fert suffragium. At non ob id tantum hunc in medium produximus, quod Dei suffragio fuerit laudatus, verum etiam quod sit ex iis qui sub veteri lege sunt educati. Siquidem sub lege gratiæ existitisse quempiam ab ira purum, et inimicis delicta condonantem, ac parcentem iis a quibus fuerit molestia affectus, nihil sane mirum, videlicet post Christi mortem, postquam ille tam clementer nobis omnia peccata remisit, post tot præcepta referta evangelicæ

philosophiæ : cæterum in Vetere Testamento cum lex permitteret oculum pro oculo effodere, ac dentem pro dente extundere (Exod. 21. 24), eumque qui lassis talionis pœna ulcisci, aliquem existitisse qui præceptorum fines transilierit, adque apostolicam pervenerit philosophiam, quem auditorum non adducet in stuporem? quem si non imitemur, non privet omni venia, omnique excusatione? Sed ut accuratius ejus virtutem cognoscatis, concedite mihi ut orationem paulo altius repetam, ac beneficia commemorem quæ beatus ille vir in Saule contulit. Nam non ulcisci inimicum qui simpliciter læsit, non mirum est : at qui hominem a se multis affectum beneficiis, sed qui pro benefactis beneficium semel atque iterum, imo frequenter interficere conatus sit, posteaquam in manus incidisset, ut jam liceret occidere, non ipsum dimisit tantum, verum etiam ex aliorum insidiis eripuit; præsertim cum sciret illum post eadem moliturum : quid is reliquum fecit, quod ad summam philosophiam possit adjungi?

2. *Beneficia Davidis in Saulem.* — Quibus autem beneficiis David affecerit Saulem, quando et quo pacto, paucis enarrantem me sustinete. Cum aliquando Judæi bello difficillimo premerentur, adeo ut omnes pavore essent consternati, nec quisquam auderet erigere caput, sed in extrema desperatione esset civitas, singulis mortem præ oculis habentibus, quotidieque interitum expectantibus cunctis, ut vitam agerent miseriore iis qui degunt in teterrimo carcere, hic ab ovis veniens ad exercitum, cum per artem nec artem bellandi callere posset, ac laborum militarium rudis esset, ipse pro universis bellum in se recepit, ac feliciter rem gessit, supra quam quisquam sperasset. Quamquam etiam si virtuti defuisset eventus, tamen ob solam animi promptitudinem egregiumque propositum coronandus erat. Jam si quis e numero militum ætate vicens facinus hoc designasset, nihil fuisset mirum, videlicet id postulante militari lege. At hic qui nullam videbat necessitatem huc adigentem, ac multos etiam habebat dehortantes : nam et frater illum increpavit, et rex perspicuus illum nondum ætate maturum, ac periculis perferendis inhabilem cohibuit, ac manere jussit, dicens : *Non poteris ire, quoniam puer es : ille vero vir est bellator ab adolescentia sua* (1. Reg. 17. 33) : attamen cum nulla illum provocaret occasio, suapte sponte et ex sese divino accensus zelo, patriæque caritate, perinde quasi oves cerneret verius quam homines, et quasi canes invasurus esset potius quam tam numerosum hominum exercitum, adeo intrepide ad barbaros cucurrit : idque temporis tantam erga regem sollicitudinem declaravit, ut illum etiam ante prælium ac victoriam in faciem prostratum erexerit. Neque enim factis modo juvit illum, sed ante factum etiam verbis hortatus est bono animo ut esset, ac persuasit, utque de eventu bonam conciperet spem, effecit ita loquens : *Ne concidat cor domini mei in ipso, quoniam servus tuus ibit, pugnabitque cum alienigena hoc* (Ibid. v. 32). Quæso, num hoc parvum videtur, nulla ne-

(a) Homilia de Debitore decem millium talentorum.

cessitate compulsus, suam ipsius vitam prodere, et in eorum utilitatem a quibus nihil umquam acceperat beneficii, in medios hostes irruere? Annon par erat, hunc post tale facinus ornato titulo domini columnis inscripto, et publicum civitatis servatorem appellare, qui et regni decus, et civitatum fundamenta, et omnium vitam opitulante Dei gratia servavit? Quod esse poterat aliud beneficium hoc majus? Neque enim in gloriam aut potentiam, sed in ipsam ipsius vitam beneficium hoc contulit, et ab ipsis mortis portis revocavit: itaque si humanum quidem subsidium spectes, illius beneficio deinde visit rex, ac principatum servavit. Et postea, quam illi reposuit gratiam? Nam si quis perpendat præclare gestorum magnitudinem, etiamsi rex a suo capite detractam coronam Davidis capiti imposuisset, nunquam parem retulisset gratiam, sed ampliolem debuisset. Hic enim et vitam et regnum illi donavit, ille vero huic regnum tantum erat cessurus. Verumtamen consideremus relatum pro benefactis gratiam. Quæ tandem erat illa? De cætero et ab illo die suspectum habuit David, et ab illo metuit sibi. Cur et quam ob causam? Nam et suspicionis causa commemoranda est. Neque enim quidquid aliquis dixerit, idem esse justum affirmabit. Nam erga eum qui animam impendit, et vitam dedit, quæ poterat esse justa suspicionis causa? Sed tamen ipsam inimicitiae causam inspicimus, ut aliquid discatis, quod nec ipsa victoria sit inferius: quodque David sit honore dignus ob ea ipsa, propter quæ deinceps venit in suspicionem, insidiis appetitus est. Quæ igitur erat suspicionis causa? Postquam barbari illius caput abstulit, et spolia gestans rediit: *Exierunt*, inquit, *mulieres canentes ac dicentes: Percussit Saül in millibus suis, et David in decem millibus suis. Et iratus est Saül, et suspectum habuit David ab eo die ac deinceps* (1. Reg. 18. 6-9). Cujus obsecro, rei gratia? Etiam hæc præter meritum fuisse dicta, ne sic quidem oportebat hostilem in Davidem gerere animum: sed postquam ex rebus gestis illius erga se benevolentiam habebat compertam, quippe qui nullo cogente aut compellente, suapte benevolentia tantum subisset discriminis, non oportebat deinceps quidquam de illo suspicari mali. Nunc autem jure laudes proferebantur; et si fas est vera proloqui, in Saülis gratiam illa dicta sunt potius, quam in Davidis; debebat autem satis habere, quod illi tribuissent mille. Cur igitur indignatus est, quod Davidi tribuerint decem millia? Etenim si rex ad bellum finiendum vel paululum aliquod momenti contulisset, recte tum dictum fuisset, *Saül in millibus, David in decem millibus*. Quod si ipse quidem pavidus ac tremens domi desedit, in singulos dies mortem expectans, hic autem totum facinus peregit: annon absurdum erat, eum qui nihil ad depellenda pericula contulerat, ob id indignari, quod non plus laudis tulisset? Nam si indignandum erat, Davidem potius conveniebat indignari, quod cum solus totum gessisset, alterum haberet laudis participem.

3. Sed horum nihil dico: verum illud dixerim: ut

donemus non recte fecisse mulieres, easque fuisse crimini obnoxias, et accusatione dignas, quid hæc ad Davidem? Neque enim ipse composuerat cantionem, neque illis suaserat, ut dicerent quæ dicebant, neque adornarat illum laudationis modum. Proinde etiamsi indignandum erat, mulieribus oportuit indignari, non de civite benemerito, et infuinitis digno coronis. At Saül omissis illis in David irascebatur. Jam si ea laude sublatus ille beatus invidisset rerum potienti, fuissetque ipsi contumeliosus, et aspernatus fuisset ejus imperium, forsitan aliqua fuisset invidendi causa; at si factus fuit humanior ac modestior, si in subditorum ordine se continuit, quæ tandem erat justa dolendi causa? Siquidem cum is qui honore afficitur, attollitur adversus eum a quo proventus est, nec desinit in illius contemptum honore abuti, habet dolor nonnullam excusationem: cæterum ubi persistit in honoranda illum, aut potius magis obsequitur, ceditque in omnibus, quem postea potest habere prætextum invidia?

Non effertur David ob prosperum successum.—Itaque etiamsi nihil aliud præclare gestum fuisset, ob hoc ipsum tamen magis erat diligendus, quod cum tantam nactus esset occasionem occupandi regni, persisterit in sua modestia. Neque enim quæ prius gesta sunt tantum, verum nec ea quæ consequuta sunt, superioribus illis multo præclariora, sustulerunt illi animos. Quæ tandem illa? *Erat*, inquit, *David prudens in omnibus viis suis, et Dominus omnipotens erat cum eo, adversusque Israel et Juda diligebat David, quoniam ipse ingrediebatur et egrediebatur ante conspectum populi. Et Melchol filia Saül, et universus Israel diligebat illum. Et sapiebat supra omnes servos Saül; et honorabatur nomen illius valde* (1. Reg. 18. 14. 16. 20. 30). *Et Jonathas filius Saül diligebat David vehementer* (1. Reg. 18. 2). Verumtamen cum universum populum ac regis familiam sibi conciliatam haberet, cum ubique in bellis vinceret, nec umquam frustraretur successu, cumque pro bene gestis rebus illis talem gratiam reciperet, non erexit cervicem, nec regnum affectavit, nec hostem ultus est, sed perseveravit in benefaciendo, et in bellis pro rege feliciter gerendis. Quis est tam celeratus et crudelis, cui ista non fuerint persuasura, ut inimicitiam deponeret, et invidiam abjiceret? At crudelem illum et inhumanum nihil horum flexit; sed ad hæc omnia cæcus, et invidiæ deditus, conatus est illum e medio tollere: et quid obsecro facientem? (nam id majus est ac stupendum,) canentem cithara, et ipsius insaniam sedantem. *David*, inquit, *psalliebat manu sua quotidie: et hasta in manu Saül: ac sustulit Saül lanceam, dixitque, Infigam in David; et fixit in parietem: et declinavit David a facie ejus bis* (Ibid. v. 11). Potestne huic malitiæ quidquam adjungi? Illa forte quæ post subsequuta sunt. Qui nuper hostes abegerat, per quem civitas sibi fuerat reddita, cunctis pro victoria victimas immolantibus: Saül beneficium et servatorem, ac bonorum illorum auctorem conatus est interficere psallentem: ac ne beneficiorum quidem memoria furentem illum ac delirantem coercuit, sed semel et bis torsit in illum lar-

την ψυχὴν ἐπιδοῦναι τὴν ἑαυτοῦ. καὶ ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ὠφελείας εἰς μέσους πηθῆσαι τοὺς πολεμίους, μηδὲν μηδέποτε παρ' αὐτῶν εὖ παθόντα; Ἄρα οὐκ ἔδει αὐτὸν μετὰ ταῦτα δεσποτῆν ἐπιγράφεσθαι, καὶ σωτῆρα κοινὸν τῆς πόλεως ἀναγορεύειν, τὸν καὶ τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας, καὶ τὸ τῶν πόλεων ἕδαφος, καὶ τὴν ἀπάντων ζωὴν μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν διατηρήσαντα; Ποία γὰρ ταύτης εὐεργεσίας μείζων ἕτερα ἦν; Οὐ γὰρ εἰς χρήματα, οὐδὲ εἰς δόξαν καὶ δυναστείαν, ἀλλ' εἰς αὐτὴν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν τὴν εὐεργεσίαν κατέθετο, καὶ ἐξ αὐτῶν αὐτὸν ἀνεκαλέσαστο^a τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν, καὶ τό γε εἰς ἀνθρώπου ἦκον, δι' ἐκείνου βλῆ λοιπὸν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἀπέλαυε τῆς ἀρχῆς. Τίσι οὖν αὐτὸν μετὰ ταῦτα ἡμέψατο; Εἰ μὲν γὰρ αὐτὸ τις τῶν κατορθωμάτων ἴδοι τὸ μέγεθος, οὐδ' εἰ τὸν στέφανον ἀπὸ τῆς αὐτοῦ λαθῶν κεφαλῆς ἐπὶ τὴν τοῦ Δαυὶδ ἔθηκεν, οὐδέπω τὴν ἀξίαν ἦν ἀποδεδικῶς, ἀλλὰ τὸ πλεόν ὀφείλων. Ἐκείνους μὲν γὰρ καὶ ζῆν καὶ βασιλείαν αὐτῷ ἐχαρίσατο· οὗτος δὲ βασιλείας αὐτῷ παραχωρεῖν ἐμελλε μόνως. Πλὴν ἀλλ' ἴδωμεν αὐτοῦ τὰς ἀμοιβάς. Τίνες οὖν ἦσαν αὐταί; Δι' ὑποφίας εἶχεν αὐτὸν λοιπὸν, καὶ ὑπεβλέπετο ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης. Τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; Ἀναγκαῖον γὰρ καὶ [751] τῆς ὑποφίας τὴν αἰτίαν εἰπεῖν. Οὐδὲν μὲν γὰρ, ὅπερ ἂν εἴπη τις, ἔρει δίκαιον. Πρὸς γὰρ τὸν τὴν ψυχὴν χαρισάμενον, καὶ τὴν ζωὴν δωρησάμενον, ποία δικαίως ὑποφίας πρόσφαις ἦν; Πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν αἰτίαν τῆς ἔχθρας ἴδωμεν, ἵνα μάθητε, ὅτι καὶ τῆς νίκης οὐκ ἔλαττον καὶ διὰ ταῦτα τιμᾶσαι δίκαιος ἦν, δι' ἅπερ ὕπωπτευέτο καὶ ἐπεβουλεύετο μετὰ ταῦτα. Τίς οὖν ἡ αἰτία τῆς ὑποφίας ἦν; Ἐπειδὴ τοῦ βαρβάρου τὴν κεφαλὴν ἔλαβε, καὶ τὰ λάφυρα ἔχων ἐπανήει, Ἐξῆλιθον αἱ χορεύουσαι, φησὶν, ἴδουσαι καὶ λέγουσαι· Ἐπάταξε Σαοὺλ ἐν χιλισίῳ αὐτοῦ, καὶ Δαυὶδ ἐν μυριάσιν αὐτοῦ. Καὶ ὠρίσθη Σαοὺλ, καὶ ἦν ὑποβλεπόμενος τὸν Δαυὶδ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ἐπέκεινα. Τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι; Μάλιστα μὲν γὰρ, εἰ καὶ ἀδίκως ταῦτα ἐλέγετο, οὐδὲ οὕτως πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς διατεθῆναι ἔδει, ἀλλ' ἀπὸ τῶν γεγεννημένων τὴν εὐνοίαν αὐτοῦ μαθόντα, καὶ ὅτι μηδενὸς ἀναγκάζοντος, μηδὲ βιαζομένου, ἐξ οἰκείας εὐνοίας τοσούτον ὑπέμεινε κινδύνον, μηδὲν μηκέτι λοιπὸν ὑποπτεῦειν περὶ αὐτοῦ πονηρόν. Νυνὶ δὲ καὶ τὸ δίκαιον εἶχον αἱ εὐφημίας· καὶ εἰ χρῆ τι θαυμασθὸν εἰπεῖν, τῷ Σαοὺλ ἐχαρίσαντο μᾶλλον, ἢ τῷ Δαυὶδ ταῦτα λέγουσαι· καὶ ἀγαπᾶν αὐτὸν ἐχρῆν, ὅτι τὰς χιλιάδας γοῦν ἔδωκαν αὐτῷ. Τί οὖν ἀγανακτεῖ, ὅτι ἔδωκαν τὰς μυριάδας; ἐκείνῳ; Εἰ μὲν γὰρ ἦν τι συντελέσας εἰς τὸν πόλεμον, καὶ μικρὰν γοῦν τινα μοῖραν εἰσνεγκῶν, καλῶς ταῦτα ἐλέγετο, ὅτι Σαοὺλ ἐν χιλισίῳ, καὶ Δαυὶδ ἐν μυριάσιν. Εἰ δὲ αὐτὸς μὲν δεδουκῶς καὶ τρέμων ἔνδον ἐκάθητο, καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἀποθανεῖσθαι προσδοκῶν, οὗτος δὲ τὸ πᾶν ἐργάσατο, πῶς οὐκ ἄστοπον ἦν, τὸν μηδὲν εἰς τοὺς κινδύνους ἐκείνους συμβαλλόμενον ἀγανακτεῖν, ὅτι μὴ τὸ πλεόν τῆς εὐφημίας ἔλαθεν; Εἰ γὰρ ἀγανακτεῖν ἐχρῆν, τὸν Δαυὶδ ἀγανακτεῖν ἔδει, ὅτι τὸ πᾶν αὐτὸς κατορθώσας, μεριστῆν ἕτερον ἔσχε τῆς εὐφημίας.

γ'. Πλὴν ἀλλ' οὐδὲν τούτων λέγω, ἀλλ' ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι· Ἔστω κακῶς πεποικημένας τὰς γυναῖκας, καὶ

ἐγκλημάτων ἀξίως εἶναι καὶ κατηγορίας· τί ταῦτα πρὸς τὸν Δαυὶδ; Οὐ γὰρ δὴ τὰ ἄσματα αὐτὸς συνέθηκεν, οὐδὲ ἐκείνας λέγειν ἅπερ ἔλεγον αὐτὸς ἀνέπεισεν, οὐδὲ κατεσκεύασε τούτον τὸν τρόπον γενέσθαι τῆς εὐφημίας. Ὡστε εἰ καὶ ἀγανακτεῖν ἔδει, ἐκείναις ἐχρῆν ἀγανακτεῖν, οὐ τῷ κοινῷ τῆς πόλεως εὐεργέτῃ, καὶ μυρίων στεφάνων ἀξίῳ. Ὁ δὲ ἐκείνας ἀφελὲς, ἐπὶ τούτῳ ἦει. Καὶ εἰ μὲν ἀπὸ τῆς εὐφημίας ἐκείνης ἐπαρθεὶς ὁ μακάριος ἐφθόνηε τῷ κρατούντι καὶ ὕβριζεν εἰς αὐτὸν, καὶ διέπτυσεν αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, τάχα εἶχε τινα λόγον ὁ φθόνος· εἰ δὲ ἐπιεικέστερος ἐγίνετο καὶ πραότερος, καὶ τὴν τῶν ἀρχομένων ἔμενε διατηρῶν τάξιν, ποίαν εἶχε δικαίαν πρόσφαις ἢ λύπῃ; Ὅταν μὲν γὰρ ὁ τιμώμενος ἐπαίρηται κατὰ τοῦ παρευδοκίμουμένου, καὶ διατελῆται εἰς εὐφροσύνην ἀφορμὴν τὸ πάθος· ὅταν δὲ μὲν τιμῶν, μᾶλλον δὲ θεραπεύων μειζόνως, [752] καὶ εἰκὼν ἐν ἄπασιν, ποίαν ἂν ἔχοι πρόσφαις ἢ βασκανία λειπθῶ;

Ἄστε εἰ καὶ ἡμεῖς αὐτῷ κατώρθωται· ἢ ἕτερον, δι' αὐτὸ τοῦτο μειζόνως αὐτὸν ἀγαπᾶν ἔδει, ὅτι τοσαύτην ἀφορμὴν λαβὼν πρὸς τυραννίδος ἐπίθεσιν, ἔμενε τὴν αὐτῷ πρόπευσαν ἐπιεικίαν διατηρῶν. Οὐδὲ γὰρ δὴ μόνον τὰ πρότερα, ἀλλ' οὐδὲ τὰ μετὰ ταῦτα πολλῶν μείζονα ἔδρα ἐπήρσεν αὐτόν. Ποία δὴ ταῦτα; Ἦν Δαυὶδ συνίων, φησὶν, ἐν πάσασιν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, καὶ Κύριος παντοκράτωρ μετ' αὐτοῦ, καὶ πᾶς Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδας ἠγάπων τὸν Δαυὶδ, ὅτι αὐτὸς ἐξεπορεύετο καὶ εἰσεπορεύετο πρὸ προσώπου τοῦ λαοῦ. Καὶ Μελωὶ ἡ θυγάτηρ Σαοὺλ καὶ πᾶς Ἰσραὴλ ἠγάπα αὐτόν. Καὶ συνῆκε παρ' ἅπαντας τοὺς δούλους Σαοὺλ· καὶ ἐτιμήθη τὸ δρομα αὐτοῦ σφόδρα. Καὶ Ἰανᾶθαν υἱὸς Σαοὺλ ἠγάπα τὸν Δαυὶδ σφόδρα. Ἄλλ' ὅμως τὸν δῆμον ἅπαντα καὶ τὴν οἰκίαν τοῦ βασιλέως οἰκειωσάμενος, καὶ κρατῶν ἐν τοῖς πολέμοις πανταχοῦ, καὶ οὐδαμῶς διαμαρτάνων, καὶ τοιαῦτάς ἀντί τῶν εὐεργεσιῶν ἐκείνων ἀπολαβὼν τὰς ἀμοιβάς, οὐκ ἐξετραχηλίζετο, οὐδὲ ἐπεθύμει τῆς βασιλείας, οὐδὲ ἡμύνατο τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' ἔμενε εὐεργετῶν, καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ πολέμους κατορθῶν. Τίνα οὐκ ἂν ἔπεισε ταῦτα ἐκτεθρημαμένον καὶ ἄγριον καταθέσθαι τὴν ἐχθραν, καὶ ἀπαλλαγῆναι τῆς βασκανίας; Ἄλλὰ τὸν ὡμὸν ἐκείνον καὶ ἀπάνθρωπον οὐδὲν τούτων ἔπεισεν· ἀλλὰ πρὸς ἅπαντα ἀποτυφλωθεὶς, καὶ τῇ βασκανίᾳ τὴν ψυχὴν ἐπιδοῦς, ἀνελεῖν αὐτὸν ἐπιχειρεῖ· καὶ τί ποιοῦντα (τούτο γὰρ ἐστὶ τὸ μείζον καὶ θαυμαστόν); ψάλλοντα καὶ καταστέλλοντα αὐτοῦ τὴν μανίαν. Δαυὶδ ἐψάλλε τῇ χειρὶ αὐτοῦ, φησὶν, ὡς καθ' ἐκάστην ἡμέραν· καὶ τὸ δόρυ ἐν τῇ χειρὶ Σαοὺλ· καὶ ἦρε Σαοὺλ τὸ δόρυ, καὶ εἶπε· Πατάξω ἐν Δαυὶδ· καὶ ἐπάταξεν ἐν τῷ τοίχῳ· καὶ ἐξέκλινε Δαυὶδ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ δις. Ἄρα ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν μείζονα τούτων πονηρίας ὑπερβολῆς; Ἄρα δὲ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα. Ἄρτι τῶν πολεμίων ἀπελαθέντων, καὶ τῆς πόλεως ἑαυτὴν ἀνακτησαμένης, καὶ πάντων ἐπινίκια θυόντων, τὸν εὐεργέτην καὶ σωτῆρα καὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων αἰτιον ἀνελεῖν ἐπιχειρήσει ψάλλοντα, καὶ οὐδὲ τῆς εὐεργεσίας ἢ ὑπόθεσις τὸν μεμνηνῶτα καὶ παραπαίοντα κατέστειλεν ἐκείνον, ἀλλὰ καὶ ἅπαξ καὶ δις ἠκόντισε, βουλόμενος ἀνελεῖν. Καὶ τοιαύτας

^a Reg. κατώρθωτο.

^c Sic Reg. melius quam editū, qui habent ἄρα ἂν ἔχοι ταῦτα πονηρίας ὑπερβολῆν.

^a Regii duo ἀνεκαλέσε.

αὐτῷ ἀντὶ τῶν κινδύνων τὰς ἀμοιβὰς ἐδίδου. Καὶ πολλάκις τοῦτο ἐποίησε, καὶ οὐκ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. Ὁ δὲ ἄγιος ἔκεινος καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ἔμνε τα ἔκεινου θεραπεύων, καὶ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ κινδυνεύων, καὶ παραταττόμενος ἐν τοῖς πολέμοις ἅπασι, καὶ τὸν ἑαυτοῦ διασώζων σφαγέα τοῖς οἰκείοις κινδύνοις, καὶ οὔτε ἐν ῥήμασιν, οὔτε ἐν πράγμασιν ἐλύπησε τὸν ἄγριον θῆρα ἔκεινον, ἀλλὰ πρὸς πάντα εἶχε καὶ ὑπήκουε, καὶ τὸ ὀρισθὲν αὐτῷ τῆς νίκης ἔπαθλον οὐ λαβὼν, ἀλλ' ἀποστειρηθεὶς τὸν μισθὸν τῶν κινδύνων ἔκεινων, οὐδὲ λόγῳ ποτὲ ἐνεκάλεσεν, οὐ τοῖς [753] στρατιώταις, οὐ τῷ βασιλεῖ· οὐ γὰρ ἐπὶ μισθῷ ταῦτα ἔπραττεν ἀνθρωπίνῳ, ἀλλὰ τὴν ἄνωθεν ἐκδεχόμενος ἀμοιβήν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι οὐκ ἀπήτησε τὸν μισθὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ διδόμενον διεκρούσατο διὰ πολλὴν ταπεινοφροσύνην ὑπερβολήν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Σαοὺλ πάντα κινῶν καὶ πραγματευόμενος οὐκ ἴσχυσε αὐτὸν ἀνελεῖν, ῥάπτει τὸν διὰ τοῦ γάμου δόλον, καὶ καινὸν τινα προικὸς καὶ ἔδνων ἐπινοεῖται τρόπον*. Οὐ γὰρ βούλεται, φησὶν, ὁ βασιλεὺς ἔδνα, ἀλλ' ἡ ἑκατὸν ἀκροθυστίας ἐκδικῆσαι εἰς τοὺς ἐχθροὺς τοῦ βασιλέως. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτὸν ἐστίν· Ἄνελέ μοι, φησὶν, ἑκατὸν ἀνδρας, καὶ τοῦτο ἀντὶ τῶν ἔδνων ἔσται μοι. Ταῦτα δὲ ἔλεγε βουλόμενος αὐτὸν προφάσει τοῦ γάμου παραβαλεῖν τοῖς ἐχθροῖς.

δ. Ἄλλ' ὁμως ὁ Δαυὶδ κατὰ τὴν αὐτοῦ πραότητα τὰ πράγματα κρίνων, διεκρούσατο τὸν γάμον, οὐ διὰ τὸν κίνδυνον, οὐδὲ διὰ τὸν φόβον τῶν πολεμίων, ἀλλὰ διὰ τὸ νομίζειν ἀνάξιον ἑαυτὸν εἶναι τῆς πρὸς ἐκεῖνον συγγενείας, καὶ ταυτὶ πρὸς τοὺς δούλους αὐτοῦ λέγει τὰ ῥήματα· *Εἰ κοῦφόν ἐστιν ἐν ὀφθαλμοῖς ὤμων ἐπιγυμνεύσαι με τῷ βασιλεῖ; ἐγὼ δὲ ἀνήρ ταπεινός, καὶ οὐκ ἐντιμός.* Καὶ μὴν ὀφειλὴ τὸ πρᾶγμα ἦν, καὶ μισθὸς καὶ ἀνταπόδοσις τῶν πόνων· ἀλλ' οὕτως ἦν συντετριμμένη ἔχων τὴν καρδίαν, ὡς μετὰ τσαυτὰ κατορθώματα, καὶ λαμπράν οὕτω νίκην, καὶ ὑπόσχεσιν ὠμολογημένην, ἀνάξιον εἶναι νομίζειν τοῦ λαβεῖν τὸν ὀφειλόμενον αὐτῷ μισθόν· καὶ ταῦτα ἐνόμιζε, πάλιν μέλλον κινδυνεύειν. Ἐπειδὴ δὲ τῶν πολεμίων ἐκράτησε, καὶ τὴν θυγατέρα ἔλαβε τοῦ βασιλέως, πάλιν *Ἐψαλλεν ὁ Δαυὶδ, καὶ ἐζήτησε Σαοὺλ τοῦ πατάξαι αὐτὸν ἐν τῷ δόρατι, καὶ ἐπάταξε· καὶ ἐξέκλιεν ὁ Δαυὶδ· καὶ ἐπάταξε τὸ δόρυ ἐν τῷ τοίχῳ.* Τίνα οὐκ ἂν καὶ τῶν σφόδρα φιλοσοφεῖν ἐπισταμένων εἰς θυμὸν ταῦτα ἐξήγηκε, καὶ εἰ μὴδὲν ἕτερον, τῆς οἰκείας προνοούντα ἀσφαλείας ἐπεισεν ἀνελεῖν τὸν ἀδίκως ἐπιβουλεύοντα; Οὐδὲ γὰρ φόνος τὸ πρᾶγμα λοιπὸν ἦν, ἀλλὰ καὶ οὕτω τὸ μέτρον τοῦ νόμου τότε ὑπερβαίνειν ἔμελλεν. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ ἐξορύττειν ἐκέλευεν· οὗτο; δὲ εἰ καὶ ἐσφαξεν, ἀντὶ τριῶν φόνων ἕνα εἰργάζετο, τριῶν φόνων οὐδεμίαν εὐλογον ἔχοντων πρόφασιν. Ἄλλ' ὁμως οὐδὲν τούτων ἐπεχείρησεν, ἀλλ' ἤρπειτο φυγεῖν μάλλον, καὶ τῆς πατρῴας οἰκίας ἐκπεσεῖν, καὶ πλανήτης εἶναι, καὶ δραπετεύειν, καὶ τάλαιπωροῦμενος τὴν ἀναγκαίαν πορίζειν τροφήν, ἢ τῷ βασιλεῖ γενέσθαι σφαγῆς αἷτιος. Οὐ γὰρ ὅπως ἑαυτὸν ἐκεδικήσειεν, ἀλλ' ὅπως ἔκεινον ἀπαλλάξειε τοῦ πάθους ἐσκόπει. Διὰ τοῦτο τῶν ὀφθαλμῶν ἑαυτὸν υπεξήγαγε τοῦ ἐχθροῦ, ὥστε ὑποσύραι τὸν δγχνον, καὶ καταστειλαί τὴν φλεγμονήν, καὶ παραμυθησασθαι τὴν βασκανίαν. Βέλτιον ἐμέ, φησὶν, τλαπίω-

* Uius ἔδνων ποιεῖται τρόπον.

ρεῖσθαι καὶ μυρία πάσχειν δεῖναι, ἢ τοῦτον ἀδίκου σφαγῆς παρὰ τῷ Θεῷ κρίνεσθαι. Ταῦτα μὴ μόνον ἀκούωμεν, ἀλλὰ καὶ μιμώμεθα, καὶ πάντα ὑπομένωμεν καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν, ὥστε ἀπαλλάξαι τοὺς ἐχθροὺς τῆς πρὸς ἡμᾶς [754] ἀπεχθείας· καὶ μὴ τοῦτο ζητῶμεν, εἰ δικαίως, ἢ ἀδίκως πρὸς ἡμᾶς ἀπεχθάνονται, ἀλλ' ἔκεινο μόνον, ὅπως μηκέτι καθ' ἡμῶν ἐχθραίνωιεν. Καὶ γὰρ ὁ ἱατρὸς τοῦτο σκοπεῖ, ὅπως ἀπαλλάξειε τοῦ νοσήματος τὸν κάμοντα, οὐκ εἰ δικαίως, ἢ ἀδίκως τὴν ἀρρώστιαν ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο. Καὶ σὺ τοῖνον ἱατρὸς εἶ τοῦ λελυπηκότος· ἐν ζήτηι μόνον, ὅπως αὐτοῦ τὴν ἀρρώστιαν ἀνέλῃς. Ὁ καὶ ὁ μακάριος οὗτος ^b ἐποίησε, πενίαν ἀντὶ πλοῦτου, ἐρημίαν ἀντὶ πατρίδος, πόνους καὶ κινδύνους ἀντὶ τρυφῆς καὶ ἀδείας, φυγὴν διηνεχῆ ἀντὶ τῆς οἰκονομῆς ἐλόμενος, ἵνα ἔκεινον ἀπαλλάξῃ τῆς πρὸς ἑαυτὸν ἀπεχθείας καὶ ἔχθρας. Ἄλλ' οὐδὲν οὐδὲ οὕτως ἐκέρθανεν ὁ Σαοὺλ, ἀλλ' ἐδίωκε καὶ πανταχοῦ περιφεῖ ζήτην τὸν ἡδικηκότα μὲν οὐδὲν, ἀδικηθέντα δὲ τὰ ἔσχατα, καὶ μυρία αὐτὸν ἀντὶ τούτων ποιήσαντα ἀγαθὰ· καὶ οὐκ εἰδὼς, εἰς αὐτὰ λοιπὸν τοῦ Δαυὶδ ἐμπίπτει τὰ δίκτυα. Ἦν γὰρ ἐκεῖ σπήλαιον, φησὶν, καὶ εἰσηλθε Σαοὺλ παρασκευάσασθαι. Καὶ Δαυὶδ καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοῦ ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ ἐσωτέρῳ ἐκώθηοντο. Καὶ εἶπον οἱ ἄνδρες Δαυὶδ πρὸς αὐτόν· Ἰδιὸν ἡ ἡμέρα, καθὼς εἶπε Κύριος· *Διδωμι τὸν ἐχθρόν σου εἰς τὰς χεῖράς σου, καὶ ποιήσεις αὐτῷ τὸ ἀρεστὸν ἐν ὀφθαλμοῖς σου.* Καὶ ἀνέστη Δαυὶδ, καὶ ἀφείλε τὸ πτερόγιον τῆς διπλοῦδος Σαοὺλ λαθραίως. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐπάταξε τὸν Δαυὶδ ἡ καρδία αὐτοῦ, ὅτι ἀφείλε τὸ πτερόγιον τῆς διπλοῦδος, καὶ εἶπε Δαυὶδ πρὸς τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ· *Μηδαμῶς μοι παρὰ Κυρίου ποιῆσαι τὸ ῥῆμα τοῦτο τῷ κυρίῳ μου, τῷ χριστῷ Κυρίου, ἐπενεργεῖν τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτόν, ὅτι χριστὸς Κυρίου ἐστίν.* Εἶδες τὰ δίκτυα τεταμένα, καὶ τὸ θῆραμα ἐναπειλημμένον, καὶ τὸν κυνηγέτην ἐστῶτα, καὶ πάντας ἐγκλειουμένους βαπτίσει τὸ ξίφος εἰς τὸ τοῦ πολεμίου στήθος; Θέα μοι λοιπὸν τὴν φιλοσοφίαν, θεά τὴν πάλην, τὴν νίκην, τὸν στέφανον. Καὶ γὰρ στάδιον ἦν τὸ σπῆλαιον ἐκεῖνο, καὶ πάλῃ θαυμαστή τις ἐγένετο καὶ παράδοξος. Ἐπάλαι μὲν γὰρ ὁ Δαυὶδ, ἐπύκτευσεν δὲ ὁ θυμὸς, καὶ ἔπαθλον ὁ Σαοὺλ ἔκειτο, καὶ ἀγωνοθέτης ἦν ὁ Θεός· μάλλον δὲ οὐ πρὸς ἑαυτὸν μόνον καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἑαυτοῦ ἦν αὐτῷ ὁ πόλεμος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς παρόντας στρατιώτας. Εἰ γὰρ καὶ φιλοσοφεῖν ἤθελε καὶ φεῖδεσθαι τοῦ λελυπηκότος, εἰκόθῃ καὶ δεδοικέναι αὐτὸν ἐκεῖνους, μήποτε καὶ συγκόψωσιν αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ, ἅτε λυμεῦνα καὶ προδότην αὐτὸν ὄντα τῆς αὐτῶν σωτηρίας, καὶ τὸν κοινὸν ἐχθρὸν αὐτῶν διασώζοντα. Καὶ γὰρ εἰκόθῃ ἦν ταῦτα κατὰ δίκαιοιαν ἕκαστον αὐτῶν δυσχεραίνοντα λέγειν· Πλανῆται καὶ φυγάδες ἐγενόμεθα ἡμεῖς, καὶ οἰκίας καὶ πατρίδος καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων ἐξεπέσομεν, καὶ τῶν δυσχερῶν σοι πάντων ἐκοινωνήσαμεν· καὶ σὺ τῶν κακῶν τούτων τὸν αἷτιον εἰς χεῖρας λαβὼν, ἀφείναι διανοῆ, ἵνα μηδέποτε τῶν κακῶν τούτων ἡμεῖς ἀναπνεύσωμεν ^c, καὶ σπουδάζων τὸν ἐχθρὸν διασῶσαι, προδίδως τοὺς φίλους; Καὶ ποῦ ταῦτα δίκαια; Εἰ γὰρ τῆς ἑαυτοῦ καταφρονεῖς σωτηρίας, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας φείσαι [755] ψυχῆς. Οὐ λυπεῖ σε τὰ παρελθόντα; οὐδὲ μέμνησαι τῶν κακῶν ὧν ἔπαθες παρ' αὐτοῦ; Διὰ τὰ

^b Reg. unus ὁ μακάριος οὗτος. Alius ὁ μακάριος οὗτος.

^c Reg ἀναλύσωμεν.

ccam, cupiens occidere. Et hujusmodi mercedem illi pro susceptis periculis reposuit. Idque fecit non uno die, sed sæpius. At sanctus ille post hæc omnia perseveravit curare regis negotia, proque salutē illius suscipere pericula, et in acie stare in præliis omnibus, suoque periculo servare trucidatorem suum: denique nec dictis, nec factis contristavit immitem illam feram, sed concessit in omnibus dictoque audiens fuit: cumque victoriæ præmium non accepisset, sed omnium illorum periculorum mercede fraudatus esset, ne verbo quidem expositulavit umquam, non cum militibus, non cum rege, quod hæc non gessisset spe mercedis, supernam expectans retributionem. Nec id solum est admiratione dignum, quod non poposcit præmium, sed quod etiam cum daretur, ob eximiam animi modestiam recusavit. Siquidem posteaquam Saül, omnia molitus, et omnibus tentatis, non potuit illum interficere, consuit illi dolum per nuptias, ac novam quamdam dotis ac dotialium formam commentus est. Non enim cupit, inquit, rex dotem, sed ut centum præputia exsolvat ab hostibus regis (1. Reg. 18. 25). Id est: Occide mihi, inquit, centum viros, atque hoc erit mihi dotis vice. Hæc autem dicebat, cupiens illum obtentu conjugii hostibus objicere.

4. Nihilo secius David pro sua modestia res æstimans, recusavit conjugium, non deterritus periculis, aut hostium metu, sed quod existimaret sese indignum affinitate regia; atque his verbis respondit ad servos illius: *An leve est in oculis vestris me facere generum regis, cum ego sim vir humilis ac nullius pretii* (1. Reg. 18. 23)? Atqui debebatur hoc honoris, ac merces et pensatio laborum: verum usque adeo cor habebat contritum, ut post tot res cum laude gestas, post adeo splendidam victoriam, post expressam promissionem, indignum se judicaret, qui debitam reciperet mercedem, idque cum denuo esset se periculis objecturus. Posteaquam autem hostes devicerat, ac filiam regis acceperat, rursus *Psallebat David, et quærebat Saül eum lancea percutere, et percussit: David autem declinavit; et hasta impacta est parieti* (1. Reg. 19. 9. 10). Quem non ista vel apprime philosophum ad iracundiam excitassent? quis, etsi nulla alia adfuisse causa, saltem ut securitatem sibi pararet, injuste insidiantem non occidisset? Neque enim id homicidium fuisset, sed modum a lege præscriptum mansuetudine superasset. Nam illa oculus pro oculo jussit effodere (*Exod. 21. 24*): hic autem licet occidisset, pro tribus homicidiis unum exacturus fuisset, pro tribus, inquam, homicidiis, nulla probabili de causa tentatis. Nihil tamen horum tentavit David, sed potius habuit fugere, et a patriis ædibus exulare, atque erronem profugumque agere, et in calamitate sibi necessarium parare victum, quam regi cædis occasione dare. Nec enim eo spectabat, ut seipsum ulcisceretur, sed ut illum ab eo morbo liberaret. Hanc ob causam ab oculis inimici subduxit sese, ut sedaret tumorem, contraheretque ardorem ulceris et invidiam mitigaret. Satius est, inquit, me miserum esse, innumeraque pati acerba, quam hunc apud Deum

de innocenti cæde condemnari. Hæc non audiamus tantum, verum etiam imitemur, nihil nos faciamus et patiamur, ut inimici similitatem erga nos deponant, nec illud inquiramus, utrum merito an innumerato malevolum animum erga nos gerant, sed hoc solum spectemus, ut nobis inimici esse desinant. Siquidem hoc spectat medicus, ut morbo liberet ægrotum, non utrum merito, an immerito sibi morbum contraxerit. Tu quoque igitur medicus es ejus qui te læsit: unum hoc quære, quo pacto illi morbum adimas. Id quod fecit hic beatus, egestatem præ divitiis, solitudinem præ patria, labores periculaque præ deliciis ac securitate, perpetuum exilium præ ædibus elegit, ut illum ab odio in ipsum malevolentiaque liberaret. At nec sic quidem melior factus est Saül, sed persequebatur, sed ubique circumibat quærens eum, qui non solum nihil læserat, sed cum esset læsus, maxima et innumera præ injuriis bona rependerat. At Saül imprudens post incidit in retia Davidis. *Erat enim, inquit, ibi spelunca, et ingressus est Saül ut exoneraret alvum. David autem cum comitibus suis in interiore spelunce parte sedebat. Dixeruntque viri David ad illum: Ecce dies de quo dixit Dominus: Tradam inimicum tuum in manus tuas, faciesque illi quod placitum erit in oculis tuis. Et surrexit David, sustulitque laciniam chlamydis Saülis clanculum. Et posthæc percussit Davidem cor ipsius, quod abstulisset laciniam chlamydis, dixitque David ad viros suos: Avertat a me Dominus, ne faciam verbum hoc domino meo, christo Domini, mittamque manum meam in illum, quoniam christus Domini est* (1. Reg. 24. 4-7). Vidisti tensa retia, vidisti prædam captam, vidisti venatorem erectum, vidisti omnes adhortantes, ut ense in hostis pectus immergeret? Nunc mihi specta philosophicam animi moderationem, specta luctam, victoriam, coronam. Nam spelunca illa campus erat, atque lucta quædam mirabilis dictaque incredibilis facta est. Luctatus est David, pugilem egit iracundia, Saül positus erat certaminis materia, agonothetes erat Deus: quin potius, non ipsi modo adversus seipsum, propriamque cupiditatem erat prælium, sed et adversus milites qui aderant. Etenim si voluisset animo moderari, ac parcere ei qui læserat, consentaneum erat ut et illos metueret, ne forte ipsum trucidarent in spelunca, tamquam qui illorum salutem prodidisset, ac publicum ipsorum hostem servasset. Probabile enim est illorum unumquemque dolore percitum hæc intra se dicturos fuisse: Errones exsulesque sumus, domo, patria, cæterisque omnibus excussi, omniumque difficultatum tuarum consortes sumus: et tu eum, qui horum malorum est auctor, in manus tuas traditum, cogitas dimittere, ne nobis umquam liceat ab his calamitatibus respirare, ac proditis amicis hostem servare studes? An hæc justa sunt? Nam si tuam ipsius salutem negligis, nostræ certe vitæ parcas. Non tibi dolent anteacta, neque memor es malorum quæ ab illo percipessis es? Certe ab ea quæ futura sunt, tolle hostem, ne majora et acerbiora perpetiamur mala. Hæc ut verbis non sint proloquuti, tamen animo secum

volvebant eum ista, tum istis etiam alia majora.

5. Verum nihil horum justus ille apud se perpendebat, unum illud spectans, quomodo posset redimiri tolerantiae corona, ac novam quamdam admirabilemque philosophiam exercere. Neque enim perinde mirum erat, si cum esset solus et absque comitibus, pepercisset illi a quo fuerat laesus, atque nunc est, quod hoc idem aliis praesentibus fecit: nam militum illorum praesentia geminum erat philosophiae obstaculum. Nobis ipsis frequenter evenit, ut cum stauerimus vindictam remittere, et commissa condonare; post ubi viderimus aliquos nos irritantes et concitantes, mutemus sententiam, et illorum dictis obtemperemus. Verum hoc non accidit huic beato, sed etiam post illorum consilium et exhortationem perseveravit in animi proposito. At ne hoc quidem tantum est admiratione dignum, quod nec aliorum admonitu dimotus est a proposito, quodque non est illos veritus, sed quod perfecti, ut et illi eandem animi moderationem sumerent. Magnum quidem, si quis suis cupiditatibus imperet: sed multo majus est et aliis persuadere posse, ut et ipsi mentem eandem habeant: aliis, inquam, qui nec modesti sunt homines, neque temperantes, sed milites, qui multis difficultatibus jam in desperationem erant adducti, a quibus paululum respirare cupiebant, haud ignari non modo totam malorum solutionem in hostis nece sitam esse; nec modo malorum solutionem, verum etiam plurimorum bonorum acquisitionem, quando nihil obstabat, quominus illo trucidato profinus regnum transiret ad Davidem. Attamen cum tot essent res quae milites irritabant, tantum valuit ille generosus, ut his omnibus fuerit superior, suaderetque ut hosti parcerent.

Consilia militum ad caedem impellentium negligit David; cur Deus hostes nobis tradat. — Operae pretium vero est, etiam ipsorum militum audire consilium, quia consilii calliditas firmum et solidum justum ostendit. Non enim ita loquuti sunt: Ecce qui multa in te molitus est mala, qui necem tuam concupivit, qui nos immedicabilibus vallavit difficultatibus: sed ubi perspexerunt haec omnia negligere Davidem, nec magnam habere rationem in se commissorum, allegant illi divinum auctorem, *Deus, aiunt, illum tradidit*, quo videlicet iudicium a Deo profectum reveritus, promptius iret ad homicidium. Numquid, inquiunt, tuam ipsius vicem ulcisceris? Deo servis ac ministras, illius sententiam comprobas. Sed quo magis haec dicebant, tanto magis hic pepercit hosti. Intelligebat enim, Deum ideo tradidisse eum, ut sibi majores occasiones probandae virtutis suppeditaret. Proinde tu quoque, si quando hostis tuus inciderit in manus tuas, cave putes esse datam ulciscendi, sed servandi hostis occasionem. Eoque tum maxime parcendum est inimicis, cum illi forte venerunt in potestatem nostram. At hic fortasse dixerit aliquis: Et quid magnum, aut quid mirum parcere ei quem habes in tua potestate? Complures enim et alii reges ad principatum evecti, sese indignum ju-

dicarunt in tanto regni fastigio ab iis poenas exigere, a quibus olim fuerant offensi: ipsa potentiae sublimitas causam attulit reconciliationis. Verum in hoc negotio tale nihil possis dicere. Neque enim David ad principatum evectus, neque regnum adeptus, ac Saulem in manibus habens, ita demum illi pepercit, ne quis causari possit regni magnitudine sublata fuisse iram: sed cum sciret fore, ut ille servatus rursus ad eadem rediret, et ipse in graviora pericula conjiceretur, ne ideo quidem occidit. Ne utique hunc cum illis conferamus. Siquidem illi quoniam habent certum tutumque pignus futurae deinceps securitatis, merito parcent; hic vero cum sciret se hostem in suam ipsius perniciem dimittere, ac salutem dare inimico, haud tamen illum occidit, idque cum haberet multa ad eam caedem impellentia. Etenim solitudo regis auxilio nudati, exhortatio militum, praetertorum memoria, futurorum metus; ad haec quod si interfecisset inimicum, non posset damnari caedis, quodque post caedem peractam legem (a) ipsam mansuetudine superare videretur, haec et alia plura urgebant compellebantque gladio illum confodere. At horum nulli cessit, sed adamantis invicti more perstitit, intemeratam philosophiae legem servans. Caeterum ne dicas illum nihil eorum sensit affectum, quos sensit par erat, sed id quod accidit non fuisse philosophiam, sed stuporem: considera quam vehementer exasperatus sibi temperavit. Siquidem iracundiae fluctus in animo illius intumuisse, multamque cogitationum procellam concitatam fuisse, sed eam tempestatem refrenasse timore Dei, animosque repressisse, ex iis quae facta sunt perspicere licet. *Surrexit, inquit, et tulit oram chlamydis Saülis clanculum.* Vides quanta irae tempestas coorta fuerit? At non processit ulterius, neque fecit naufragium, eo quod gubernatrix illico sentiens periculum, videlicet pia ratio, tempestatem vertit in tranquillitatem. *Percussit enim, inquit, Davidem cor ipsius*, ac velut equum subsilentem ac ferocientem, revocavit iram.

6. Hujusmodi sunt sanctorum animae: priusquam concidant, resurgunt, priusquam ad peccatum perveniant, refrenantur, eo quod sobriae sint, semperque vigilant. Et tamen quantum erat intervallum inter corpus et vestem? Attamen ille seipsum cohibuit, ne progrediretur ulterius: insuperque ob hoc ipsum graviter seipsum condemnavit. *Percussit enim, inquit, illum cor ipsius, quod abstulisset extremum chlamydis, dixitque ad viros: Nequaquam hoc mihi sit a Domino (b) (1. Reg. 24. 6).* Quid est illud, *Nequaquam hoc sit mihi a Domino?* Propitius, inquit, sit mihi, si hoc voluisses: ne concedat umquam ut hoc faciam Deus, neque permittat me ad tantum devenire scelus. Quoniam videbat hanc philosophiam superare pene

(a) Legem ipsam mansuetudine superasset David, etiamsi Saulem occidisset, quia lex praecipiebat dentem pro dente, oculum pro oculo, et, ut consequens erat, vitam pro vita dari; ita ut si Saulem interfecisset, minus etiam quam lex permittebat fecisset David semel occidendo eum, qui sepe vitam ipsi eripere conatus fuerat.

(b) Sic Reg. Hic quadam omissa fuerant in Morel.

μέλλοντα ἀνελε, ἵνα μὴ μείζονα καὶ χαλεπώτερα ὑποστῶμεν κακὰ. Ταῦτα γὰρ εἰ καὶ μὴ τοῖς ῥήμασιν ἔλεγον, ἀλλ' ὅμως κατὰ δianoian ἐλογίζοντο καὶ ταῦτα, καὶ τούτων πλείονα ἕτερα.

ε'. Ἄλλ' οὐδὲν τούτων ὁ δίκαιος ἐκεῖνος ὑπελογίζετο, ἀλλ' εἰς ἓν ἔβλεπε μόνον, ὅπως τὸν τῆς ἀνεξικακίας ἀναδῆσασθαι δυναθῆ ἰστέφανον, καὶ φιλοσοφῆσαι φιλοσοφίαν τινὰ καινότεραν καὶ παράδοξον. Οὐδὲ γὰρ ἦν οὕτω θαυμαστόν, εἰ μόνος ὢν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐφείσατο τοῦ λελυπηκότος, ὡς νῦν παράδοξόν ἐστιν, ὅτι παρόντων ἐτέρων αὐτῷ τούτο ἐποίησεν. Ἡ γὰρ τῶν στρατιωτῶν ἐκείνων παρουσία διπλοῦν ἐγένετο τῇ φιλοσοφίᾳ τὸ κώλυμα. Πολλάκις γοῦν αὐτοὶ κρίναντες ὀργὴν ἀφίεναι, καὶ συγχωρῆσαι τὰ πεπλημμελημένα τινα, ἐπειδὴν ἰδωμέν τινας παροξύνοντας καὶ διεγείροντας, τὴν ἡμετέραν καταλύομεν κρίσιν, τοῖς ἐκείνων παραπειθόμενοι λόγοις. Ἄλλ' ὁ μακάριος ἐκεῖνος τοῦτο οὐκ ἔπαθεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν παραίνεσιν καὶ τὴν συμβουλὴν ἔμενε τὴν οἰκείαν διατηρῶν ψῆφον. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστόν, ὅτι οὔτε ταῖς παρ' ἐτέρων παρστράπη συμβουλαῖς, οὐδ' ὅτι αὐτοὺς οὐκ ἔδεισεν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκεῖνους τὰ αὐτὰ αὐτῷ φιλοσοφεῖν παρεσκεύασε. Μέγα μὲν γὰρ τὸ καὶ αὐτὸν τινα τῶν οἰκείων περιγενέσθαι παθῶν· πολὺ δὲ μείζον τὸ καὶ ἐτέρους δυναθῆναι πείσαι, τὴν αὐτὴν αὐτῷ κτήσασθαι γνώμην· καὶ ἐτέρους, οὐκ ἐπεικειῖς ἀνθρώπους καὶ μετρίους, ἀλλὰ στρατιώτας καὶ πολεμῆν μεμαθηκότας, καὶ τοῖς πολλοῖς ἀπεγνωκότας πόνοις, καὶ μικρὸν ἀναπνεύσαι ἐπιθυμοῦντας, καὶ εἰδόμενος ὅτι τῶν κακῶν ἢ λύσις πᾶσα ἐν τῇ τοῦ πολεμίου σφαγῇ τότε ἔχειτο· οὐ μόνον δὲ λύσις κακῶν, ἀλλὰ καὶ μυρίων κτήσις ἀγαθῶν· οὐδὲν γὰρ ἐκώλυεν, ἐκεῖνου σφαγέντος, ἐπὶ τούτῳ εὐθέως διαθῆναι τὴν βασιλείαν. Ἄλλ' ὅμως τοσοῦτων ὄντων τῶν παροξυνόντων τοὺς στρατιώτας, ἴσχυσεν ὁ γενναῖος ἐκεῖνος πάντων περιγενέσθαι τούτων, καὶ πείσαι φείσασθαι τοῦ πολεμίου.

Ἄξιον δὲ καὶ αὐτῆς ἀκοῦσαι τῶν στρατιωτῶν τῆς συμβουλῆς· ἢ γὰρ κακούργια τῆς παραινήσεως τὸ στεγρὸν καὶ ἀπερίτρεπτον τῆς τοῦ δικαίου δεικνυσι γνώμης. Οὐδὲ γὰρ εἶπον· Ἰδοὺ ὁ μυρία σε διαθείς κακὰ, ὁ τῆς σφαγῆς ἐπιθυμήσας τῆς σῆς, ὁ περιβαλὼν ἡμᾶς τοῖς ἀνηκέστοις δεινοῖς· ἀλλ' ἐπειδὴ συνείδον ὅτι πάντων τούτων ὑπερέωρα, καὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἡμαρτημένων οὐ πολλὴν ἐποίητο τὸν λόγον, ἄνωθεν αὐτῷ τὴν ψῆφον φέρουσιν, Ὁ θεὸς αὐτὸν παρέδωκε, λέγοντες, ἵνα τὴν ἐκεῖθεν αἰδεσθεὶς κρίσιν ἐτοιμότερον ἐπὶ τὴν σφαγὴν ἔλθῃ. Μὴ γὰρ σαυτὸν ἐκδικεῖς; φησί. Τῷ θεῷ διακονῆ καὶ ὑπηρετεῖς, καὶ τὴν ἐκεῖνου ψῆφον κυροῖς. Ἄλλ' ὅσῳ ταῦτα ἔλεγον, τοσοῦτῳ μάλλον ἐφείλετο. Ἦδει γὰρ τοῦτο, ὅτι ὁ [756] θεὸς αὐτὸν αὐτῷ παρέδωκεν, ἵνα πλείονος εὐδοκίμησεως αὐτῷ παράσῃ πρόφασιν. Καὶ σὺ τοίνυν, ὅταν ἴδῃς τὸν ἐχθρὸν εἰς τὰς χεῖρας ἐμπεσόντα τὰς σὰς, μὴ νόμιζε τιμωρίας, ἀλλὰ σωτηρίας εἶναι καιρὸν ἐκεῖνον. Διὰ τοῦτο τότε μάλιστα φείδεσθαι δεῖ τῶν

ἐχθρῶν, ὅταν αὐτῶν γενώμεθα κύριοι. Ἄλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· Καὶ τί μέγα καὶ θαυμαστόν γενόμενον κύριον φείσασθαι; Πολλοὶ γὰρ καὶ ἄλλοι βασιλεῖς πολλάκις ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐλθόντες, τοὺς πάλαι λελυπηκότας λαβόντες, ἀνάξιον αὐτῶν εἶναι ἐνόμισαν ἐν ἀρχῆς δγκυρ τοσοῦτῳ δίκην ἀπαιτῆσαι τῶν πεπλημμελημένων, καὶ ἢ τῆς ἐξουσίας περιουσία καταλλαγῆς ὑπόθεσις γέγονεν. Ἄλλ' ἐνταῦθα οὐδὲν τοιοῦτον ἐστὶν εἰπεῖν. Οὐ γὰρ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀνελθὼν ὁ Δαυὶδ, οὐδὲ τὴν βασιλείαν ἀπολαβὼν, καὶ τὸν Σαοὺλ ὑπὸ χεῖρας ἔχων, οὕτως ἐφείσατο, ἵνα μὴ τις εἴπῃ, ὅτι τὸ τῆς ἀρχῆς μέγεθος τὸν θυμὸν ἐξέλευσεν· ἀλλ' εἰδὼς ὅτι διασωθεὶς τοῖς αὐτοῖς ἐπιθήσεται πάλιν, καὶ εἰς μείζονας ἐμβαλεῖ τοὺς κινδύνους, οὐδὲ οὕτως ἀπέκτεινε. Μὴ δὲ τοῦτον ἐκεῖνους παραβάλλωμεν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἀσφαλὲς τὸ ἐνεχύρον ἔχοντες τῆς μετὰ ταῦτα ἀδείας, εἰκότως φείδονται· οὗτος δὲ μέλλων τὸν ἐχθρὸν καθ' ἑαυτοῦ ἀφίεναι, καὶ πολέμιον ἑαυτῷ σώζειν, οὐδὲ οὕτως αὐτὸν ἠφάνισε, καὶ ταῦτα πολλὰ ἔχων τὰ πρὸς τὴν σφαγὴν αὐτὸν ταύτην ὠλοῦντα. Καὶ γὰρ ἡ ἔρημία τῶν βοηθούτων τῷ Σαοὺλ, καὶ ἡ παραινέσις τῶν στρατιωτῶν, καὶ ἡ μνήμη τῶν παρελθόντων, καὶ ὁ φόβος τῶν μελλόντων, καὶ τὸ μηδὲ σφαγῆς κρίνεσθαι λοιπὸν ἀποκτείναντα τὸν ἐχθρὸν, καὶ τὸ μετὰ τὸν φόνον τοῦτον δύνασθαι τὸν νόμον ὑπερβαίνειν, καὶ πολλὰ ἕτερα πλείονα τούτων ἐδίδεκετο καὶ ἠνάγκαζεν ὠθήσαι τὸ ξίφος εἰς ἐκεῖνον. Ἄλλ' οὐδενὶ τούτων εἶξεν, ἀλλ' ἔμενε ὡσπερ τις ἀδάμας, ἀκίνητον τὸν τῆς φιλοσοφίας διατηρῶν νόμον. Εἶτα ἵνα μὴ λέγῃς ὅτι οὐδὲ ἔπαθέ τι τοιοῦτον, οἷον εἰκός ἦν, ἀλλ' ἀναισθησία τὸ γινόμενον ἦν, οὐχὶ φιλοσοφία, ὅρα πῶς ἀγριωθεὶς ἐκαρτέρησεν. Ὅτι γὰρ αὐτῷ διανέστη τὰ κύματα τῆς ὀργῆς, καὶ πολλῆ τῶν λογισμῶν ἐκινήθη ἡ ζάλη, καὶ τὸν χειμῶνα ἐχαλίνου τῷ φόβῳ τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν δianoian ἐπέεζετο, ἐκ τῶν γενομένων ἐστὶν ἰδεῖν. Ἀνέστη γὰρ, φησί, καὶ ἀφείλε τὸ πτερόν τῆς διπλοῦδος Σαοὺλ λαθροῦς. Εἶδες πῶς ἡγέρθη τῆς ὀργῆς ὁ χεῖμων; Ἄλλ' οὐ προήθε περαιτέρω, οὐδὲ εἰργάσατο τὸ ναυάγιον· ὁ γὰρ κυβερνήτης ταχέως αἰσθόμενος, ὁ εὐσεβὴς λογισμὸς, γαλήνην ἀντὶ χειμῶνος ἐποίησεν. Ἐπάταξε γὰρ αὐτὸν, φησὶν, ἡ καρδία αὐτοῦ, καὶ καθάπερ σκιρτῶντο καὶ μαινόμενον ἵππον, τὸν θυμὸν ἀνεχαίτισε.

ε'. Τοιαῦτα τῶν ἀγίων αἱ ψυχαί· πρὶν ἢ πεσεῖν, ἀνίστανται, πρὶν ἢ πρὸς τὴν ἀμαρτίαν ἐλθεῖν, ἀνακαίτιζονται, ἐπειδὴ νήφουσι καὶ διαπαντός εἰσὶν ἐγρηγορούμενοι. Καίτοι πόσον τοῦ σώματος ἦν καὶ τοῦ ἱματίου [757] τὸ μέσον; Ἄλλ' ὅμως ἴσχυσε μὴ περὶ λθεῖν περαιτέρω, καὶ ἐπ' αὐτῷ δὲ τούτῳ σφόδρα ἑαυτὸν κατεδίκασεν. Ἐπάταξε γὰρ αὐτὸν ἡ καρδία αὐτοῦ, φησὶν, ὅτι ἀφείλε τὸ πτερόν τῆς διπλοῦδος, καὶ εἶπε πρὸς τοὺς ἀνδράς· Μηδαμῶς ἐμοὶ παρὰ Κυρίου. Τί ἐστὶ, Μηδαμῶς ἐμοὶ παρὰ Κυρίου; Ἀντὶ τοῦ, Ἰαῶς μοι Κύριος, φησί, καὶ αὐτὸς εἰ βουληθεῖν, μὴ συγχωρήσαι μοὶ ποτε τοῦτο ἐργάσασθαι ὁ θεὸς, μηδὲ ἐπιτρέψαι εἰς ταύτην ἐλθεῖν τὴν ἀμαρτίαν. Ἐπειδὴ γὰρ οἶδε τὴν τοιαύτην φιλο-

σφίαν σχεδὸν τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνουσαν φύσιν, καὶ τῆς ἀνωθεν δεομένην ῥοπῆς, καὶ μικροῦ περιτραπέντα πρὸς τὴν σφαγὴν, εὐχεται λοιπὸν, ὥστε καθαρὰν τὸν Θεὸν αὐτῷ διατηρῆσαι τὴν χεῖρα. Τί ταύτης γένοιτο; ἂν τῆς ψυχῆς ἡμερώτερον; Ἄρα ἀνθρωπινὸν ἔστι τούτον ἐροῦμεν, τὸν ἐν ἀνθρωπιεῖα φύσει πολιτείαν ἀγγελικὴν ἐπιδειξάμενον; Ἄλλ' οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο οἱ θεοὶ νόμοι. Τίς γάρ ἂν, εἶπέ μοι, ταχέως ἔλοιτο τοιαύτην εὐχὴν εὐξασθαι τῷ Θεῷ; Τί λέγω, τοιαύτην; Μὴ κατεύξασθαι μὲν οὖν τοῦ λελυπηκός τις ἂν βράδιος ὑπομείνειε; Καὶ γὰρ εἰς τοῦτο θρηνωδίας ἐληλάκασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὡς, ἐπειδὴν ἀσθενήσῃσι, καὶ μηδὲν δυνηθῶσι κακὸν ποιῆσαι τὸν λελυπηκῶτα, αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἄμυναν καλεῖν τὸν Θεόν, καὶ παρακαλεῖν δοῦναι αὐτοῖς ἐπεξελεθεῖν τοῖς ἡδίκηκοσιν. Οὗτος δὲ ὡσπερ ἐκ διαμέτρου πᾶσιν ἐκείνοις καὶ ἀπεναντίας ποιούμενος τὴν εὐχὴν, παρακαλεῖ μὴ δοῦναι ἐπεξελεθεῖν, οὕτω λέγων· *Μὴ μοι γένοιτο παρὰ Κυρίου, ἐπενεργεῖν τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτὸν*, ὡς περὶ υἱοῦ τοῦ πολεμίου διαλεγόμενος, ὡς περὶ γνησίου παιδός.

Καὶ οὐ μόνον ἐφέριστο, ἀλλὰ καὶ ἀπολογίαν τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ συντίθησι. Καὶ ὅρα πῶς συνετώς καὶ σοφῶς. Ἐπειδὴ γάρ τὸν βίον αὐτοῦ διερευνόμενος, οὐδὲν εὕρισκεν ἀγαθόν, οὐδὲ εἶχεν εἰπεῖν, ὅτι Οὐκ ἡδίκημαι παρ' αὐτοῦ, οὐδὲ ἔπαθον κακῶς (ἐμελλον γὰρ ἀντιφθέγγεσθαι τούτοις; οἱ στρατιῶται παρόντες, οἱ τῇ πείρῃ μαθόντες αὐτοῦ τὴν πονηρίαν), περιέρχεται ἐτέρωθεν ζητῶν ἀπολογίαν εὐπρόσωπον εὑρεῖν. Εἶτα οὐκ ἔχων ἀπὸ τοῦ βίου, οὐδὲ ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν ἐκείνου τοῦτο ποιῆσαι, ἐπὶ τὴν τιμὴν τὴν ἐκείνου κατέφυγεν εἰπὼν, *Ὅτι χριστὸς Κυρίου ἐστὶ*. Τί λέγεις, φησὶ; ὅτι μιὰρὸς καὶ παμμίαιρος, καὶ μυρίων γέμων κακῶν, καὶ τὰ ἔσχατα ἡμᾶς διαθείς; Ἄλλὰ βασιλεὺς, ἀλλὰ ἄρχων, ἀλλὰ τὴν προστασίαν τὴν ἡμετέραν ἐνεχειρίσθη. Καὶ οὐκ εἶπε, βασιλεὺς, ἀλλὰ τί; *Ὅτι χριστὸς Κυρίου ἐστὶν*, οὐκ ἀπὸ τῆς κάτῳθεν τιμῆς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀνωθεν ψήφου ποιήσας αἰδέσμενον. Καταφρονεῖς τοῦ συνδούλου, φησὶν; Αἰδέσθητι τὸν Δεσπότην. Διαπιπτεῖς τὸν χειροτονημένον; Φοδῆθητι τὸν χειροτονήσαντα. Εἰ γὰρ τοὺς ἄρχοντας τοὺτους τοὺς ὑπὸ βασιλείῳ χειροτονουμένους, κἂν ποιηροί, κἂν κλέπται, κἂν λησταί, κἂν ὄδοιχοι, κἂν ὀτιοῦν ὤσιν ἕτερον, δεδοίκαμεν καὶ πεφρίκαμεν, οὐ [758] διὰ τὴν πονηρίαν καταφρονούντες αὐτῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ χειροτονήσαντος δυσωπούμενοι· πολλῶ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ χρῆ τοῦτο ποιεῖν. Οὐκω παρέλυσεν αὐτὸν, φησὶ, τῆς ἀρχῆς, οὐδὲ ἰδιώτην ἐποίησε. Μὴ τοῖνον τὴν τάξιν ἀνατρέπωμεν, μηδὲ τῷ Θεῷ πολεμῶμεν, τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο διὰ τῶν ἔργων ἐπιδεικνύμενοι· *Ὅτι πᾶς ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν· οἱ δὲ ἀνθεστηκότες, ἑαυτοῖς κρίμα λήφονται*. Οὐχὶ χριστὸν δὲ αὐτὸν ἐκάλεον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοῦ κύριον. Οὐ τῆς τυχούσης δὲ φιλοσοφίας ἐστὶ, τὸ τὸν ἐχθρὸν τοῖς τῆς τιμῆς καὶ τῆς θεραπείας ὀνόμασι προσεῖπεῖν. Καὶ τοῦτο αὐτὸ πάλιν ἀφ' ὧν ἕτεροι πάσχουσιν ἴδοι τις ἂν ἠλίκοι ἐστὶ. Πολλοὶ γοῦν τοὺς ἑαυτῶν ἐχθροὺς οὐδὲ ἀπὸ γυμνῶν καὶ ψιλῶν τῶν ὀνομάτων καλεῖν ἀνέχονται, ἀλλ' ἀφ' ἐτέρων πολλῶν ἔχόντων κατηγορίαν, τὸν μιανρὸν, τὸν μαινόμενον, τὸν ἐξεσηκῶτα, τὸν παραπαίοντα, τὸν λυμῶνα, καὶ ἕτερα πολλὰ τοιαῦτα συνεύροντες, οὕτω προσαγορεύουσι τοὺς ἐχθροὺς. Καὶ

ὅτι τοῦτο ἐστὶν ἀληθές, οὐ πόρρωθεν, ἀλλ' ἐγγύθεν ὄψω σοι τὸ παράδειγμα ἀπ' αὐτοῦ τούτου τοῦ Σαουλ. Τὸν γοῦν ἄγιον τούτον διὰ τὴν πολλὴν ἀπέχθειαν οὐχ ὑπέμεινε διὰ τοῦ οἰκείου καλεῖν ὀνόματος, ἀλλὰ πανηγυρέως ποτε τελούμενης, ἐπιζητῶν ἔλεγε· *Ποῦ ἐστὶν ὁ υἱὸς Ἰεσσαί*; Οὕτω δὲ αὐτὸν ἐκάλεσεν, ὁμοῦ μὲν αὐτοῦ τὸ ὄνομα μισῶν, ὁμοῦ δὲ τῆ τοῦ γεγεννηκότος εὐτελεῖα προσδοκῶν λυμανεῖσθαι τὴν τοῦ δικαίου ἔβξαν· οὐκ εἰδὼς ὅτι λαμπρὸν καὶ ἐπίσημον οὐ περιφάνεια προγόμων, ἀλλὰ ψυχῆς ἀρετὴ ποιεῖν εἴωθεν. Ἄλλ' οὐχ ὁ μακάριος Δαυὶδ οὕτως. Οὕτε γὰρ ἀπὸ τοῦ πατρὸς αὐτὸν ἐκάλεσε· καίτοι κάκεινος σφόδρα εὐτελής ἦν καὶ ἀπεβρίμμενος· οὕτε ἀπὸ ψιλοῦ καὶ γυμνοῦ τοῦ ὀνόματος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τῆς τιμῆς, ἀπὸ τοῦ τῆς δεσποτείας. Οὕτω καθαρὰ πάσης ἀπεχθείας ἦν αὐτῷ ἡ ψυχὴ. Καὶ σὺ τοῖνον, ἀγαπητέ, τούτον ζηλώσω, καὶ τοῦτο παιδεύθητι πρότερον. μηδέποτε τὸν ἐχθρὸν ἀπὸ τῶν διαβεβλημένων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἐντίμων καλεῖν ὀνομάτων. Ἄν γὰρ μελετήσῃ τὸ στόμα ἐντίμου καὶ θεραπείαν ἔχοντι καλεῖν τὸν λελυπηκῶτα ὀνόματι, καὶ ἀκούσασα ἡ ψυχὴ παρὰ τῆς γλώττης παιδευομένη καὶ συνεπιζομένη καταδέξεται τὴν πρὸς ἐκεῖνον καταλλαγὴν. Αὐτὰ γὰρ τὰ ῥήματα τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ φλεγμονῆς ἔσται φάρμακον ἄριστον.

Ζ'. Ταῦτα εἰρηκα νῦν, οὐχ ἵνα ἐπαινέσωμεν μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ ζηλώσωμεν. Ταύτην οὖν ἕκατος τὴν ἱστορίαν ἐπὶ τῆς καρδίας ζωγραφεῖται τῆς ἑαυτοῦ, καθάπερ χεῖρι τοῖς λογισμοῖς ὑπογράφων διηνεκῶς τὸ σπῆλαιον τὸ διπλοῦν, τὸν Σαουλ ἔνδον καθεύδοντα, καὶ καθάπερ ἄλυσει τιμὴν δεδεμένον τῷ ὑπνῳ, καὶ ὑποκείμενον τῇ δεξιᾷ τοῦ τὰ μέγιστα ἡδίκημένου· τὸν Δαυὶδ ἐφαστῶτα καθεύδοντι, τοὺς στρατιώτας παρόντας, καὶ παροξύνοντας πρὸς σφαγὴν· τὸν μακάριον ἐκεῖνον φιλοσοφούντα, καὶ τὸν οἰκεῖον καὶ τὴν τούτων θυμὸν καταστέλλοντα, καὶ ὑπὲρ τοῦ τοσούτου [759] πεπλημμεληκός ἀπολογούμενον. Ταῦτα μὴ μόνον ἐπὶ τῆς διανοίας γράφωμεν, ἀλλὰ καὶ ἐν συνεδρίοις διαλεγώμεθα πρὸς ἀλλήλους διηνεκῶς· ταῦτα καὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ πρὸς παῖδα συνεχῶς ἀνακινώμεν τὰ διηγήματα. Εἶτε γὰρ περὶ βασιλέως διαλέγεσθαι βούλει, ἰδοὺ βασιλεὺς· εἶτε περὶ στρατιωτῶν, εἶτε περὶ οἰκίας, εἶτε περὶ πολιτικῶν πραγμάτων, πολλὴν ἐν ταῖς Γραφαῖς ὄφει τούτων τὴν εὐπορίαν. Ταῦτα μεγίστην ἔχει τὰ διηγήματα τὴν ὠφέλειαν. Ἀμήχανον γὰρ, ἀμήχανον, ψυχὴν ἐν ταύταις στρεφομένην ταῖς ἱστορίαις, δυνηθῆναι ποτε κρατηθῆναι τῷ πάθει. Ἴν' οὖν μὴ μάτην τὸν καιρὸν δαπανῶμεν, μηδὲ εἰκὴ τὴν ζωὴν ἡμῶν ἀναλίσκωμεν εἰς φλυαρίας ἀκαίρους καὶ περιττάς, μαθόντες τῶν γενναίων ἀνδρῶν τὰς ἰσθρίας, ταῦτα συνεχῶς διαλεγώμεθα, καὶ περὶ τούτων. Κἂν βουληθῇ τις τῶν συνεδρευόντων ἢ περὶ θεάτρων, ἢ περὶ ἱπποδρομίας, ἢ περὶ πραγμάτων οὐδὲν σοι προσκόντων ποιήσασθαι λόγον, ἀπαγαγὼν αὐτὸν τῆς ὑποθέσεως ἐκείνης, εἰς ταύτην ἐμβάλε τὴν διήγησιν, ἵνα καὶ τὴν ψυχὴν ἐκκαθάραντες, καὶ ἡδονῆς μετὰ ἀσφαλείας ἀπολαύσαντες, καὶ πρῶτος ἑαυτοὺς καταστήσαντες καὶ ἡμέραν τοῖς λελυπηκόσιν ἄπασιν, ἀπέλθωμεν ἐκεῖ μηδὲνα ἔχοντες ἐχθρὸν, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν τύχωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

naturam humanam, caelestique opus habere auxilio, seque pene ad caedem processisse, precatur, ut Dominus sibi conservet manum impollutam. Quid hoc animo possit esse mitius? An hunc dicemus hominem, qui in natura humana vitam praestiterit angelicam? Verum id non passurae sunt divinae leges. Quis enim, obsecro, facile a Deo ejusmodi rem petat? Quid dixi, hujusmodi? Quis sustineret, non precari adversus eum qui molestus fuisset? Nam plerique mortales eo feritatis abrepti sunt, ut cum sint adeo imbecilles, ut non queant eum a quo lacescunt sunt ullo malo afficere, Deum ad ultionem invocent, ut sibi det facultatem nocendi iis, qui sibi mala intulere. Hic vero illis omnibus velut ex diametro contraria precando, rogat ne permittat ut manus injiciat, loquens hunc in modum: *Ne mihi hoc accidat a Domino, ut injiciam manum meam in illum* (1. Reg. 24. 6): perinde quasi de filio et de prole, ita de hoste loquitur.

Reges revereri oportet. Hostem David honorifice appellat. — Neque pepercit tantum, verum et excusationem pro eo parat. Vide vero quam prudenter quamque sapienter. Siquidem cum vitam Saülis perscrutans, nihil invenisset boni, ut dicere posset, Non sum ab illo laesus, nec ullo affectus incommodo (propterea enim his reclamaturi erant milites qui aderam, regisque malitiam experimento cognoverant): alia ex parte circumibat, studens probabilem invenire excusationem. Id cum non posset, nec ab illius vita, nec a factis, ad dignitatem illius confugit dicens: *Quoniam christus Domini est.* Quid ais, inquit? quod scelestus, quod sceleribus opertus, ac vitiiis innumerabilibus refertus, et in nos extrema cogitans? Sed rex est, sed princeps, sed principatum in nos suscepit. Neque tamen dixit, Rex est, sed, *Christus Domini est*, non ab humano honore, sed a caelesti iudicio sumpto honorifico testimonio. Contemnis, inquit, conservum tuum? Reverere dominum. Aspernaris electum? Metue eum qui elegit. Etenim si vulgares istos praefectos ab Imperatore designatos etiam si sint improbi, si fures, si praedones, si injusti, si quodcumque aliud fuerint, timemus et horremus, non propter malitiam despicientes eos, sed propter dignitatem illius a quo electi sunt reverentes: multo amplius id facere convenit erga eos quos elegit Deus. Nondum, inquit, Deus abdicavit illum principatu, nondum fecit eum ex rege privatum. Itaque ne invertamus ordinem, neque pugnemus cum Deo, apostolicum illud dictum factis praestantes: *Quoniam quisquis resistit potestati, Dei ordinationi resistit; quicumque autem resistunt, sibi ipsis accipient damnationem* (Rom. 13. 2). Non solum appellavit illum christum, hoc est, unctum et regem; verum etiam suum dominum vocavit. Non est medicocris philosophiae, hostem honoris et obsequii vocabulis appellare. Atque id rursus quam sit magnum, ex his quae caeteris accidunt queat aliquis perspicere. Plerique siquidem inimicos suos ne nudis quidem ac simplicibus nominibus appellare sustinent, sed aliis vocabulis odiosis eos nominant: impium, insanum, mente captum, delirum, pestilentem: alia-

que multa contextunt, hisque notis designant hostem. Id esse verum, exemplo non eminus petito, sed e proximo sumpto docebo, nimirum ab hoc ipso Saule, qui justum hunc ob vehemens odium non sustinuit proprio vocare nomine, sed cum aliquando festum quoddam celebraretur, requirens eum, dicebat, *Ubi est filius Jesse* (1. Reg. 20. 27)? Sic autem appellavit eum partim odio proprii nominis, partim genitoris vilitatem notans, sperans fore ut hoc pacto justis fama contaminaretur: haud intelligens hominem nobilem illustremque reddi solere, non progenitorum claritate, sed animi virtute. At non itidem fecit beatus David. Neque enim patris cognomento vocavit illum, quamquam is quoque fuit admodum humilis et contemptus: neque nudo simplicique nomine designavit, sed dignitatis et principatus titulo. Usque adeo purum ab omni malevolentia gerebat animum. Proinde tu quoque, carissime, hunc imitans, illud in primis descito, ne umquam inimicum odiosis nominibus, sed honorificis potius appelles. Etenim si os assueverit eum qui laesit honoris obsequique nominibus appellare, animus haec audiens a lingua doctus non refugiet cum illo redire in gratiam. Nam ipsa verba remedium erunt optimum ulceris in corde tumescentis.

7. *David a nobis imitandus.* — Haec nunc loquutus sum, non tantum ut laudemus Davidem, sed ut aemulemur quoque. Hanc igitur historiam in suo quisque corde sibi depingat, contemplatione veluti manu assidue in mente delineans speluncam illam duplicem, ipsum Saulem intus dormientem, somnoque perinde ut catena vinctum, ejus quem gravissime laeserat dextrae subjectum; David imminentem dormienti, praesentes milites, et ad caedem adhortantes; beatum illum philosophantem, hoc est, et suam et illorum iram cohibentem, eumque qui tam multa peccaverat, excusantem. Haec, inquam, non solum in animo depingamus, verum etiam in consensibus inter nos assidue loquamur: has apud uxorem, has apud liberos frequenter renovemus narrationes. Etenim sive de rege loqui voles, ecce rex: sive de militibus, sive de re familiari, sive de publicis civilibusque negotiis, videbis in Scripturis horum omnium magnam copiam. Hujusmodi commemorationes maximam afferunt utilitatem. Impossibile est enim, impossibile, inquam, est, animum in hujusmodi historiis versantem, a cupiditatibus superari. Ergo ne tempus inutiliter consumamus, neve vitam nostram frustra teramus in nugis ineptis ac supervacaneis, fortium virorum discamus res gestas, ac de his assidue disseramus. Quod si quis in consensu voluerit aut de spectaculis, aut de cursu equorum, aut de rebus nihil ad te pertinentibus verba facere, ab illa materia fac eum revoces, et in ejusmodi narrationem inducas, quo simul et purgatis animis, et voluptate, quae periculo careat, delectati, denique ipsi mites ac placabiles erga cunctos male de nobis meritos facti, ex hac vita migremus, in futuro saeculo nullum habentes inimicum, bona etiam aeterna consequamur, gratia et bonitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in saecula. Amen.

HOMILIA II.

Quod magnum sit bonum, non tantum exercere virtutem, verumetiam laudare: quodque David magnificentius tropæum exeret parcendo Saûli, quam prostrato Goliath: quodque hæc faciens magis profuerit sibi quam Saûli: deque excusatione ipsius apud Saûlem.

1. *Laudare virtute præditos prodest.* — Vos quidem nuper laudastis Davidem ob malorum tolerantiam; ego vicissim admirabar vestram erga Davidem benevolentiam ac caritatis affectum. Non enim oportet adire modo et æmulari virtutem, verumetiam eos qui virtutem amplectuntur, laudibus evehere, et admirandos prædicare, nobis fructum aliquem eumque haud vulgarem affert: quemadmodum ex adverso pravitatem non æmulari tantum, verumetiam in ea viventes laudare, supplicium haud mediocre nobis parat: et si fas est quiddam novum et admirandum dicere, gravius supplicium manet illos, quam ipsos qui male vivunt. Id declarans Paulus, posteaquam omnem malitiæ speciem enumerasset, accusassetque omnes qui leges Dei conculcant, de illis ipsis subjicit: *Qui cum Dei justitiam nossent, quod qui talia faciunt, digni sunt morte, non solum ea faciunt, sed et comprobant illa facientes: ideo inexcusabilis es, o homo (Rom. 1. 32. et c. 2. v. 1).* Vides eum ita loqui ut ostendat hoc esse gravius illo. Nam laudare delinquentes, quod ad supplicium pertinet, longe plus est quam delinquere: idque jure merito, quia hoc suffragium proficiscitur ab animo plane corrupto, et insanabili morbo laborante. Siquidem is qui dum peccat, condemnat peccatum suum, poterit aliquando temporis progressu ad se redire; qui vero laudat malitiam, is seipsum privavit curatione, quam affert pœnitentia. Proinde merito Paulus pronuntiavit hoc illo esse gravius. Itaque sicut non tantum il qui prava faciunt, verumetiam qui tales laudant ac prædicant, eandem, aut etiam graviores pœnas sortiuntur: ita qui bonos laudibus velunt ac prædicant, coronarum illis repositarum fiunt participes. Quod ipsum ita esse e Scriptura licet perspicere. Deus enim ita loquitur Abraham: *Benedicentibus tibi benedicam, et maledicentibus tibi maledicam (Gen. 12. 3).* Idem in Olympicis certaminibus accidere videbit quisvis. Neque enim athleta tantum coronam gestans, neque qui laborem ac sudorem pertulit modo, verum et is qui laudat victorem, non minimam laudis illius voluptatem decerpit. Quapropter et ego non solum generosum illum ac magnanimum ob animi philosophiam beatum prædico, verum et vos ob benevolum erga illum animum. Ille namque certavit ac vicit, coronamque tulit: vos autem quia victoriam laudastis, non mediocrem coronæ partem vobis tulistis. Ut igitur uberior sit vobis ista voluptas, ac fructus abundantior, agedum reliquas quoque hujus historiæ partes vobis persolvamus. Cum historiæ scriptor commemorasset verba, quibus David cædem reproboavit, subjicit: *Non permisit illis, ut surgerent et occiderent Saûl (1. Reg. 24. 8):* simul et illorum animos ad cædem promptos, et hujus fortitudinem demonstrare volens. At multi sane qui videntur philosophari,

etiamsi ipsi in se non recipiant homicidium, nolunt tamen alios qui cædem parant cohibere. At non ita David, sed perinde ac si depositum aliquod accepisset, pro quo rationem redditurus esset, ita non tantum ipse non attingit inimicum, verum etiam alios occidere volentes coercuit, satelles optimus et corporis custos pro hoste factus. Itaque non aberravit a vero, qui dicit, Davidem id temporis in gravius incidisse discrimen, quam ipsum Saûlem. Neque enim leve certamen periculumque sustinebat, dum omnibus modis conabatur illum ab insidiis eripere, quas ei parabant milites: neque perinde metuebat ne ipse occideretur, ac formidabat ne quis militum iræ obsequens interficeret hominem: eamque ob causam ejusmodi commentus est excusationem. Atque illi quidem accusabant, accusabatur autem Saûl dormiens, sed defendit inimicus, Deus vero judex erat, ac Davidis sententiam confirmavit. Neque enim absque Dei præsidio valuisset illos furentes vincere: sed hæc erat Dei gratia in prophetæ labiis residens, quæ veluti suadelam quamdam addebat illius verbis. Tametsi non leve momentum et David huc attulit, qui quoniam illos superiore tempore sic instituerat, idcirco in articulo certaminis paratos illos ac morigeros reperit. Præfuerat enim illis non ut belli dux militibus, sed ut sacerdos, jamque spelunca illa erat ecclesia.

Sacrificium offert Deo David, immolans iram. — Sic quemadmodum aliquis episcopi sortitus munus, ad illos concionem habebat, ac peracta concione sacrificium obtulit, idque admirabile quoddam dictaque incredibile, non mactato vitulo, aut occiso agno, sed quod his erat multo honorificentius, mansuetudinem et humanitatem offerens Deo, atque irrationabili animi motu mactato, occisaque iracundia, et mortificatis membris, quæ sunt super terram. Et factus est idem tum victima, tum sacrificatus, tum altare (*Col. 3. 5*). Siquidem et ratio quæ offerebat mansuetudinem atque humanitatem, et ipsa humanitas ac mansuetudo, denique cor in quo hæc offerebantur, omnia erant ejusdem hominis.

2. Posteaquam igitur hanc immolasset præclaram victimam, tunc victoriam retulit, neque quidquam prætermisit quod ad tropæum spectaret, surrexit tandem horum certaminum materia Saûl, et egressus est e spelunca, ignarus omnium quæ gesta fuerant. *Egressus est autem post illum et David (1. Reg. 24. 9),* liberis deinceps oculis cælum intuens, ac tum temporis magis gaudens, quam eum Goliath prostravisset, ac barbari caput amputasset. Siquidem hæc illa magnificentior erat victoria, hæc magnificentiora spolia, hæc præda illustrior, hæc gloriosius tropæum. Nam illic et funda et lapidibus et acie habebat opus: hic vero cuncta prudentia rationeque peracta sunt, ac sine armis contigit victoria, atque incruentum tropæum erectum est. Itaque rediit non barbari illius caput gestans, sed animi commotionem sedatam, sed iram encrvatam: neque hæc spolia reposuit Jerosolymæ, sed in cælo, inque superna illa civitate. Nunc non choreas agentes obviam veniebant feminae excipientes

OMIAIA B.

Ὅτι μὲγα αγαθὸν οὐ τὸ μετιέναι μόνον ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπαινεῖν ἀρετὴν· καὶ ὅτι μείζον ἐστῆσε τρόπιον φεισόμενος τοῦ Σαοῦλ ὁ Δαυὶδ, ἢ ὅτε τὸν Γολιάθ κατήνεγκε· καὶ ὅτι ἐαυτὸν μᾶλλον ἢ τὸν Σαοῦλ ὠφέλησε τοῦτο ποιήσας· καὶ εἰς τὴν ἀπολογίαν αὐτοῦ τὴν πρὸς τὸν Σαοῦλ.

α'. Ὑμεῖς μὲν πρώην ἐπηνέσατε τὸν Δαυὶδ τῆς ἀνεξικακίας· ἐγὼ δὲ ὑμᾶς ἐθαύμασα τῆς περὶ τὸν Δαυὶδ εὐνοίας τε καὶ φιλοστοργίας. Οὐ γάρ δη μόνον τὸ μετιέναι καὶ ζηλοῦν ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ τὸ τοὺς μετιόντας ἐπαινεῖν καὶ θαυμάζειν, φέρει τινὰ μισθὸν ἡμῖν οὐ μικρὸν· ὡςπερ οὖν οὐ μόνον τὴν ζηλοῦν κακίαν, ἀλλὰ καὶ τὸ τοὺς ἐν αὐτῇ ζῶντας ἐπαινεῖν, φέρει κόλασιν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡμῖν, καὶ εἰ χρή τι καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν, αὐτῶν τῶν ἐν πονηρίᾳ ζώντων χαλεπωτέραν. Καὶ ὅτι τοῦτο ἐστὶν ἀληθές, δείκνυσιν ὁ Παῦλος ἐν οἷς φησιν· ἐπειδὴ γάρ κακίας ἅπαν εἶδος ἠρίθμησε, καὶ τῶν καταπατούντων τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους κατηγορήσεν ἅπαντων, ἐπήγαγε λέγων περὶ αὐτῶν ἐκείνων· *Ὅτι οἱ τὰ δικαιώματα τοῦ Θεοῦ γνόντες, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνεθοκοῦσι τοῖς πράσσουσι· διὸ ἀνακολόγητος εἶ, ὡ ἄνθρωπε.* Ὅρᾳς ὅτι διὰ [760] τοῦτο οὕτως εἶπεν, ἵνα δείξῃ τοῦτο ἐκείνου χαλεπωτέραν ἐν. Τοῦ γάρ ἁμαρτάνειν τὸ καὶ ἐπαινεῖν τοὺς ἁμαρτάνοντας, πολὺ μείζον εἰς κολάσεως λόγον· καὶ μᾶλα εἰκότως· διεφθαρμένης γάρ ἐστι γνώμης καὶ ἀνίατα νοσοῦσης αὐτῆς ἡ ψῆφος. Ὅ μὲν γάρ μετὰ τὸν πλημμελεῖν καταγινώσκων τῆς ἁμαρτίας, χρόνῳ ποτὲ ἐαυτὸν δυνήσεται ἀνακτήσασθαι· ὁ δὲ ἐπαινῶν πονηρίαν, τῆς ἐκ τοῦ μετανοῆσαι θραπείας ἐαυτὸν ἀπεστέρησεν. Ὅστε εἰκότως τοῦτο ἐκείνου χαλεπωτέρον ὁ Παῦλος εἶναι ἀπέδειξεν β'. Ὅσπερ οὖν οὐχ οἱ τὰ φαῦλα πράσσοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τοῦτους ἐγκυμιάζοντες, τῆς αὐτῆς, ἢ καὶ χαλεπωτέρας, ἐκείνοις κοινωνοῦσι κολάσεως· οὕτως οἱ τοὺς ἀγαθοὺς ἐπαινοῦντες καὶ θαυμάζοντες, συμμερισται τῶν ἐκείνοις ἀποκειμένων στεφάνων εἰσὶ. Καὶ τοῦτο αὐτὸ πάλιν ἀπὸ τῆς Γραφῆς ἐστὶν ἰδεῖν. Πρὸς γάρ τὸν Ἀβραάμ διαλεγόμενός φησιν ὁ Θεός· *Εὐλογησώ τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι.* Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν Ὀλυμπιακῶν ἀγώνων συμβαλὼν ἴδοι τις ἂν. Οὐ γάρ ὁ τὸν στέφανον περικεῖμενος ἀθλητῆς, οὐδὲ ὁ τοὺς πόνους ὑπομένων καὶ τοὺς ἰδρωτάς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ θαυμαστής τοῦ νενικηχότος οὐκ ὀλίγην ἐκ τῆς εὐφημίας ἐκείνης καρποῦται τὴν ἥδονήν. Διὰ τοῦτο οὐχὶ τὸν γενναῖον ἐκείνον τῆς φιλοσοφίας μακαρίζω μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς τῆς περὶ αὐτὸν εὐνοίας. Ἐπάλασε μὲν γάρ ἐκεῖνος, καὶ ἐνίκησε, καὶ ἐστεφανώθη· ἐπαινεσάντες δὲ τὴν νίκην ὑμεῖς, οὐ μικρὸν τοῦ στεφάνου μέρος λαβόντες ἀπῆλθετε. Ἰν' οὖν μείζων ἢ ἥδονῃ γένηται καὶ πλέον τὸ κέρδος, φέρε καὶ τὰ λειπόμενα τῆς ἱστορίας ἀποδῶμεν ὑμῖν. Εἰπὼν γάρ ὁ συγγραφεὺς τὰ ῥήματα, δι' ὧν παρητήσατο τὴν σφαγὴν, ἐπήγαγεν, *ὅτι ὅταν δῶκεν αὐτοῖς ἀναστῆναι καὶ ἀποκτεῖναι τὸν Σαοῦλ*, ὁμοῦ καὶ τὴν ἐκείνων ἐπιθυμίαν τὴν περὶ τὴν σφαγὴν, καὶ τὴν ἀνδρείαν τὴν τούτου δείξει βουλόμενος. Καίτοι γε πολλοὶ τῶν ἐχθρῶν, καὶ οἱ δοκούντες φιλοσοφεῖν,

κἂν αὐτοὶ μὴ καταδέξωνται ἀνελεῖν, ὅψ' ἐτέρων ἀναρῆσθαι μέλλοντας οὐκ ἂν ἔλογοντο κωλύσαι. Ὁ δὲ Δαυὶδ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὡςπερ τινὰ παρακαταθήκην λαβὼν, καὶ μέλλων αὐτῆς εὐθύνας διδόναι, οὐ μόνον αὐτὸς οὐχ ἤψατο τοῦ πολεμίου, ἀλλὰ καὶ ἐτέρους βουλομένους ἀνελεῖν ἐκώλυσε, σωματοφύλαξ ἀντὶ πολεμίου γενόμενος καὶ δορυφόρος ἄριστος. Ὅστε οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι τὸν Δαυὶδ μᾶλλον κινδύνῳ τότε περιπεπωκέναι εἰπὼν, ἢ τὸν Σαοῦλ. Οὐ γάρ τὸν τυχόντα ἀγῶνα ὑπέμεινε, παντὶ τρόπῳ σπουδάζων αὐτὸν ἐξελῆσθαι τῆς ἐπιβουλῆς τῆς παρ' ἐκείνων· οὐδὲ οὕτως ἐδεδοίκει μέλλων αὐτὸς ἀποσφάττεσθαι, ὡς ἐδεδοίκει μήποτε τῶν στρατιωτῶν τις ἐνδοῦς τῷ θυμῷ διαφθεῖρη τὸν ἄνθρωπον· διὰ τοῦτο καὶ δικαιολογίαν τοιαύτην συνέθηκε. Καὶ γάρ κατηγοροῦν μὲν ἐκεῖνοι, κατηγορεῖτο δὲ ὁ καθεύδων, ἀπελογεῖτο δὲ ὁ πολέμιος, ἐδικάζε [761] δὲ ὁ Θεός, καὶ τὴν τοῦ Δαυὶδ ψῆφον ἐκύρωσεν. Οὐ γάρ ἀνευ τῆς τοῦ Θεοῦ ῥεπῆς Ἰσχυρῶς ἂν τῶν μαινομένων ἐκείνων περιγενέσθαι· ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις ἦν ἡ τοῖς χεῖλεσιν ἐγκαθημένη τοῦ προφήτου, καὶ πειθῶ τινὰ δοῦσα τοῖς ῥήμασιν ἐκείνοις. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ ὁ Δαυὶδ συνεβάλετο· ἐπειδὴ γάρ αὐτοὺς τῶν ἔμπροσθεν χρόνων οὕτως ἐπαίδευσεν, διὰ τοῦτο ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἀγώνων παρσκευασμένους εὔρε καὶ εἰκοντας. Οὐ γάρ ὡς στρατηγὸς στρατιωτῶν, ἀλλ' ὡς ἱερεὺς, οὕτως αὐτῶν προειστήκει, καὶ ἦν ἐκκλησία τὸ σπῆλαιον ἐκεῖνο λοιπόν.

Καὶ γάρ ὡςπερ τις ἐπισκοπῆν λαγῶν, οὕτω πρὸς αὐτοὺς ἐποιήσατο ὄμιλιαν· καὶ μετὰ τὴν ὄμιλιαν ταύτην θυσίαν ἀνήνεγκε θαυμαστὴν τινα καὶ παράδοξον, οὐ μόνον καταθύσας, οὐκ ἄρτιον κατασφάξας, ἀλλ', ὁ πολλῶν τούτων τιμιώτερον ἦν, πραότητα καὶ ἐπιείκειαν ἀναθείς τῷ Θεῷ, καὶ τὸν ἄλογον καταθύσας θυμὸν, καὶ τὴν ὀργὴν ἀποκτείνας, καὶ νεκρῶσας τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἐγένετο αὐτὸς καὶ ἱερεῖον, καὶ ἱερεὺς, καὶ θυσιαστήριον. Ὁ τε γάρ προσενηγῶν τὴν πραότητα καὶ τὴν ἐπιείκειαν λογισμὸς, ἢ τε ἐπιείκεια καὶ ἡ πραότης καὶ ἡ καρδία, ἐν ἧ ταῦτα προσεφέρετο, ἅπαντα ἦν παρ' αὐτῷ ε.

β'. Ἐπεὶ οὖν προσήνεγκε τὴν καλὴν ταύτην θυσίαν, καὶ τὴν νίκην ἀπήρτισε, καὶ οὐδὲν τῷ τροπαίῳ ἐνέλιπεν, ἀνέστη λοιπὸν ἡ τῶν ἀγώνων ὑπόθεσις ὁ Σαοῦλ, καὶ ἐξῆλθεν ἀπὸ τοῦ σπηλαίου, τῶν γεγενημένων οὐδὲν εἰδώς. Ἐξῆς δὲ καὶ ὁ Δαυὶδ ὅπισθεν, ἐλευθέρους λοιπὸν ὀφθαλμοῖς πρὸς τὸν οὐρανὸν βλέπων, καὶ μᾶλλον τότε γαννύμενος, ἢ ὅτε τὸν Γολιάθ κατήνεγκε, καὶ τὴν τοῦ βαρβάρου κεφαλὴν ἀπέτεμε. Καὶ γάρ αὕτη λαμπροτέρα ἐκείνης ἡ νίκη, καὶ τὰ λάφυρα σεμνότερα, καὶ τὰ σκῦλα περιφανέστερα, καὶ τὸ τρόπιον ἐνδοξότερον. Ἐκεῖ μὲν γάρ καὶ σφενδόνης ἐδέθη καὶ λίθων καὶ παρατάξεις· ἐνταῦθα δὲ πάντα ὁ λογισμὸς ἐγένετο, καὶ χωρὶς ὀπλων ἡ νίκη κατορθοῦτο δ, καὶ ἀναιμιῶτι τὸ τρόπιον ἴστατο. Ἐπαῆγε τοῖνον οὐχὶ κεφαλὴν βαστάζων βαρβάρου, ἀλλὰ θυμὸν νεκρωμένον καὶ ὀργῆν ἐκνευρισμένην· καὶ ταῦτα οὐκ εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ ἀνετίθει τὰ λάφυρα, ἀλλ' εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν ἄνω πόλιν. Νῦν οὐχὶ γυναῖκες χορεύουσαι ἀπήντων, ταῖς εὐφημίας

^a Alli πρὸς τὸν Δαυὶδ.

^b Reg. εἶναι ἐνομοθέτησεν.

^c Regii duo παρ' αὐτοῦ. Mox ἴδεν οὐδὲν τῷ τροπαίῳ. Editi τῶν τροπαίων.

^d Regii ἴδεν κατωρῶτο.

αὐτὸν δεχόμενοι, ἀλλὰ τῶν ἀγγέλων ὁ δῆμος ἄνωθεν ἐπεκροτεῖ, ἀγάμενος τὴν φιλοσοφίαν καὶ τὴν ἐπιείκειαν. Ἐπανθῆει γὰρ τῷ πολεμῷ μυρία τραύματα δοῦς, τὸν μὲν Σαοὺλ διασώσας, τὸν δὲ ἀληθῶς ἐχθρὸν τὸν διάβολον πολλαῖς κατακεντήσας^α πληγαῖς. Ὅσπερ γὰρ ὀργιζομένων ἡμῶν καὶ πυκτευνόντων, καὶ πρὸς ἀλλήλους συγκρουομένων, χαίρει τε καὶ γέγηθεν ἐκεῖνος^β· οὕτως εἰρηνευόντων καὶ ὁμοιοῦντων, καὶ κρατούντων ὀργῆς, συστέλλεται πάλιν καὶ ταπεινοῦται, [762] ἅτε ἐχθρὸς εἰρήνης ὢν, καὶ πολέμιος ὁμοιοῦσας, καὶ βασιλείας πατήρ. Ἐξῆει τοίνυν ὁ Δαυὶδ, δεξιὰν τῆς οἰκουμένης ἀντίρροπον ἔχων μετὰ τῆς κεφαλῆς ἐστεφανωμένην. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀριστα πυκτευνόντων, πρὸ τῆς κεφαλῆς πολλακίς οἱ βασιλεῖς τὴν δεξιὰν τοῦ πυκτευνόντος ἢ παγκρατιάζοντος ἐστεφάνωσαν· οὕτω δὲ καὶ τὴν χεῖρα ἐκείνην ὁ Θεὸς ἐστεφάνωσεν, ἢ τὸ ξίφος ἴσχυσε καθαρὸν ἐξενεγκεῖν, καὶ ἀναίμακτον τῷ Θεῷ δεῖξαι τὴν μάχαιραν, καὶ πρὸς τοσαύτην ἀντιστήναι θυμοῦ ῥύμην. Οὐκ ἐξῆλθεν ἔχων τὸ διάδημα τοῦ Σαοὺλ, ἀλλ' ἐξῆλθεν ἔχων στέφανον δικαιοσύνης· οὐκ ἐξῆλθεν ἔχων πορφυρίδα βασιλικὴν, ἀλλ' ἐξῆλθε περιβεβλημένος ἐπιείκειαν ὑπερβαίνουσαν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἱμάτιον πάσης στολῆς λαμπρότερον.

Ἐξῆλθεν ἀπὸ τοῦ σπηλαίου μετὰ τοσαύτης περιφανείας, μεθ' ὄσης οἱ παῖδες οἱ τρεῖς ἀπὸ τῆς καμίνου. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνους οὐ κατέκαυσε τὸ πῦρ, οὕτω καὶ τοῦτον ἡ πυρὰ τῆς ὀργῆς οὐκ ἐνέπρησε. Κάκεινους μὲν ἔξωθεν τὸ πῦρ ὀμιλοῦν οὐδὲν ἐποίησεν· οὗτος δὲ ἔνδοθεν ἔχων τοὺς ἀνθρώπους καιομένους, καὶ τὸν διάβολον ἔξωθεν ὀρών τὴν κάμινον ὑποκαίοντα, ἀπὸ τῆς ἡφews τοῦ ἐχθροῦ, ἀπὸ τῆς παραινέσεως τῶν στρατιωτῶν, ἀπὸ τῆς εὐκολίας τῆς κατὰ τὴν σφαγὴν, ἀπὸ τῆς ἐρημίας τῶν βοηθησόντων, ἀπὸ τῆς μνήμης τῶν παρελθόντων, ἀπὸ τῆς τῶν μελλόντων ἀγωνίας (καὶ γὰρ τοῦτο κληματίδος, καὶ πίσεως, καὶ στυππίου, καὶ πάντων τῶν τὴν Βαβυλωνίαν ἀναπτόντων κάμινον λαμπροτέραν ἀνήγει τὴν φλόγα) οὐκ ἐνεπρήσθη, οὐδὲ ἐπαθέ τι τοιοῦτον, ὅσον εἰκὸς ἦν, ἀλλ' ἐξῆλθε καθαρὸς, καὶ ἰδὼν τοῦ πολεμίου τὴν ὄψιν, ἔντεῦθεν μάλιστα ἐφιλοσόφησεν. Ἰδὼν γὰρ αὐτὸν καθεύδοντα καὶ ἀκίνητον μένοντα, καὶ οὐδὲν δυνάμενον ἐργάσασθαι, πρὸς αὐτὸν εἶπε· Ποῦ νῦν ὁ θυμὸς ἐκεῖνος; ποῦ δὲ ἡ πονηρία; ποῦ δὲ αἱ τοσαῦται μαγγανεῖαι καὶ ἐπιβουλαί; Οἴχεται πάντα ἐκεῖνα καὶ ἀπόλωλεν ὕπνου μικρᾶ προσβολῆ, καὶ κεῖται δεδεμένος ὁ βασιλεὺς, οὐδὲν ἡμῶν περὶ τούτων βουλευσαμένων, οὐδὲ πραξάντων. Ἐώρα καθεύδοντα, καὶ περὶ τοῦ κοινοῦ πάντων ἐφιλοσόφει θανάτου. Ἵπνος γὰρ οὐδὲν ἕτερον ἐστίν, ἢ θάνατος πρόσκαιρος, καὶ ἐφήμερος τελευτή. Οὐκ ἂν τις ἀκαίρως καὶ τοῦ Δανιὴλ ἐνταῦθα ἀναμνησθεῖη. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος ἀνέβαινε ἀπὸ τοῦ λάκκου, τῶν θηρίων περιγεγόμενος· οὕτω καὶ οὗτος ἀπὸ τοῦ σπηλαίου, θηρίων ἐτέρων χάλεπτωτέρων κρατήσας. Ὅσπερ γὰρ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ λέοντες ἐκατέρωθεν παρεκάθηντο, οὕτω καὶ τοῦτῳ λέοντες ἀγριώτεροι πάντων, τὰ πάθη ἐπετί-

θετο^ε· θυμὸς τῶν παρελθόντων ἔνθεν, φόβος τῶν μελλόντων ἐκεῖθεν· ἀλλ' ὅμως ἀμφοτέρα οὗτος κατέστειλε καὶ ἐπεστόμιζε τὰ θηρία, διδάσκων διὰ τῶν ἔργων, ὅτι οὐδὲν ἀσφαλέστερον τοῦ φειδεσθαι τῶν ἐχθρῶν, οὐδὲ σφαλερώτερον τοῦ βούλεσθαι ἐκδικεῖν ἑαυτὴν καὶ ἀμύνεσθαι. Ὁ γοῦν βουληθεὶς ἐπεξελεθεῖν, [763] γυμνὸς καὶ ἀοπλιος καὶ πάντων ἔρημος, καθάπερ αἰχμάλωτος παραδοθείς, οὕτως ἔκειτο· ὁ δὲ εἰκων καὶ παραχωρῶν πανταχοῦ, καὶ μὴδὲ δικαίως ἐπεξελεθεῖν ἐλόμενος, χωρὶς μηχανημάτων, καὶ ὄπλων, καὶ ἱππων, καὶ στρατιωτῶν, τὸν πολέμιον εἰς χεῖρας ἐλάμβανε· καὶ ὁ δὲ μείζων ἀπάντων ἦν, τὸν Θεὸν εἰς πλεῖονα εὐνοίαν ἐπεσπάσατο.

γ'. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο μακαρίζω τὸν ἄγιον ἐκεῖνον, οὐχ ὅτι τὸν ἐχθρὸν ὑπὸ τοὺς πόδας εἶδε τοὺς ἑαυτοῦ κείμενον, ἀλλ' ὅτι εἰς χεῖρας λαβῶν ἐφείσατο. Τὸ μὲν γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἔργον ἦν, τὸ δὲ τῆς αὐτοῦ φιλοσοφίας. Πῶς ἦν εἰκὸς λοιπὸν τοὺς στρατιώτας ἐκείνῳ προσέχειν; μεθ' ὄσης εὐνοίας διακεισθαι πρὸς αὐτόν; Εἰ γὰρ μυρίας εἶχον ψυχὰς, οὐκ ἂν ἐτοίμως ἀπάσας ἐπέδωκαν ὑπὲρ τοῦ στρατηγοῦ, ἔργῳ μαθόντες ἐν τῇ τοῦ πολεμίου κηδεμονίᾳ τὴν περὶ τοὺς οἰκείους εὐνοίαν; Ὁ γὰρ περὶ τοὺς λευπηκότας πρῶτος καὶ ἡμερος ὢν, πολλῶν μᾶλλον τοὺς εὐνοϊκῶς διακειμένους οὕτως ἐμελλε διακεισθαι· ὁ δὲ μείζων ἐνέχυρον ἀσφαλείας ἦν αὐτῷ. Οὐκ εὐνοώτεροι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ προθυμότεροι περὶ τοὺς πολεμίους ἦσαν, εἰδότες ὅτι τὸν Θεὸν ἔχουσι ὑπὲρ αὐτῶν πολεμοῦντα, τὸν ἀεὶ παρόντα τῷ στρατηγῷ, καὶ τὰ πράγματα ἅπαντα ἐξευμαρίζοντα. Καὶ τῷ Δαυὶδ δὲ, οὐχ ὡς ἀνθρώπῳ λοιπὸν, ἀλλ' ὡς ἀγγέλῳ προσείχον. Καὶ πρὸ τῆς ἀντιδόσεως τοῦ Θεοῦ μείζονα καὶ ἐνταῦθα τοῦ διασωθέντος αὐτοῦ ἐκαρπούτο, καὶ λαμπροτέραν ἤρατο νίκην, ἢ εἰ κατέθυσε τὸν Σαοὺλ. Τί γὰρ ἂν τοσοῦτον ἐκέρδανε σφάξας τὸν ἐχθρὸν, ὅσον ἐκαρπούσατο φεισάμενος νῦν; Τοῦτο τοίνυν καὶ σὺ λογίζου, ἐπειδὴν λάβῃς τὸν λευπηκότα σε, ὅτι πολλῶν μείζων καὶ κερδαλέωτερον τὸ φείσασθαι τοῦ διαφθεῖραι. Ὁ μὲν γὰρ διαφθεῖρας καὶ καταγνώσεται πολλακίς ἑαυτοῦ, καὶ πονηρὸν ἔξει συνειδὸς, καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ὥραν ὑπὸ τῆς ἀμαρτίας ἐκείνης ἀποκείμενος· ὁ δὲ φεισάμενος καὶ μικρὸν καρτερήσας χρόνον, γάννυται μετὰ ταῦτα καὶ τρυφᾷ, χρηστὰς ἀναμένων ἐλπίδας, καὶ τὰς ἀμοιβὰς τῆς ἀνεξικακίας παρὰ τοῦ Θεοῦ προσδοκῶν. Καὶ εἴ ποτε περιπέσοι τινὶ δεινῷ, μετὰ πολλῆς κἀρῆς ἀπαιτήσῃ τὸν Θεὸν τὴν ἀντίδοσιν· καθάπερ οὖν καὶ οὗτος ἀπάντων ἀπήλαυσε τούτων, μεγέλας καὶ θαυμαστάς τῆς περὶ τὸν ἐχθρὸν τοῦτον κηδεμονίας λαβῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰς ἀμοιβὰς ὑστερον. Ἀλλὰ γὰρ ἴδωμεν καὶ τὰ μετὰ ταῦτα. Καὶ ἐξῆλθε Δαυὶδ ἐκ τοῦ σπηλαίου, φησὶν, ὀπίσω Σαοὺλ καὶ ἐδόθη ἐν ὀπίσω αὐτοῦ, οὕτως λέγων· Κύριε μου βασιλεῦ. Καὶ ἀνέβλεψε Σαοὺλ ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ ἐκνύψε Δαυὶδ ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ. Ταῦτα τοῦ σώσαι τὸν ἐχθρὸν οὐκ ἐλάττωνα φέρει κόσμον. Οὐδὲ γὰρ τῆς τυχοῦσης ψυχῆς ἦν τὸ μὴ φυσηθῆναι ταῖς εἰς τὸν πλησίον εὐεργεσίαις, μᾶλλον δὲ τὸ μὴ τὸ τῶν πολλῶν παθεῖν, οἷ καθάπερ ἀνδραπόδων^δ, οὕτως ὑπεροῶσι τῶν εὐεργε-

^α Κατακεντήσας Regii, melius quam Morel. qui habet κατακοντίσας.

^β Χαίρει τε καὶ τέθηλεν ἐκεῖνος. Sic Regii.

^ε Οὕτω καὶ τοῦτῳ λέοντι ἀπάντων ἀγριώτερα πάθη καὶ δυνατώτερα ἐπατίετο. Sic Regii.

^δ Reg. unus εὐεργεσίαις καθάπερ ἀνδραπόδων, omissis interpositis.

illum cum laudibus, sed angelorum populus e sublimi applaudebat, admirans ejus philosophiam et humanitatem. Ascendit enim hoste vulneribus innumeris sauciato, ut qui tametsi servasset Saülem, tamen illum revera hostem diabolum multis plagis conflixit. Sicut enim nobis per iracundiam inter nos pugnantibus, et mutuo conflictu collisis, ille tum gaudet, tum lætatur: ita nobis pacem et concordiam habentibus, iramque moderantibus, rursus contrahitur ac dejicitur, nimirum hostis pacis et inimicus concordia, et invidia pater. Egressus est igitur David, dextram illam totius orbis pretio parem simul cum capite coronatam gestans. Sicut enim sæpe Imperatores eorum, qui egregie se in pugilum certamine gesserunt, ante caput coronant dextram aut pugilum aut pancratiastæ (a): ita et Deus manum illam coronavit, quæ gladium purum potuerit educere, ensemque Deo nullo sanguine contaminatum ostendere, denique adversus tantam iracundia procellam resistere. Non egressus est gestans Saülis diadema, sed egressus est gestans coronam justitia; non egressus est gestans regis purpuream vestem, sed egressus est amictus humanitate naturam humanam superante, quod pallium est quavis stola magnificentius.

Confert Davidem cum tribus pueris. Nihil tutius quam parcere inimico. — Egressus est e spelunca, tanta cum gloria, cum quanta tres pueri egressi sunt e camino ardente. Nam ut illos non exussit ignis, ita hic non conflagravit ira incendio. Et illis quidem foris nihil ignis, in quo versabantur, nocuit (Dan. 3): hic vero cum intus haberet carbones accensos, cum foris videret diabolum caminum incendente, ab inimici conspectu, ab exhortatione militum, a facilitate perficiendi caedem, a solitudine eorum qui Saüli possent auxiliari, a præteritorum memoria, a futurorum periculorum metu (siquidem hæc et sarmentis, pice, stipula, ac cæteris omnibus, quibus caminus ille Babylonius incendebatur, lucidiorem excitabant flammam), tamen non exarsit David, neque ullo pacto sic fuit affectus, ut consentaneum erat eum effici: sed exivit purus, et intuitus inimici faciem, hinc maxime sumpsit animum fortem ac philosophicum. Cum enim videret illum dormire, ac manere immobilem, neque quidquam posse facere, suo cum animo loquutus est: ubi nunc ille furor? ubi illa malitia? ubi tot technæ, tot insidia? Abierunt omnia illa, perieruntque exigui somni incursum: jacet alligatus hæc, cum nihil horum nos neque cogitaverimus, neque perfecimus. Conspiciebat illum dormientem, ac de morte omnibus communi philosophabatur. Somnus enim nihil aliud est, quam mors temporaria, et quotidianus interitus. Haud intempestive quis hic meminerit etiam Danielis. Quemadmodum enim ille ascendit a lacu superatis feris leonibus (Dan. 14), ita et hic e specu prodiit, aliis bestiis longe sævioribus devictis. Nam sicut justo illi leones hinc atque hinc assidebant, ita hunc omnibus leonibus ef-

feratioribus ac validioribus animi motus invaserunt: hinc indignatio de præteritis, illinc futurorum metus: verum horum utrumque hic coercuit, ora bestiis occidens, ipsis factis docens, nihil esse tutius quam parcere inimico, contra nihil periculosius, quam se velle ulcisci ac vindictam sumere. Alter igitur qui statuerat invadere, nudus et inermis, omnibusque destitutus auxiliis non aliter quam captivus in manus inimici traditus jacebat: hic vero dum cedit, et ubique dat locum, dumque ne juste quidem vult manus injicere, sine machinis, sine armis, sine equitatu, sine militibus, hostem in potestatem suam accepit; et quod est omnium maximum, Deum erga se benevolentiorum reddidit.

3. *Nullus inimicus Saule deterior.* — Ne quis igitur mihi dicat: Inimicum habeo scelestum, improbum, corruptum, incorrigibilem. Quidquid dixeris, non est tamen Saule deterior, qui semel et iterum, imo sæpius servatus a Davide, cum ipse mille modis illi struxisset insidias, tamen pro tot beneficiis acceptis, perseveravit in sua malitia. Quid igitur habes quod incuses inimicum? Quod terræ partem ademit, quod in agris fecit injuriam, quod domus limites transgressus est, quod mancipia tua rapuit, quod vim attulit, quod tua præter jus occupavit, quod ad paupertatem redigit? At nondum eripuit vitam, quod molitus est Saül: quod si et vitam eripere conatus est, fortasse semel id ausus est, non semel, bis aut ter, aut sæpius, sicut fecit Saül (a): quod si etiam semel, si bis, si ter, si sæpius hoc tentavit, at non tot affectus abs te beneficiis, at non cum semel atque iterum incidisset in manus tuas, et servatus esset: et si hoc quoque factum est, sic etiam rursus superat ipse David. Non enim paria sunt sub veteri lege degentem, et nunc post Evangelii gratiam talia condonare gratis. Non audierat David parabolas de decem millibus talentorum atque de centum denariis; non audierat precationem dicentem, *Remittite hominibus debita ipsorum, sicut et Pater vester cælestis* (Marc. 11. 25); non viderat Christum crucifixum, non effusum pretiosum sanguinem, nec audierat innumerabiles sermones circa banc philosophiam; non talis sacrificii, neque sanguinis dominici particeps fuerat, sed legibus imperfectioribus educatus, neque tale quidquam exigentibus, tamen ad evangelicæ philosophiæ fastigium pervenit. At tu frequenter iratus, injuriarum memoriam retines: hic vero cum de futuris metueret, certo sciens, si hostem servaret, se et civitate exsulaturum, et vi-

¹ Reg. unus et Colb., *dabimus ad patrem nostrum Abraham redeventes.*

(a) Hic et infra quædam decerant in Editis, quæ ex Regio codice supplentur.

tam calamitosam acturum, non destitit tamen illius habere curam, sed omnia fecit, hunc talem contra se hostem fovens. Quis commemorare valeat tolerantiam hac majorem? Porro ut non tantum ex præteritis, verum ex his quoque quæ nunc fiunt discas fieri posse, ut cum quovis homine animum in te hostilem gerente redeas in gratiam, quid leone sævius? Et tamen hunc cicurem mansuetumque reddunt homines, arte naturam superantes: fitque quavis ove mitior fera omnium immanissima et superbissima, adeo ut per forum ambulet, neminem territans. Quam igitur habituri sumus excusationem, quam impetrabimus veniam, si cum feras bestias cicuremus, negaverimus homines umquam posse placari benevolosque erga nos reddi? Atqui bestię quidem præter naturam est esse mansuetam, homini vero præter naturam est feritas. Ergo cum in illis naturam vincamus, qua fronte nos excusabimus, si in homine causemur animi propositum non posse corrigi? Quod si adhuc contendis, illud dixerim, quamvis insanabili morbo ægrotet homo, quo plus fuerit laboris, hoc tibi merces erit amplior; si assideas, curans immedicabili morbo laborantem.

Nihil nocuit Davidi odium Saülis; cur patientiæ meritum æquetur elemosynæ. — Unum igitur illud spectemus, non ne quid mali patiamur ab inimicis, sed ne quid illis mali faciamus: ita nihil patiemur mali, citiamsi innumera perferamus mala: quemadmodum nec David, dum ejicitur, dum in exilium agitur, dum usque ad vitæ discrimen insidiis appetitur, quidquam acerbi passus est: quin potius hoste suo factus est illustrior honorabiliorque, cæterisque omnibus amabilior, idque non hominibus tantum, sed ipsi etiam Deo. Quid enim detrimenti cepit sanctus ille, cum tam multa perpeteretur a Saüle? Annon in hodiernum usque diem canitur illustris in terra, illustrior in cælo? annon illum inenarrabilia manent bona et cælorum regnum? Rursus quid commodi cepit infelix ille ac miser, tot insidias molitus? Nonne regno excussus est? nonne miseranda morte periit una cum filio, atque ab omnibus vituperatur (1. Reg. ult.), et quod his gravius est, æterna luit supplicia? Postremo quid tandem est quod incusas, quamobrem non vis cum illo redire in gratiam? Pecuniam eripuit? Sed si fortiter perfers rapinam, tantumdem accipies mercedis ac si eas in manus pauperum reposuisses. Siquidem et qui dedit egenis, et qui ei qui aliena usurpavit, neque parat insidias, neque male precatur, ambo propter Deum id faciunt. Proinde cum impendii causa eadem, perspicuum est unam eandemque fore coronam. Sed vitæ insidiatus est, et conatus est occidere? Ea res tibi pro martyrio imputabitur, si insidias molientem, et ad tantam provectum inimicitiam, inter bene meritos numeraris, non desinens orare pro illo, Deum obsecrando, ut illi fiat propitiis.

4. Ne igitur illud reputemus, quod Deus vetuerit ne Davidem occideret Saül: sed illud considera, eum ex insidiis Saülis tripla quadruplaque martyrii corona redimitum fuisse. Etenim qui propter Deum servavit hostem, cum qui semel, bis, imo frequenter

lanceam in caput illius vibrarat, cum esset occidendi potestatem nactus, tamen pepercit ipsi, cum sciret postea fore, ut denuo ab illo impeteretur: perspicuum est eum millies interfectum esse animi proposito; millies autem interfectus propter Deum, plurimas tulit martyrii coronas: qui quemadmodum et Paulus ait, *Quotidie morior propter Deum (Rom. 8. 26)*, idipsum et ille propter Deum passus est. Cum enim posset hostem sibi insidiantem e medio tollere, propter Deum noluit, et maluit quotidie periclitari, quam justa corde a tot mortibus liberari. Quod si usque ad ipsius vitæ periculum insidiantem ulcisci atque odisse fas non est, multo minus licet eum qui vulgariter læsit, ulcisci.

Affici contumeliis an sit intolerabile. Utiliores amicis inimici (a). — Plerisque ab inimicis affici conviciis, aut in suspicionem adduci, videtur omnibus mortibus intolerabilius. Age igitur et istud expendamus. Aliquis tibi maledixit, adulterum ac scortatorem appellavit? Hoc si vere dicit, corrige: sin falso, irride; si tibi ipse conscius es eorum quæ obijciuntur, respisce; si non est, despice: imo potius non solum non deride ac neglige, verum etiam gaude atque exsulta secundum Domini sermonem, qui nos jubet ita facere. Cum, inquit, *exprobraverint vobis, et dixerint omne malum verbum adversum vos mentientes, gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis (Matth. 5. 11. 12)*. Ac rursus, *Gaudete et exsultate, cum ejecerint nomen vestrum tamquam malum mentientes (Luc. 6. 22. 23)*. Cæterum ubi conviciator quidem vera dixerit, tu vero modeste pertuleris ea verba, non regegens contumeliam, neque convicia referens, sed amare ingemueris damnans tua delicta, haud minorem feres mercedem, quam ille prior: idque vobis e Scripturis approbare conabor, uti pernoscatis non tantum utilitatis afferre amicos dum laudant et ad gratiam loquuntur, quantum utilitatis adferunt inimici vituperando, etiamsi vera dixerint, sic tamen a nos accusationibus illorum ad id, ad quod oportet, uti velimus. Nam amici frequenter ad gratiam adulantur; contra hostes delicta proferunt in medium. Quoniam cum nos nostra peccata non videamus ob amorem nostri nobis insitum, illi, quia propter odium ea melius quam nos perspiciunt, exprobrando nos ad correctionis necessitatem impellunt: ut illorum inimicitia nobis cedat ad maximam utilitatem, non ideo tantum quod per illos admoniti intelligimus errata nostra, sed quod ea deponimus quoque. Nam si inimicus exprobraverit tibi crimen, cujus tibi conscius es, tu vero audiens non convicieris illi vicissim, sed cum amaro gemitu Deum implores, protinus omnem culpam deposuisti. Rogo quid hoc esse poterit felicitus? quid ad criminum abolitionem facilius? Sed ne videamur nos verbis humanis excitare, e divinis Scripturis super hac re proferemus testimonium, ne quid præterea dubites. Pharisæus et publicanus erant, quorum hic quidem ad summam progressus erat ma-

(a) Vide Plutarch. lib. De utilitate capiendi ex inimicis.

αὐτῶ ἔσται ἡ πόλις, καὶ ἀβίωτος ὁ βίος σώσαντι τὸν ἐχθρὸν, οὐκ ἀρίστατο τῆς ἐκείνου κηδεμονίας, ἀλλὰ πάντ' ἔπραττε, καθ' ἑαυτοῦ τὸν πολέμιον τρέφον. Τίς ἂν σχοίη ταύτης μείζονα ἀνεξικακίαν εἰπεῖν; Ἴνα δὲ καὶ ἐκ τῶν νῦν γινομένων μάθῃς, ὅτι δυνατὸν, ἂν ἐθέλωμεν, πάντα ἄνθρωπον πρὸς ἡμᾶς ἀπεχθῶς ἔχοντα καταλλάξαι, τί λείοντος ἀγριώτερον; Ἄλλ' ὅμως τοῦτον ἡμεροῦσιν ἄνθρωποι, καὶ ἡ τέχνη τὴν φύσιν βιάζεται, καὶ γίνεται προβάτου παντὸς ἐπιεικέστερος ὁ πάντων θηρίων ἀγριώτερος καὶ βασιλικώτερος, καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς βαδίζει μηδὲνα δεδιτόμενος. Τίν' οὖν ἔξομεν ἀπολογίαν, τίνα συγγνώμην, θηρία μὲν ἡμεροῦντες, ἀνθρώπους δὲ λέγοντες μὴ δύνασθαι καταπραῖνειν ποτὲ, μὴδὲ ποιεῖν πρὸς ἡμᾶς ἔχειν ἡδέως; Καίτοι γε τῶ θηρίῳ μὲν παρὰ φύσιν τὸ ἡμερον· τῶ ἀνθρώπῳ δὲ παρὰ φύσιν τὸ ἄγριον. Ὅταν οὖν τῆς φύσεως περιγινώμεθα, τί' ἔξομεν ἀπολογίαν, προαίρειν λέγοντες μὴ δύνασθαι διορθοῦν; Εἰ δ' ἔτι φιλονεικεῖς, ἐκεῖν' ἂν εἴποιμι, ὅτι κἂν ἀνίατα νοσῇ, ὅσος σοι μείζων ὁ πόνος, τοσοῦτός σοι καὶ ὁ μισθὸς παραμένοντι, καὶ θεραπεύοντι τὸν νοσοῦντα ἀνίατα.

Ἐν τοίνυν σκοποῦμεν μόνον, οὐχ ὅπως μὴδὲν πάθωμεν παρὰ τῶν ἐχθρῶν κακόν, ἀλλ' ὅπως μὴδὲν αὐτοῦς ἡμεῖς ἐργασώμεθα κακόν· καὶ οὐδὲν πεισόμεθα δεῖνόν, κἂν μυρία πάσχωμεν δεινά· ὡπεροῦν οὐδ' ὁ Δαυὶδ ἔλαυνόμενος, φυγαδεύόμενος, μέχρι τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἐπιβουλεύομενος, ἐπαθὲ τι δεῖνόν. ἀλλ' ἐκείνου λαμπρότερος ἦν καὶ σεμνότερος καὶ ποθεινότερος ἅπασιν, οὐκ ἀνθρώποις δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῶ τῶ Θεῷ. Τί γὰρ ἠδικήθη ὁ ἅγιος ἐκεῖνος τότε τοσαῦτα παθὼν παρὰ τοῦ Σαοὺλ; Οὐχὶ μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας ἔδετα, καὶ λαμπρὸς μὲν ἐν γῆ, λαμπρότερος δὲ ἐν οὐρανῷ; οὐχὶ τὰ ἀπόβρῃτα αὐτὸν ἀγαθὰ μένει, καὶ ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία; Τί δ' ὠφέλησεν ὁ ταλαίπυρος ἐκεῖνος καὶ ἄθλιος τοσαῦτα ἐπιβουλεύσας; Οὐχὶ καὶ τῆς βασιλείας ἐξέπεσε, καὶ ἐλεινὸν ὑπέστη τὸν θάνατον μετὰ τοῦ παιδός, καὶ παρὰ πάντων κατηγορεῖται, καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, τὰς ἀθανάτους νῦν ἐκδέχεται τιμωρίας; Ὅλωσ δὲ τί ποτὲ ἐστίν, ὅπερ ἐγκαλῶν τῶ ἐχθρῷ οὐ βούλει καταλλαγῆναι; Χρηματὰ σε ἀφείλετο; Ἄλλ' ἂν ἐνέγκῃς γενναίως τὴν ἀρπαγὴν, τοσοῦτον λήψῃ μισθόν, ὅσον ἂν εἰ ταῖς τῶν πενήτων αὐτὰ χερσὶν ἐναπέθηκας. Καὶ γὰρ ὁ πένησι δωδικῶς, καὶ ὁ τῶ πλεονεκτήσαντι μήτε ἐπιβουλεύων, μήτε καταρώμενος, διὰ τὸν Θεὸν ταῦτα ἀμφοτέροι ποιοῦσιν. Ὅταν οὖν ἡ ὑπόθεσις τῆς δαπάνης ἢ μία, εὐδελον ὅτι καὶ στέφανος εἶς. Ἄλλ' εἰς ψυχὴν [774] ἐπεβούλευσε, καὶ ἀνελεῖν ἐπεχείρησε; Μαρτύριόν σοι τὸ πρᾶγμα λογίζεται, ἂν τὸν ἐπίβουλον, καὶ μέχρι τοσοῦτου τὴν ἐχθραν ἐξαγαγόντα, ἐν τοῖς εὐεργεταῖς ἀριθμῆς, καὶ διατελῆς εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τὸν Θεὸν ἴλω γενέσθαι παρακαλῶν.

δ. Μὴ γὰρ δὴ τοῦτο ἴδωμεν, ὅτι διεκώλυσαν ὁ Θεὸς σφαγῆναι τὸν Δαυὶδ, ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι τριπλοῦν καὶ τετραπλοῦν στέφανον μαρτυροῦν ἀνέδησαστο ἀπὸ τῆς τοῦ Σαοὺλ ἐπιβουλῆς. Ὁ γὰρ διὰ τὸν Θεὸν τὸν πολέμιον σώζων, τὸν ἀπαξ καὶ δις καὶ πολλακῶς τὸ

δῶρυ κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς ἀκοντίζαντα, καὶ γενόμενος κύριος ἀνελεῖν, εἶτα φεισάμενος, καὶ ταῦτ' εἰδὼς, ὅτι μετὰ τὴν φειδῶ ταύτην πάλιν ἐπιθήσεται, εὐδελον ὅτι μυριάκις ἐσφαγῆ ἤ προθέσει· μυριάκις δὲ σφαγείς διὰ τὸν Θεὸν, πολλοὺς ἔχει μαρτυρίου στεφάνους, καὶ ὅπερ ὁ Παῦλος ἔλεγεν, ὅτι *Καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκω διὰ τὸν Θεόν*, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἔπασχε διὰ τὸν Θεόν. Δυνάμενος γὰρ ἀνελεῖν τὸν ἐπιβουλεύοντα, διὰ τὸν Θεὸν οὐκ ἠθέλησεν· ἀλλ' εἴλετο κινδυνεύειν καθ' ἐκάστην ἡμέραν μάλλον, ἢ δικαίαν ἐργασάμενος σφαγῆν ἀπὸ τοσοῦτων ἀπαλλαγῆναι θανάτων. Εἰ δὲ τὸν μέτριον τῆς ζωῆς αὐτῆς ἐπιβουλεύοντα ἀμύνασθαι καὶ μισεῖν οὐ χρή, πολλῶ μάλλον εἰς ὅτιοῦν ἄλλο ἀδικοῦντα.

Πολλοῖς δοκεῖ τὸ κακῶς ἀκούειν, καὶ εἰς ὑπόληψιν παραβλάπτεισθαι παρὰ τῶν ἐχθρῶν, πάντων θανάτων ἀφορητότερον εἶναι. Φέρε οὖν καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐξετάσωμεν· Εἰπέ σέ τις κακῶς, καὶ μοιχὸν καὶ πόρνον ἐκάλεσε; Ταῦτα εἰ μὲν ἀληθῆ λέγῃ, διάρθρωσαι· εἰ δὲ ψευδῆ, καταγέλασον· εἰ σύνοιδας σαυτῶ τὰ εἰρημμένα, σωφρόνησον· εἰ δὲ μὴ σύνοιδας, καταφρόνησον· μάλλον δὲ μὴ καταγελάσης, μὴδὲ καταφρόνησῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ χαίρει, καὶ σίρτα κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, τὸν κελεύοντα οὕτω ποιεῖν. Ὅταν γὰρ *ὀνειδίσωσι*, φησίν, *ὑμᾶς, καὶ εἰπωσιν πάν ποτηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι, χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε*, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ πάλιν, *Χαίρετε καὶ σικριτᾶτε, ὅταν ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς ποτηρὸν ψευδόμενοι*. Ὅτι δὲ κἂν ἀληθεύων εἴπῃ, σὺ δὲ μετ' ἐπιεικειᾶς ἐνέγκῃς τὰ ῥήματα, καὶ μὴ ἀνθυβρίσης, μὴδὲ λοιδορήσης, ἀλλὰ στενάξῃς πικρὸν, καὶ καταγῶς τῶν πεπλημμελημένων, οὐκ ἐλάττονα τοῦ προτέρου καρπώσῃ μισθόν· καὶ τοῦτο ἀπὸ τῶν Γραφῶν ὑμῖν παραστήσῃ πειράσομαι, ἵνα μάθητε ὅτι ὅσα οὐκ ὠφελοῦσι φίλοι ἐπαυνοῦντες καὶ χαρίζομενοι, τοσαῦτα ὠφελοῦσιν ἐχθροὶ κακῶς λέγοντες, κἂν ἀληθεύωσι, μόνον ἂν εἰς δέον ἡμεῖς ταῖς κατηγορίαις χρῆσασθαι βουληθῶμεν. Οἱ μὲν γὰρ φίλοι πολλακῶς καὶ πρὸς χάριν κολακεύουσιν· οἱ δ' ἐχθροὶ τὰ ἀμαρτήματα εἰς μέσον ἀγούσιν. Ἐπειδὴ γὰρ ὑπὸ φιλαυτίας ἡμεῖς τὰ ἡμέτερα πλημμελήματα οὐχ ὀρώμεν, ὑπὸ τῆς ἐχθρας ἐκεῖνοι πολλακῶς ἡμῶν ἀκριβέστερον θεατάμενοι, καὶ ὀνειδίζαντες εἰς ἀνάγκην [775] ἡμᾶς ἐνέβαλον διορθώσεως, καὶ γέγονεν ἡμῖν ἡ ἐχθρα μεγίστης ὠφελείας ὑπόθεσις, οὐ μόνον ὅτι μιμησκόμενοι παρ' ἐκείνων νοοῦμεν ἡμῶν τὰ ἀμαρτήματα, ἀλλ' ὅτι αὐτὰ καὶ ἀποτιθέμεθα. Ἄν γὰρ ὀνειδίσῃ σε ὁ ἐχθρὸς ἀμαρτήματα, ὃ σὺ σαυτῶ συνοιδας, σὺ δ' ἀκούσας ἐκεῖνον μὲν μὴ ὑβρίσης, στενάξῃς δὲ πικρὸν, καὶ τὸν Θεὸν παρακαλέσης, εὐθέως ἀπέθου τὴν ἀμαρτίαν ἅπασαν. Ἄρα τί τούτου γένοιτ' ἂν μακαριώτερον; τί δ' εὐκολώτερον πρὸς ἀμαρτημάτων ἀπαλλαγῆν; Ἄλλ' ἵνα μὴ νομίης ἡμᾶς ἀπλῶς σε ψυχαγωγεῖν, ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν τὴν ὑπὲρ τούτων παρέξομαι μαρτυρίαν, ἵνα μὴδὲν ἀμυβρίας λοιπόν. Φαρισαῖός τις ἦν, καὶ τελωνῆς ὁ μὲν εἰς ἐσχάτην

α Ex uno Regio sic restituta series fuit.

β Reg. unus ἐκβάλωσιν ὑμῶν ποτηρὸν ὄνομα ψευδόμενοι.

κακίαν ἐλληλακῶς, ὁ δὲ δικαιουσύνῃς ἐπιμελόμενος ἄκρας· καὶ γὰρ τὰ ὄντα προήκατο, καὶ νηστεύων διετέλει, καὶ πλεονεξίας ἦν καθαρὸς· ἐκεῖνος δ' ἐν ἀρπαγαῖς καὶ βίαις τὸν ἅπαντα χρόνον ἀνήλωσεν. Ἄνηλθον ἀμφοτέρωι προσεύξασθαι εἰς τὸ ἱερὸν. Εἶτα ἐκεῖνος στάς ἔλεγεν· *Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε, ὅτι οὐκ εἰμι ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἄρπαγες, πλεονέκται, οὐδ' ὡς οὗτος ὁ τελώνης.* Ὁ δὲ τελώνης πόρρωθεν ἐστῶς, οὐκ ἀνθρώρισεν, οὐκ ἀντελοιδόρησεν, οὐκ εἶπε ταῦτα τὰ τῶν πολλῶν ῥήματα· Σὺ δὲ τολμᾷς τοῦ ἐμοῦ μεμνήσθαι βίου, ἐπιλαθέσθαι δὲ τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων; Οὐ γὰρ εἰμι σου βελτίων; Εἶπω τὰ σοι πεπλημελημένα, καὶ ποιήσω μηδέποτε σε τῶν ἱερῶν τούτων ἐπιθῆναι προθύρων. Οὐδὲν τούτων εἶπε τῶν ψυχρῶν ῥημάτων, ἀ καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἀλλήλους πλύοντες λέγομεν· ἀλλὰ πικρῶς στενάξας καὶ πατάξας τὸ στήθος, τοσοῦτον εἶπε μόνον, *Ἰδοσθητεί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, καὶ κατῆλθε δεδिकाυμένος.*

Εἶδες τάχος; Κατεδέξατο δνειδος, καὶ ἀπενίφατο δνειδος· ἐπέγνω τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ἀπέθετο τὰ ἁμαρτήματα· καὶ ἡ κατηγορία τῆς ἁμαρτίας γέγονεν ἀναίρεσις τῆς ἁμαρτίας, καὶ ὁ ἐχθρὸς ἄκων εὐεργέτης καθίστατο. Πόσα γὰρ εἶδει καμῖν τὸν τελώνην νηστεύοντα, χαμενουῦντα, ἀγρυπνοῦντα, τὰ ὄντα τοῖς δεομένοις παρέχοντα, ἐν σποδῷ καὶ σάκκῳ καθήμενον ἐν πολλῷ τῷ χρόνῳ, ὥστε δυνηθῆναι τὰ ἁμαρτήματα ἀποθέσθαι ἐκεῖνα; Καὶ νῦν οὐδὲν τούτων ποιήσας, διὰ φιλοῦ ῥήματος πᾶσαν ἀπέθετο τὴν κακίαν· καὶ τὰ δνειδῆ καὶ αἱ λοιδορίαι τοῦ δόξαντος αὐτὸν ὑβρίζειν στέφανον αὐτῷ δικαιουσύνῃς ἐκόμισαν, χωρὶς ἰδρωτῶν, καὶ πόνων, καὶ χρόνου μακροῦ. Ὅρῳς ὅτι κἂν ἀληθῆ τις λέγῃ περὶ ἡμῶν, κἂν τοιαῦτα ἅπερ ἡμεῖς ἑαυτοῖς σύνησμεν, ἡμεῖς δὲ τὸν λέγοντα μὴ ὑβρίσωμεν, ἀλλὰ στεναξόμεν πικρὸν, καὶ τὸν Θεὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων παρακαλέσωμεν, πάντα δυνησόμεθα ἀποθέσθαι τὰ πλημμελήματα; Οὕτω γοῦν καὶ οὗτος ἐδικαιώθη· ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἀνθρώρισεν ἐκεῖνον, ἀλλ' ἐστενάξεν ὑπὲρ τῶν οικειῶν ἁμαρτημάτων, κατῆλθε δεδिकाυμένος μάλλον οὗτος, ἢ ἐκεῖνος.

ε'. Ὅρῳς ὅσον ἔχει κέρδος ἡ τῶν ἐχθρῶν ὑβρις, ἐὰν φιλοσόφως αὐτὴν φέρωμεν; Ὅταν γοῦν καὶ ψευδόμενοι καὶ ἀληθεύοντες ἡμᾶς ὠφελῶσι, τίνος ἕνεκεν [776] ἀλγοῦμεν; τίνος ἕνεκεν δακνόμεθα; Ἄν μὴ σὺ σαυτὸν παραβλάψῃς, ἀνθρώπε, οὕτε φίλος, οὕτ' ἐχθρὸς, οὕτ' αὐτός σε ὁ διάβολος παραβλάψαι δυνησεται. Ὅταν γὰρ οἱ ὑβρίζοντες, οἱ δημεύοντες, οἱ μέχρι τῆς ζωῆς αὐτῆς ἐπιβουλεύοντες ὠφελῶσιν ἡμᾶς, καὶ οἱ μὲν μαρτυρίου στέφανον ἡμῖν πλέκωσι, καθάπερ ἀπεδείξαμεν, οἱ δὲ τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν ὑποσύρωσι, καὶ δικαίους ἡμᾶς ἐργάζωνται, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ τελώνου γέγονε, τίνος ἕνεκεν ἐκθηριούμεθα πρὸς αὐτούς; Μὴ τοῖνον λέγωμεν· Ὁ δεῖνά με παρῶξυνε, καὶ ὁ δεῖνά με προήγαγεν εἰπεῖν ῥήματα αἰσχρά· ἡμεῖς αἴτιοι πανταχοῦ τούτων. Ἄν γὰρ θέλωμεν φιλοσοφεῖν, οὐδὲ δαίμων ἡμᾶς δυνησεται κινήσαι πρὸς ὀργὴν· καὶ τοῦτο ὄηλον καὶ ἐξ ἄλλων μὲν πολλῶν, καὶ ἀπ' αὐτῆς δὲ τῆς προκειμένης ἡμῖν ἱστορίας τῆς περὶ τοῦ Δαυὶδ, ἦν ἄξιον καὶ σήμερον παραγαγεῖν εἰς μέσον, πρότερον ἀναμνήσαντες ὑμῶν τὴν ἀγάπην, ποῦ τὸν λόγον κατελύσαμεν πρώην. Ποῦ τοῖνον αὐτὸν κατελύ-

σαμεν; Εἰς τὴν ἀπολογίαν τὴν τοῦ Δαυὶδ. Οὐκοῦν ἀνάγκη σήμερον τὰ τοῦ Σαοὺλ ῥήματα εἰπεῖν, καὶ ἰδεῖν τί πρὸς τὴν δικαιολογίαν ἐκεῖνον ἀπεκρίνατο οὗτος. Οὐ γὰρ δὴ μόνον ἀφ' ὧν ὁ Δαυὶδ ἐφθέγγετο ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ὧν ὁ Σαοὺλ λέγει, τὴν ἀρετὴν εἰσόμεθα τοῦ Δαυὶδ· ἂν γὰρ φανῇ τι πρᾶον καὶ ἡμερον οὗτος φηγγόμενος, τὴν αἰτίαν τούτων ἐκεῖνον λογιούμεθα τῷ μεταβαλόντι τὸν ἄνθρωπον, τῷ παιδεύσαντι καὶ ρυθμίσαντι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Τί οὖν φησιν ὁ Σαοὺλ; Ἀκούσας τοῦ Δαυὶδ εἰπόντος, *Ἴδού τὸ περὺντιον τῆς διπλοῦδος ἐν τῇ χερὶ μου, καὶ ἄλλα πάνθ' ἄ μετὰ τούτων ἀπελογήσατο, Ἡ φωνή σου αὕτη, τέκνον Δαυὶδ;* Ὡ πόση γέγονεν ἀθρόον ἡ μεταβολή! Ὁ γὰρ μὴδ' ἀπὸ φιλοῦ τοῦ ὀνόματος ἀνεχόμενος αὐτὸν καλέσαι ποτὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν αὐτοῦ μισῶν τὴν προσηγορίαν, καὶ εἰς συγγένειαν αὐτὸν ἤγαγε, τέκνον αὐτὸν προσειπῶν. Τί τοῦ Δαυὶδ μακαριώτερον, ὃς τὸν ἀνδροφόνον πατέρα ἐποίησε, καὶ τὸν λύκον πρόβατον, καὶ τὴν κάμινον τῆς ὄργῆς δρόσου πολλῆς ἐνέπλησε, καὶ τὰ κύματα εἰς γαλήνῃν μετέβαλε, καὶ τὴν φλεγμονὴν τοῦ θυμοῦ κατέσβεσεν ἅπασαν; Τὰ γὰρ ῥήματα ἐκεῖνα τοῦ Δαυὶδ εἰς τὴν δάνοιαν εἰσελθόντα τοῦ τητηριωμένου τούτου, πᾶσαν ταύτην ἐργάσατο τὴν μεταβολὴν, ἣν ἀπὸ τῶν ῥημάτων τούτων ἐστιν ἰδεῖν. Οὐτε γὰρ εἶπεν, Οἱ λόγοι σοι οὗτοι^a, τέκνον Δαυὶδ; ἀλλὰ τί; *Ἡ φωνή σου αὕτη, τέκνον Δαυὶδ;* καὶ πρὸς αὐτὸν γὰρ τὸν φθόγγον διεθερμαίνετο λοιπόν. Καὶ καθάπερ πατὴρ χρονίας ἀκούσας φωνῆς παιδὸς ἐπανελθόντος ποθὲν, οὐχὶ πρὸς τὴν ὄψιν μόνην, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν φωνὴν αὐτὴν διεγείρεται· οὕτω καὶ ὁ Σαοὺλ, ἐπειδὴ τὰ ῥήματα τοῦ Δαυὶδ εἰσελθόντα τὴν ἐχθραν ἐξεβαλεν, ἐπέγνω λοιπὸν τὸν ἄξιον, καὶ πάθος ἀποθέμενος, πάθος ἐδέξατο. Ἐκβαλὼν γὰρ θυμὸν, ἐδέξατο εὐθυμίαν τε καὶ συμπάθειαν. Καὶ καθάπερ νυκτὸς μὲν παρούσης οὐδὲ παρόντα πολλάκις [777] ἐπιγινώσκωμεν φίλον, ἡμέρας δὲ γενομένης, καὶ πόρρωθεν ὄρυντες αὐτὸν γνωρίζομεν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἐχθρας συμβαίνειν εἰωθεν. Ἐως μὲν ἂν ὡμεν ἀηδῶς πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες, καὶ φωνῆς ἐτέρως ἀκούομεν, καὶ ὄψιν μετὰ διεσφαρμένης βλέπομεν γνώμης· ἐπειδὴ δ' ἀποθώμεθα τὴν ὀργὴν, ἡ πρὸ τούτου πολεμία καὶ ἐχθρὰ φωνή, προσήνης καὶ ἡδίστη ἡμῖν φαίνεται, καὶ ἡ πολεμία ὄψις καὶ ἀηδὴς ποθεινὴ καὶ ἐπιχαρις.

ς'. Τοῦτο γίνεται καὶ ἐπὶ τοῦ χειμῶνος. Οὐκ ἀφίησι τοῦ οὐρανοῦ τὸ κάλλος ἡ τῶν νεφῶν φαίνεσθαι συνδρομή· ἀλλὰ κἂν μυριακίς ὀξυδερκὲς ἔχωμεν τὸ ὄμμα, οὐκ ἰσχύομεν ἀντελαθέσθαι τῆς ἀνω φαιδρότητος. Ἐπειδὴ δ' ἡ τῆς ἀκτίνας θερμότης ἐνδιατρίψασα καὶ διαρρήξασα τὸ νέφος, δέξῃ τὸν ἥλιον, δεῖκνυσι καὶ τὴν τοῦ οὐρανοῦ πάλιν εὐπρέπειαν. Οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν ὀργιζομένων γίνεται· καὶ καθάπερ νέφος πεπυκνωμένον πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ πρὸ τῶν ἀκῶν ἐστῶσα ἡ ἐχθρα, ἐτέρας καὶ τὰς φωνὰς καὶ τὰς ὄψεις ποιεῖ φαίνεσθαι. Ἐπειδὴ δὲ φιλοσοφῆσας τις τὴν ἐχθραν ἀπόθηται καὶ διαρρήξῃ τῆς λύπης τὸ νέφος, τότε ἀδεκάστῳ λογισμῷ καὶ ὄψεται πάντα, καὶ

^a Reg. unus οἱ λόγοι σου οὗτοι.

litiam, alter summam exercebat justitiam, ut qui facultates suas erogaret, assidueque jejunaret, purus a rapinis: contra alter in rapinis ac violentiis vitæ tempus omne consumpserat. Ambo ascenderunt in templum orandi gratia. Ille stans dicebat: *Gratias ago tibi, Domine, quoniam non sum sicut ceteri homines, rapaces, avari, neque velut hic publicanus* (Luc. 18. 11. 12). At publicanus procul stans non regressit contumeliam, neque vicissim dixit convicium, non protulit ista vulgaria verba: Tunc audes meæ vitæ mentionem facere meaque facta reprehendere? Annon sum te melior? Referam tua peccata, faxoque ne unquam in hæc sacra conscendas atria. Nihil, inquam, istiusmodi frigidorum verborum loquutus est publicanus, quibus utimur quotidie nos mutuo conviciis aspergentes; sed amare suspirans pectusque percutiens, hoc tantum dixit, *Propitius esto mihi peccatori* (Ib. v. 13), et descendit justificatus.

Accusatio sui fit remissio criminis. Ne dæmon quidem nos ad iram concitare potest. — Vides celeritatem? accepit probrum, et abluit probrum; agnovit peccata, et deposuit peccata: et criminum accusatio facta est illi criminum remissio, et hostis insciens factus est beneficus. Quot labores erant publicano subeundi, jejunando, humi dormiendo, vigilando, bona sua egenis impartiendo, longo tempore in sacco et cinere sedendo, ut illa tam multa peccata posset deponere? At nunc cum nihil tale fecerit, simplici verbo omnem deposuit iniquitatem: ac probra conviciaque Pharisei, qui videbatur illum contumelia afficere, illi pepererunt justitiæ coronam, idque sine sudoribus, sine laboribus, et absque longi temporis mora. Videsne nos, etiamsi quis vera de nobis prædicet, quorum nos ipsi nobis conscii simus, ista vero prædicantem non vicissim impertierimus maledictis, sed amare ingemiscentes, Deum pro delictis nostris imploraverimus, omnia peccata deponere posse? Hoc pacto et hic justificatus est: quoniam enim Pharisæum non ultus est conviciis, sed pro suis peccatis ingemuit, descendit justificatus præ illo.

5. Vides quantum afferat utilitatis inimicorum exprobratio, si modo eam philosophico pertulerimus animo? Quod si et mentientes et vera loquentes nobis prosunt, quamobrem dolemus? quam ob causam urimur? Ni te ipsum læseris, o homo, neque amicus, neque inimicus, ne ipse quidem diabolus poterit te lædere. Etenim cum et ii qui nos contumeliis afficiunt, qui traducunt, qui usque ad ipsius vitæ discrimen insidiantur, utilitatem afferant, et alii martyrii coronam nobis plectant, ut ostendimus, alii rursus dum peccata nobis exprobrant, nos justos reddant, quemadmodum accidit in publicano, cur in illos efferrimur et exandescimus? Ne dixerimus itaque: Ille me atrociter irritavit, ille me perpulit, ut dicerem inhonesta verba: nos ubique talium causa sumus. Nam si velimus philosophari, ne dæmon quidem poterit nos ad iram concitare: idque liquet tum ex aliis compluribus, tum ex hac ipsa quæ nunc in manibus est historia de Davide, quam operæ pretium fue-

rit et hodie in medium afferre, si prius caritatem vestram admonuerimus, ubinam nuper terminaverimus concionem. Ubi igitur eam terminavimus? In excusatione Davidis. Proinde necesse est, ut hodie vobis Saülis verba referamus, quo videamus quid hic ad justissimam illius excusationem responderit. Neque enim e verbis tantum quæ David loquutus est, verum etiam e Saulis oratione, Davidis virtutem perspicimus: nam si Saül aliquid placide mansueteque responderit, hujus causam Davidi imputabimus, qui immutarit hominem, quique erudierit, et ad sobrietatem composuerit illius animum. Quid igitur ait Saül? Posteaquam audierat David loquentem, *Ecce lacinia chlamydis tuæ in manu mea* (1. Reg. 24. 13), atque cuncta quæ in excusationem attulit: *Vox, inquit, ista tua, fili David* (Ibid. v. 17)? Quanta subito facta est mutatio! Qui numquam sustinuerat illum vel simplici vocare nomine, ipsam etiam appellationem habens exosam, nunc adoptat eum in cognationem, appellans eum filium. Quid igitur Davide felicius, qui ex homicida fecit patrem, e lupo ovem, qui fornacem iracundiæ multo implevit rore, qui tempestatem vertit in tranquillitatem, quique timorem omnem ira exæstuantis animi restinxit? Verba quippe Davidis ingressa in animum istius efferati, totam hanc perfecerunt immutationem, quod e Saulis verbis deprehendas licet. Neque enim dixit, *Sermones tui isti, fili David? sed, Vox tua ista, fili David?* adeo mox ad ipsam vocem incaluit. Et quemadmodum pater ex longo intervallo audita filii revertentis voce, non ad conspectum modo illius, verum etiam ad ipsam vocem excitatur: sic et Saül, simul ut verba Davidis in animum ingressa sunt, abiecit inimicitiam, jamque sanctum agnovit, positoque affectu, recepit affectum. Siquidem posita ira, recepit tranquillitatem et commiserationem. Et sicut quamdiu nox adest, sæpe ne præsentem quidem amicum agnoscimus, at mox ut exortas est dies, etiam eminus conspectum agnoscimus: itidem et inimicitia solet usuvenire. Donec inter nos malevolam gerimus animum, vox audita nobis aliter sonat, et ipsam faciem corrupta mente adspicimus: at ubi posuerimus iram, et vox quæ prius erat invisiva atque hostilis, placida nobis ac jucundissima videtur, et aspectus ipse prius inimicus et injucundus, tum fit amabilis et jucundus.

6. *Ira soluta, plane dignoscimus quæ, ira ferente, nobis non apparebant. Vox Davidis potentissima.* — Idem accidit in tempestate. Non patitur nubium concursus nobis conspicuam esse cæli pulchritudinem; sed quamvis habeamus oculos perspicacissimos, nequaquam pertingere possumus ad illam supernam jucunditatem. At ubi jam radiorum calor, perruptis ac discussis nubibus solem ostendit, rursus et cæli decorem ostendit. Idem accidit in nobis ira ferventibus, dum similtas velut densa nubes ante oculos et aures stat, facit ut voces aspectusque videantur aliter quam sunt. Verum simul atque aliquis philosophatus posuerit odium, nubemque diruperit ægritudinis, tunc demum incorrupta mente

et videbit, et audiet omnia : quod et huic evenit Saül, qui simul atque nubem malevolentiae disruptit, agnoscens vocem Davidis, ait : *Vox tua ista, fili David? Quænam ista? Quæ Goliath dejecit, quæ civitatem periculis eripuit, quæ cunctos in servitutis ac mortis periculo constitutos, in securitatem et libertatem restituit, quæ Saülis furorem sedaverat, quæ multa magnaque beneficia in eum contulerat. Siquidem hæc barbarum illum prostravit, eo quod priusquam mitteret lapidem, eum precationis robore fuerat aggressus. Neque enim vulgari more projecit lapidem, sed prius hæc loquutus, Tu venis ad me in diis tuis, ego autem venio ad te in nomine Domini Sabaoth, cui exprobrasti hodie (1. Reg. 17. 45), emisit lapidem. Hæc vox lapidem veluti manu duxit in Goliath, hæc pavorem incussit barbaro, hæc hostis confidentiam fregit. Et quid miraris, si vox justi et furorem mitigat, et hostes dejecit, cum impios quoque spiritus expellat? Loquebantur tantum apostoli, et fugiebant omnes adversariæ potestates. Vox sanctorum frequenter et elementa vicit, et potestates illorum immutavit. Loquutus est tantum Jesus Nave, *Stet sol et luna*, et stetit; sic et Moses mare ingressus est, et cessit (Jos. 10. 12; Exod. 14. 21): sic tres illi pueri ignis vim extinxerunt, hymnis illis suis ac voce (Dan. 3). Item et Saül ad eandem vocem incaluit, dicens : *Vox tua ista, fili David? Quid igitur David? Servus tuus, domine mi rex.* Posthac certamen oritur, et contentio uter alterum majore prosequatur honore. Saül quidem ad cognationem adscivit : David autem dominum eum appellat. Quod autem dicit, tale est : Unum, inquit, illud quero, salutem tuam ac virtutis profectum. Filium me appellasti, mihi vero satis est, si me pro famulo habeas, tantum ut iram ponas, tantum ut ne quid de me suspicere mali, neu me putes hostem aut insidiatorem. Implevit illam legem apostolicam, quæ jubet, ut nos ipsos viventes honore invicem præveniamus (Rom. 12. 10), non secundum plurimorum morem, qui pejus affecti sunt, quam ipsæ pecudes, qui proximum ne affari quidem priores sustinent, existimantes sese contumelia affici, et a dignitate dejici, si quem vel affatu simplici compellunt.*

Nihil inani gloria turpius ei, qui honore præveniri vult. — Quid ista dementia possit esse magis ridiculum? quid hac arrogantia fastuque foedius? Tunc enim, tunc, inquam, a dignitate dejectus es, o homo, tunc injuria, tunc contumelia affectus es, quoties exspectas, ut proximus te prior alloquatur. Quid enim arrogantia deterius? quid fastu et inani gloria magis ridiculum? Nam si prior alloquaris, et Deus ipse collaudabit, quod est omnium maximum, et homines insuper comprobabunt, tuque illius appellationis mercedem totam accipies. Quod si exspectaveris, ut prior honoratus, tum denique proximum honores, nihil jam magni feceris. Nam is unde honoris cepit initium, idem relati abs te honoris totam mercedem accepturus est. Proinde ne exspectemus, ut alii priores nobis honorem deferant, sed accurramus ad exhibendum proximo honorem, semperque a nobis oriatur salutationis.

initium : neque putemus hoc officium esse contemnendum et vulgare, si libenter et amanter salutemus. Nam hoc prætermisum multas amicitias disruptit, multas peperit simultates : quemadmodum e diverso idem studiose exhibitum, veteres et diuturnas inimicitias dissolvit, et amicitias priores confirmavit. Noli igitur, carissime, his in rebus studium negligere; sed si fieri potest, obvius qualescumque fuerint, tum in sulutando, tum in cæteris omnibus priores deliniamus. Quod si quis te prævenierit, majorem repende honorem. Nam et hoc admonuit Paulus, ita loquens : *Alii alios vobis ipsis superiores existimate*¹ (Philipp. 2. 3). Ita fecit David, qui et prior honorem detulit, et honoratus majorem honorem reposuit, dicens : *Servus tuus, domine mi rex.* Vide vero, quantum fecerit lucri David hæc loquutus. Non jam sustinuit Saül hanc vocem audire sine lacrymis, sed ploravit amare, animi sanitatem ac philosophiam, quam David inseverat, lacrymis declarans.

7. Quid esse possit hoc propheta beatus, qui brevi temporis momento sic hostem a furore ad sobrietatem composuit, et animum nactus sanguinis ac cædis sitientem, repente ad lamenta et ejulatus compulit? Non perinde miror Mosem quod e saxo prærupto fontes elicuit aquarum (Exod. 17. 6), ut admiror Davidem, quod ex oculis lapideis fontes eduxerit lacrymarum. Etenim ille quidem vicit naturam, et hic vicit animi propositum : ille virga percussit lapidem, hic sermone pepulit cor, non ut contristaret, sed ut puram mansuetumque redderet; quod etiam perfecit majore beneficio regem afficiens quam antea fecerat. Est quidem illud laude summaque admiratione dignum, quod ense non tinxerit sanguine, nec caput illud hostile resecuerit : sed longe majore corona dignum erat, quod ipsum inimici propositum immutavit, eamque reddidit meliorem, eumque ad suam ipse convertit humanitatem. Hoc beneficium illo præstantius est. Neque enim paria sunt, condonare culpam, et ad animi philosophiam adducere; non sunt paria, liberare ab ira cædem injustam spirante, eximere a cæde, et eximere a furore ad tantum properante nefas. Dum enim satellites suos David cohuiit, ne Saulem occiderent, præsentem quidem vitæ profuit : at cum mitibus verbis malitiam ex animo depellit, futuram illi vitam æternaque largius est bona, quantum quidem erat in ipso. Quoties igitur Davidem laudas ob ipsius mansuetudinem, magis illum lauda, quod Saulem immutavit. Siquidem multo minus est propriis temperare cupiditatibus, quam alienum vincere furorem, quam cor ira intumescens compescere, eque tanta tempestate tantam facere tranquillitatem, quam oculos homicidium præferentes calidis implere lacrymis. Atque hoc est stuporis ac miraculi plenum. Etenim si Saül fuisset homo moderatus et æquus, non admodum magni erat negotii ad solitam cum revocare virtutem : at effertum et ad extremam provecum malitiam, jamque ad cædem properantem brevi temporis momento sic af-

¹ Unus hoc modo legit : *Dicens : Alii alios honore superiores existimate.*

ἀκούσεται· ὅπερ οὖν καὶ ὁ Σαοὺλ οὗτος ἐπαθεν. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ νέφος διεβράγη τῆς ἐχθρας, ἐπέγνων τοῦ Δαυὶδ τὴν φωνήν, καὶ φησιν· Ἡ φωνὴ σου αὐτῆ, τέκνον Δαυὶδ; Ποία Αὐτῆ; Ἡ τὸν Γολιάθ κατενεύγαυσα, καὶ τὴν πόλιν ἐξαρπάσαυον τῶν κινδύνων, καὶ περὶ δουλείας καὶ περὶ θανάτου κινδυνεύοντας ἅπαντας καὶ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ πρὸς ἐλευθερίαν ἐπανάγουσα πάλιν, ἡ τὴν ἐκείνου καταστέλλουσα μανίαν, πολλὰ καὶ μεγάλα αὐτὸν ἐργασαμένη καλὰ. Αὕτη γὰρ ἡ φωνὴ τὸν βάρβαρον ἐκείνον κατήνεγκε· πρὸ γὰρ τοῦ λίθου, ἡ τῆς εὐχῆς δύναμις αὐτὸν ἐχειρῶσατο. Οὐ γὰρ ἀπλῶς τὸν λίθον ἔρριψεν, ἀλλὰ πρότερον εἰπὼν, Σὺ ἐρχῆ πρὸς με ἐν τοῖς θεοῖς σου· ἐγὼ δὲ ἐρχομαι πρὸς σὲ ἐν ὀνόματι Κυρίου Σαβαώθ, ὃν ὠνείδισας σήμερον, οὕτως ἀφήκε. Καὶ αὕτη τὸν λίθον ἐχειραγωγῆσεν ἡ φωνή, αὕτη τὴν ἀγωνίαν ἐνέβαλε τῷ βαρβάρῳ, αὕτη τὸ θράσος ἐξέκοψε τοῦ πολεμίου. Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ θυμὸν καταστέλλει φωνὴ δικαίου, καὶ πολεμίους καθαιρεῖ, ὅπου γε καὶ δαίμονας ἀπελαύνει; Ἐφθέγγοντο γοῦν μόνον οἱ ἀπόστολοι, καὶ πᾶσαι ἐδραπέτευον αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις. Ἡ φωνὴ τὸν ἀγίον καὶ τὰ στοιχεῖα πολλὰκις ἐστήσε, καὶ τὰς ἐνεργείας αὐτῶν μετέβαλεν. Εἶπε γοῦν ὁ Ἰησοῦς τοῦ Ναυῆ μόνον, Στήτω ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη, καὶ ἔστη· οὕτω καὶ ὁ Μωϋσῆς θάλατταν ἐπέδησε, καὶ ἀνήκεν· οὕτως οἱ παῖδες οἱ τρεῖς τὴν ἐνεργείαν τοῦ πυρὸς ἐσβεσαν διὰ τῶν θυμῶν ἐκείνων καὶ διὰ τῆς φωνῆς. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν φωνὴν διαθερμάνθεις ὁ Σαοὺλ ἔλεγεν· Ἡ φωνὴ σου αὐτῆ, τέκνον Δαυὶδ; Τί γοῦν ὁ Δαυὶδ; Δοῦλός σου, κύριέ μου βασιλεῦ. Ἀμιλλα λοιπὸν καὶ φιλονεικία γίνεται, τίς τὸν πλησίον μεζίζωνας τιμήσει. Ἐκεῖνος εἰς συγγένειαν ἤγαγεν, οὗτος δεσπότην αὐτὸν ὠνόμασεν. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐν ζητῷ μόνον, φησὶ, σωτηρίαν τὴν σὴν, καὶ τὴν ἐπιδοσιν τῆς ἀρετῆς. Τέκνον με ἐκάλεσας, ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ καὶ στέργω, [778] ἐὰν δοῦλόν με ἐχῆς, μόνον μετὰ τοῦ ἀποθέσθαι τὴν ὄργην, μόνον μετὰ τοῦ μηδὲν ὑποπεύειν περὶ ἐμοῦ πονηρὸν, καὶ μὴ νομίζειν ἐπιβούλον εἶναι καὶ πολέμιον. Τὸν γὰρ ἀποστολικὸν ἐκείνον ἐπλήρου νόμον, τὸν κελεύοντα τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγεῖσθαι, ὑπερέχοντας ἑαυτῶν· οὐ καθάπερ πολλοὶ, βοσκομάτων διακείμενοι χεῖρον, οὐδὲ προσεπεινὸν τὸν πλησίον ἀνέχονται πρότεροι, νομίζοντες ὑβρίζεσθαι καὶ ἐλαττοῦσθαι, εἰ ψιλῆς τι μετὰδοῖεν προσρήσεις.

Τί ταύτης τῆς ἀνοίας γένοιτο· ἀν καταγελαστότερον; τί τοῦ τύφου τούτου καὶ τῆς ἀπονοίας αἰσχρότερον; Τότε γὰρ, τότε ἠλαττόνηκας^a, ὧ ἄνθρωπε, τότε ὑβρίσθης, τότε ἠτιμάσθης, ὅταν ἀναμείνης τὸν πλησίον πρότερόν σε προσεπεινὸν. Τί γὰρ ἀπονοίας χεῖρον; τί δὲ τύφου καὶ κενοδοξίας καταγελαστότερον; Ἄν μὲν γὰρ πρότερος προσεπεινός, καὶ ὁ θεὸς ἐπαινέσεται, ὁ πάντων μεζίζων, καὶ ἄνθρωποι δὲ ἀποδέξονται, καὶ τῆς ἐκείνου προσρήσεως σὺ τὸν μισθὸν ἅπαντα λήψῃ· ἂν δ' ἀναμείνης πρότερον τιμηθεὶς οὕτω τιμῆσαι, οὐδὲν μέγα εἰργάσω λοιπόν. Ὁ γὰρ τῆς εἰς σὲ κατάρξας τιμῆς, αὐτὸς καὶ τῆς παρὰ σοῦ γενομένης εἰς αὐτὸν θεραπείας τὸν μισθὸν ἅπαντα λήψεται. Μὴ ἀναμένωμεν τοῖνον τιμᾶσθαι παρ' ἐτέρων πρότεροι· ἀλλ' ἐπιτρέχωμεν ταῖς εἰς τὸν πλησίον τιμαῖς, καὶ τῆς προσρήσεως ἀεὶ κατάρχωμεν, καὶ μὴ νομίζωμεν ψιλὸν εἶναι καὶ εὐτελεῖς τὸ κατόρθωμα τοῦτο, τὸ γενέ-

σθαι εὐπροσῆγορον καὶ φιλοπροσῆγορον. Πολλὰς γοῦν φιλίας ἐλλειφθὲν τοῦτο διέκοψε, πολλὰς ἐχθρας εἰργάσατο· ὡςπερ οὖν μετὰ σπουδῆς πληρούμενον χρόνιους πολέμους κατέλυσε, καὶ τὰς οὐσας φιλίας ἀπέσφιγγε. Μὴ τοῖνον ἀμελήεις, ἀγαπητῆ, τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς· ἀλλ' εἰ μὲν οἶόν τε, τοὺς ἀπαντώντας, οἷοί τινες; ἂν ὦσι, καὶ ἐν ταῖς προσρήσεσι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν πρότεροι θεραπεύωμεν. Ἄν δὲ σε ἕτερος φθάσῃ, μεζίζονα ἐπίδειξαι τὴν τιμὴν πάλιν. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο παρήνεκεν ὁ Παῦλος, οὕτως εἰπὼν· Ἀλλήλους ἡγήσθε ὑπερέχοντας ἑαυτῶν^b. Οὕτως ὁ Δαυὶδ ἐποίησε, καὶ πρότερος ἐτίμησε, καὶ τιμηθεὶς πάλιν μεζίζωνας ἀντετίμησεν, εἰπὼν· Δοῦλός σου, κύριέ μου βασιλεῦ. Καὶ ὅρα ὅσον εἰργάσατο κέρδος. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε τοῦθ' ὁ Δαυὶδ, οὐκ ἤνεγκεν ἀδακρυτὶ λοιπὸν ταύτην ἀκούσαι τὴν φωνὴν ὁ Σαοὺλ· ἀλλ' ὠλόλυσε πιπυρὸν, τὴν ὑγίειαν τὴν ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ τὴν φιλοσοφίαν, ἣν ὁ Δαυὶδ ἐνέθηκε, διὰ τῶν δακρῶν δηλῶν.

ι'. Τί γένοιτο· ἀν τοῦ Προφήτου μακαριώτερον, ὅς ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπή οὕτω τὸν ἐχθρὸν μετερρύθμισε, καὶ ψυχὴν αἵματος καὶ σφαγῆς διψῶσαν λαθῶν εἰς θρήνους ἐνέβαλεν ἀθρόον καὶ ὀλολυγμούς; Οὐχ οὕτω θαυμάζω τὸν Μωσέα, ὅτι ἀπὸ πέτρας ἀκροτόμουπηγὰς ἐξήγαγεν ὕδατων, ὡς θαυμάζω τὸν Δαυὶδ, ὅτι ἐξ ὀφθαλμῶν λιθίνων πηγὰς ἐξήγαγε δακρῶν. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ τὴν φύσιν ἐνίκησεν, οὗτος δὲ τῆς προαιρέσεως περιεγένετο· [779] ἐκεῖνος ἐπάταξε τῇ βλάβῃ τὸν λίθον, οὗτος ἔκρουσε τῷ λόγῳ τὴν καρδίαν, οὐχ ἵνα λυπήσῃ, ἀλλ' ἵνα καθαρὰν ἐργάσθαι καὶ προσηνῆ· ὅπερ οὖν καὶ ἐποίησε, μεζίζονα τῆς προτέρας εὐεργεσίας ἐπιδειξάμενος. Ἐπαίνου μὲν ἄξιον καὶ μεγίστου θαύματος καὶ τὸ μὴ βαπτίσειαι τὸ ξίφος, μηδὲ ἀποτεμεῖν τὴν πολεμίαν ἐκείνην κεφαλὴν· πολλῶν δὲ πλείονων ἂν εἴη στεφάνων τὸ καὶ αὐτὴν αὐτοῦ μεταβαλεῖν τὴν προαίρεσιν, καὶ βελτίω ποιῆσαι, καὶ πρὸς τὴν οἰκίαν αὐτὸν ἐπιεικείαν μεταβαλεῖν^c. Αὕτη μεζίζων ἐκείνης ἡ εὐεργεσία. Οὐ γὰρ ἔστιν ἴσον ζῶν χαρίσασθαι, καὶ εἰς φιλοσοφίαν ἐναγαγεῖν· οὐκ ἔστιν ἴσον ἀπαλλάξαι θυμοῦ πνέοντος φόνον δίκων, ἐξελεῖσθαι σφαγῆς, καὶ ἐξελεῖσθαι παραπληξίας ἐπὶ τοσοῦτον ὀδευούσης κακόν. Τοὺς μὲν γὰρ δορυφόρους κωλύσας αὐτὸν ἀνελεῖν, κατὰ τὸν παρόντα βίον ὠφελεῖ· τὴν δὲ πονηρίαν τῆς ψυχῆς ἐκβαλὼν διὰ τῆς τῶν βημάτων ἐπιεικείας, τὴν μέλλουσαν αὐτῷ ζῶν ἔχαριζατο καὶ τὰ ἀκίνητα ἀγαθὰ, τὸ γε εἰς αὐτὸν ἦκον. Ὅταν οὖν αὐτὸν ἐπαινέσῃς διὰ τὴν οἰκίαν πραότητα, μεζίζωνας αὐτὸν θαύμασον διὰ τὴν τοῦ Σαοὺλ μεταβολὴν. Τοῦ γὰρ τῶν οἰκείων κρατήσῃσι παθῶν, πολὺ πλεόν ἐστὶ τὸ καὶ τῆς ἐτέρων περιγενέσθαι μανίας, καὶ φλεγμαινοῦσαν καταστειλαὶ καρδίαν, καὶ τοσαύτην γαλήνην ἀπὸ τοσαύτης ἐργάσασθαι ζάλης, καὶ ὀφθαλμοῦς φόνον βλέποντας δακρῶν ἐμπλήσαι θερμῶν. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ πολλῆς ἐκπλήξεως γίμει καὶ θαύματος. Καὶ γὰρ εἰ μὲν τῶν ἐπιεικῶν καὶ μετρίων ἀνθρώπων ἦν ὁ Σαοὺλ, οὐ μέγα ἦν σφόδρα ἐπαναγαγεῖν αὐτὸν πρὸς τὴν οἰκίαν ἀρετῆν· τὸ δ' ἐκτεθρηωμένον καὶ πρὸς ἐσχάτην κακίαν ἐξοκειλάντα, καὶ πρὸς σφαγὴν ἐπιεγόμενον, ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπή παρασκευάσαι πᾶ-

^b Εἰπὼν· Τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγεῖσθε. Sic unius.

^c Reg. unius μεταγαγεῖν.

^a Reg. unius ἠλάττωσαι.

σαν τὴν πικρίαν σβέσαι ἐκείνην, τίνα οὐκ ἂν ἀποκρύψει τῶν πώποτε ἐπὶ διδασκαλίᾳ φιλοσοφίας βεβοημένων;

Καὶ σὺ τοίνυν, ὅταν λάβῃς τὸν ἐχθρὸν, μὴ τοῦτο σκόπει, ὅπως αὐτὸν ἀμυνόμενος καὶ μυρίαὶς πλύνας ταῖς λοιδορίαις ἐκπέμψῃς, ἀλλ' ὅπως θεραπεύσῃς, ὅπως ἐπαναγάγῃς πρὸς ἐπιείκειαν· καὶ μὴ πρότερον ἀποστῆς πάντα καὶ ποιῶν καὶ λέγων, ἕως ἂν περιγένῃ τῇ πραότητι τῆς ὠμότητος τῆς ἐκείνου. Οὐδὲν γὰρ ἐπιεικείας δυνατώτερον. Καὶ τοῦτ' αὐτὸ δηλῶν τις ἔλεγεν, ὅτι Λόγος ἀπαλὸς συγκλάσει δότα^α. Καίτοι τί δαστέου σκληρότερον; Ἄλλ' ὅμως κἄν οὕτω σκληρὸς τις ἦ καὶ ἀκαμπτής, περιέσται βραδίως ὁ μετ' ἐπιεικείας αὐτῷ χρώμενος. Καὶ πάλιν· Ἀπόκρισις ὑποκλίπτουσα ἀποτρέφει ὀργάς. Ὅθεν δῆλον ὅτι τοῦ κινήθηαι τὸν ἐχθρὸν, καὶ τοῦ καταλλαγήναι, σὺ κυριώτερος ἐκείνου. Ἐν γὰρ ἡμῖν, οὐκ ἐν τοῖς ὀργιζομένοις κείται καὶ τὸ σβεσθῆναι, καὶ τὸ πρὸς μείζονα ἐξενεχθῆναι φλόγα τὸν θυμὸν τὸν ἐκείνων. Καὶ τοῦτ' αὐτὸ πάλιν ὁ τὰ πρότερα εἰπὼν ἐδήλωσε διὰ φιλοῦ^β παραδείγματος. Ὡσπερ γὰρ, φησὶν, εἰς σπινθῆρα πυρὸς ἂν μὲν φουήσῃς, ἐξήψας τὴν [780] φλόγα, ἂν δὲ πτύσῃς, κατέσβεσας, καὶ ἀμφοτέρων σὺ κύριος (Ἀμφοτέρα γὰρ, φησὶν, ἐκ τοῦ στόματός σου πορεύεται^ε)· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἔχθρας τοῦ πλησίον· ἂν μὲν πεφουσημένους καὶ ἀπονεννημένους προσενέγκῃς λόγους, ἀνάπτεις ἐκείνου τὸ πῦρ, ἐκκαίεις τοὺς ἀνθρώκας· ἂν δὲ προσηγῇς καὶ περιεσταλμένους, πρὶν τὴν πυρὰν ἀρθῆναι, κατέσβεσας τὴν ὀργὴν ἄπασαν. Μὴ τοίνυν λέγε, ὅτι Τὰ καὶ τὰ ἔπαθον, τὰ καὶ τὰ ἤκουσα· πάντων γὰρ τούτων σὺ κύριος. Οὕτω γὰρ ὡσπερ σπινθῆρα καὶ σβέσαι καὶ ἀνάψαι, καὶ θυμὸν ἐκκαῦσαι καὶ καταστεῖλαι πάλιν ἐν σοί. Ὅταν ἰδῇς ἐχθρὸν, ἦ καὶ εἰς νοῦν λάβῃς, ὅσα μὲν ἤκουσας καὶ ἔπαθες λυπηρὰ, πάντ' ἐπιλανθάνου ταῦτα· εἰ δὲ καὶ ἀναμνησθεῖς, τῷ διαδόλῳ ταῦτα λογίζου. Σύλληγε δὲ, εἰ τί σοι χρηστὸν εἶπε πώποτε, καὶ ἐποίησε. Κἄν τῇ τούτων ἐνδιατριβῆς μνήμη, ταχέως καταλύσεις τὴν ἔχθραν. Κἄν μέλλῃς ἐγκαλεῖν καὶ διαλέγεσθαι, πρότερον τὸ πάθος ἐκβαλὼν καὶ τὸν θυμὸν σβέσας, οὕτως εὐθύνας ἀπαίτει, οὕτως ἔλεγε, καὶ δυνήσῃ περιγενέσθαι βραδίως. Θυμούμενοι γὰρ οὕτ' εἰπεῖν, οὕτ' ἀκοῦσαι ποτε δυνησόμεθα τι ὑγιές· ἀπαλλαγέντες δὲ τοῦ πάθους, οὕτ' αὐτοὶ ῥῆμά ποτ' ἐξοίσομεν τραχὺ, οὐθ' ἐτέρων λεγόντων οὕτως ἀκουσόμεθα. Οὐ γὰρ ἡ τῶν λεγομένων φύσις, ὡς ἡ τῆς ἔχθρας πρόληψις ἡμᾶς ἀγριοῦν ἐβόη. Πολλάκις γοῦν παρὰ φίλων τὰς αὐτὰς ἀκούσαντες λοιδορίας παιζόντων, ἦ καὶ χαριεντιζομένων, ἦ καὶ παρὰ παιδιῶν μικρῶν, οὐ μόνον οὐδὲν ἐπάθομεν ἀηδὲς, οὐδ' ἐξηγηρωθήμεν, ἀλλὰ καὶ ἐγελάσαμεν καὶ διεγύθημεν· οὐ γὰρ μετὰ διεφθαρμένης ἤκουσαμεν γνώμης, οὐδὲ μετὰ ψυχῆς θυμῷ προκατειλημμένης. Ὄστε καὶ ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν, ἂν σβέσῃς τὸν θυμὸν, ἂν τὴν ἔχθραν ἐκβάλῃς, οὐδὲν σε τῶν λεγομένων λυπήσει δυνήσεται.

η'. Καὶ τί λέγω, τῶν λεγομένων; Οὐδὲν τῶν γινομέ-

^α Reg. unus συντρίβει δότα

^β Ita Regii duo melius quam ed. qui habent διὰ δαφίλους.

^ε Reg. ἐκπορεύεται.

νων, ὡσπεροῦν οὐδὲ τὸν μακάριον τοῦτον· ἀλλ' ὀρων τὸν πολέμιον κατὰ τῆς αὐτοῦ σωτηρίας ὀπλιζόμενον, καὶ πάντα διὰ τοῦτο κινούμενα, οὐ μόνον οὐκ ἠγρίανεν, ἀλλὰ καὶ εἰς πλείονα ἦλθε συμπάθειαν· ὁσπ μείζονα ἐπεβούλευε, τοσοῦτον μᾶλλον αὐτὸν ἐδάκρυεν. Ἥδει γὰρ, ἦδει σαφῶς, ὅτι οὐχ ὁ πάσχιον κακῶς, ἀλλ' ὁ ποιῶν, οὗτός ἐστι δακρῶν ἀξιος καὶ θρήνων. ἑαυτὸν καταθλάπτων. Διὰ τοῦτο καὶ μακρὰν πρὸς αὐτὸν συνέθηκεν ἀπολογία, καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη, ἕως καὶ αὐτὸν ἀπολογήσασθαι παρεσκεύασε μετὰ δακρῶν καὶ θρήνων. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνώμωξε καὶ πικρὰν ἀφῆκε φωνὴν, καὶ μέγα ἀνωλόλυξεν, ἄκουσον τί φησι· Δίκαιος σὺ ὑπὲρ ἐμέ, ὅτι σὺ μὲν ἀνταπέδωκας μοι ἀγαθὰ, ἐγὼ δ' ἀνταπέδωκά σοι κακὰ. Ὅρξῃ πῶς καὶ τῆς οικείας κακίας καταγινώσκει, καὶ τὴν ἀρετὴν ἀνυμνεῖ τοῦ δικαίου, καὶ μηδενὸς ἀναγκάζοντος ἀπολογεῖται; Οὕτω καὶ σὺ ποίησον. Ἐπειδὴν λάβῃς τὸν ἐχθρὸν, μὴ κατηγορήσῃς, ἀλλ' [781] ἀπολόγησαι, ἵνα παρασκευάσῃς ἐκείνων ἑαυτοῦ κατηγορήσαι. Ἄν μὲν γὰρ ἡμεῖς κατηγορούμεν, τραχύνεται· ἂν δ' ἀπολογώμεθα, ἐντρεπόμενος ἡμῶν τὴν ἐπιείκειαν, ἀγῶς ἑαυτοῦ κατηγορήσει λοιπόν. Καὶ οὕτως ὁ τε ἔλεγχος ἀνούποτος γίνεται, ἐκείνους τε τῆς πονηρίας ἀπαλλάττεται πάσης. Ὅπερ οὖν καὶ ἐνταῦθα συνέθη· καὶ κατηγορεῖ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ὁ ἀδικήσας, τοῦ ἠδικημένου σιγῶντος. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν ἀπλῶς, Εἰργάσω εἰς ἐμὲ ἀγαθὰ, ἀλλ', Ἀνταπέδωκας μοι ἀγαθὰ· τούτεστιν, Ἄντι τῆς ἐπιβουλῆς, ἀντι τῆς σφαγῆς, ἀντι τῶν μυριάων κακῶν ἐκείνων εὐεργεσίαις ἡμᾶς ἡμεῖψω μεγάλας. Ἐγὼ δ' οὐδ' οὕτως ἐγενόμην βελτίων, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὰς εὐεργεσίας ἐκείνας ἐπέμεινα τῇ πονηρίᾳ· καὶ οὐδ' οὕτω μετεβάλου, ἀλλὰ διέμεινας τὸν σαυτοῦ διατηρῶν τρόπον, καὶ πάλιν ἡμᾶς ἐπιβουλεύοντας εὐεργετῶν. Πρόσω οὐκ ἂν εἶπ στεφάνων ἀξιος καθ' ἑαστον τῶν βημάτων τούτων ὁ Δαυὶδ; Εἰ γὰρ καὶ τὸ στόμα αὐτὸ ἐφθέγγετο τοῦ Σαοῦλ, ἀλλ' ἡ σοφία καὶ ἡ τέχνη τοῦ Δαυὶδ εἰς τὴν ἐκείνου κατεφύτευσεν αὐτὰ ψυχὴν. Καὶ ἀπήγγειλάς μοι σήμερον, φησὶν, ἃ ἐποίησάς μοι ἀγαθὰ, ὡς ἀπέκλεισέ με Κύριος σήμερον εἰς τὰς χεῖράς σου, καὶ οὐκ ἀπέκτεινάς με. Καὶ ἐτέραν αὐτῷ μαρτυρεῖ πάλιν ἀρετὴν, ὅτι εὐεργετήσας οὐκ εἰσήσεν, οὐδ' ὑπερείδεν, ἀλλ' ἔλθων εἶπεν, οὐ πρὸς ἐπίδειξιν τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ δεῖξαι βουλόμενος, καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν διδάξαι, ὅτι τῶν κηδομένων ἐστὶ καὶ προνοούντων, οὐ τῶν ἐπιβουλεύοντων καὶ πονηρευομένων. Τὸ γὰρ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας λέγειν ἐστιν, ὅπου τὸ κέρδος ἔχει μέγιστον. Ὅταν γὰρ μηδεμίαν ὑποθέσεως οὐσης προσφέρῃ τις αὐτὰς καὶ ἀνακηρύττει, τῶν ἐνειδιζόντων οὐδὲν ἄμεινον διακείσεται· ὅταν δὲ βουλόμενος πείσαι τὸν διεφθαρμένον, καὶ πονηρὰν περὶ αὐτοῦ πρόληψιν ἔχοντα τοῦτο ποιῇ, κηδεμῶν ἐστὶ καὶ εὐεργέτης· ὅπερ οὖν καὶ ὁ Δαυὶδ ἐποίησεν, οὐ τῆς παρ' αὐτοῦ δόξης ἐρῶν, ἀλλὰ τὸν ἐβριζωμένον ἐν αὐτῷ θυμῷ ἀνασπάσαι βουλόμενος. Καὶ διὰ τοῦτο γοῦν αὐτὸν ἐπήνεσεν, ὅτι καὶ εὐεργέτησε, καὶ τὴν εὐεργεσίαν εἶπεν.

Εἶτα ζητῶν ἀμοιβὴν, καὶ οὐδεμίαν ἔχων τῶν γεγενημένων ἴσῃ εὐρεῖν, τὸν Θεὸν αὐτὸν αὐτῷ δίδωσιν ὀφειλέτην, οὕτως εἰ λέγων· Ὅτι εἰ εὖροι τις τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ ἐν θλίψει, καὶ ἐκπέμψῃ αὐτὸν ἐν ὀδῷ ἀγαθῇ, καὶ Κύριος ἀνταποδῶ αὐτῷ ἀγαθὰ, καθὼς πεποίηκας σὺ σήμερον. Τί γὰρ καὶ εἶχεν ἀξίον ἀποδοῦναι τῶν εὐεργεσιῶν, εἰ καὶ βασιλείαν

ficere, ut omnem illam amaritudinem exstinguat, quem non obscurat omnium, qui umquam super philosophiæ doctrina clarum promeruerunt nomen?

Nihil humanitate potentius. Iram sedare in nostra es; potestate. — Et tu igitur, si quando hostis incidere in manus tuas, ne illud specta, quomodo illum ulciscaris, innumerisque conviciis conspersum emitas, sed quomodo sanes, quomodo ad sobrietatem reducas: neque prius desistas omnia tum facere, tum dicere, donec tua mansuetudine superaris illius truculentiam. Nihil enim humanitate potentius. Quod ipsum quidam declaravit, dicens: *Sermo mollis confringet ossa* (Prov. 25. 15). Atqui quid osse durius? Et tamen si quis æque durus sit et rigidus ac præfractus, tamen illum facile vicerit, qui mansuete tractet. Ac rursus, *Responsio submissa avertit iras* (Prov. 15. 1). Unde liquet ut hostis irretetur, aut reconcilietur, magis in tua potestate esse, quam illius. Non enim in iis qui ira commoti sunt, sed in nobis situm est, ut vel exstinguatur illorum ira, vel ad majus irretetur incendium. Et hoc item qui priora dixit, simplici declaravit exemplo. Sicut enim, inquit, si insuffles in scintillam ignis, excitas incendium: contra, si inspuas, exstinguis, et utrumque tibi in manu est (quoniam *Utrumque*, inquit, *ex ore tuo proficiscitur* [Eccli. 28. 14]): sic et in inimicitia in proximum, si inflatos ac recordes ingeras sermones, excitas ignem illius, accendis carbones: sin mites ac moderatos admoveas sermones, priusquam exardescat, iram omnem exstinxeris. Ne dixeris igitur: Hæc passus sum, aut hæc audivi, cum hæc omnia sint in tua potestate. Hoc enim pacto iram veluti scintillam, vel exstinguere vel accendere, furoremque vel excitare, vel contra sedare, in te situm est. Cum videris inimicum, vel si in mentem veniat quam multa tum audieris, tum perpressus sis molesta, fac omnium horum obliviscaris; etiamsi recorderis, tamen fac ea diabolo imputes. Collige vero si quid umquam humaniter vel dixit vel fecit. Si in horum recordatione commoratus fueris, oculus dissolves inimicitiam. Quod si est animus illum incusare, cumque illo expostulare: fac prius abjicias animi motum, iramque exstinguas, ac tum cum illo expostula, tum argue, et facile poteris vincere. Siquidem ira commoti nihil sani poterimus umquam vel dicere, vel audire: sed a perturbatione liberi, nec ipsi verbum asperius umquam emittemus, nec aliis acerbe loquentibus, eodem modo audiemus. Neque enim ipsa perinde natura eorum quæ dicuntur, atque animus odio occupatus nos exasperare solet. Frequenter enim fit, ut cum eadem convicia audimus ab amicis jocantibus facetiisve ludentibus, aut a pueris parvulis, non solum nullam sentiamus molestiam, neque exasperemur, sed rideamus etiam, atque exhilaremur, eo quod illa non audiamus animi affectu corrupto, neque mente ira præoccupata. Itidem in inimicis, si exstinxeris iram, si odium ejeceris, nihil verborum quæ dicuntur te poterit offendere.

8. *Dignior lacrymis qui facit injuriam.*—Quid autem loquor de verbis? Ne facta quidem offenderint,

quemadmodum nec beatum hunc quidquam horum offendit; sed cum videret inimicum adversus ipsius incolumitatem armatum, hujusque gratia nihil intentatum relinquentem, non solum non est exasperatus, verum magis illius indoluit malis: quo vehementius insidiabatur ille, hoc impensius eum deflevit. Noverat enim, noverat, inquam, certo, non eum qui patitur injuriam, sed qui facit, lacrymis ac lamentis esse dignum, ut qui lædat seipsum. Ideo longa apud illum excusatione est usus, nec prius destitit, quam et hostem commoveret ad excusationem cum lacrymis ac lamentis. Posteaquam enim ploravit vocemque amarum emisit, posteaquam clare ejulavit, quid dicat audi. *Justior tu me es, quoniam tu mihi retribuisti bona, ego vero retribuere tibi mala* (1. Reg. 24. 18). Vides ut suam ipsius damnat malitiam, ac justi virtutem prædicat, nulloque cogente ipsam purgat? Idem tu facito. Cum hostis offenderit in manus tuas, noli accusare illum, sed ipsum purga, ut illum perpellas ad sui ipsius condemnationem. Nam si nos accusemus, exasperatur: sin nos excusaverimus, ille reveritus nostram humanitatem, mox seipsum condemnabit. Hoc pacto simul et redargutio fit carens suspitione, et ille omnem exiit malitiam. Quod et hic evenit: cum tacet is qui affectus erat injuria, is qui fecerat multa cum vehementia seipsum accusat. Neque enim simpliciter dixit, Fecisti mihi bona, sed, *Retribuisti mihi bona*: hoc est, Pro insidiis, pro cæde, pro malis illis innumeris magna mihi rependisti beneficia. At ego ne sic quidem factus sum melior, sed post illa tua benefacta perseveravi in malitia: tu vero ne sic quidem es immutatus, sed constanter tuum obtinuisti morem, nos iterum tibi insidiantes beneficiis prosequens. In hisce singulis verbis, quot coronis dignus apparuit David? Quamquam enim os Saülis ista sonabat, sapientia tamen et ars Davidis ea in animum illius inseverat. *Renuntiasti*, inquit, *mihi hodie quæ mihi feceris bona, cum me Dominus hodie concluderit in manus tuas, nec occideris me* (1. Reg. 24. 19). En rursus de altera ejus virtute perhibuit testimonium, videlicet, quod benemeritus non tacuerit, neque dissimulaverit, sed accedens narraverit: non quidem ad ostentationem, sed ipsis factis illum docere cupiens, se de numero eorum esse, qui regi bene cuperent, ejusque commodis prospicerent, non eorum qui tenderent insidias. Tum enim fas est propria commemorare beneficia, cum insignis hinc speratur utilitas. Nam quoties nulla data occasione jactat quis ac prædicat sua in alium beneficia, nihilo melior est exprobrante; cæterum quoties id facit, ut male affectum et pravam de ipso opinionem habentem flectat in diversam, is et curator est et beneficus: quod sane fecit David, non a Saüle gloriam captans, sed iram in illo radicatam evellere studens. Atque ideo Saül collaudavit eum, quod et benemeritus esset, et merita commemorasset.

Tum maxime certa nos manent apud Deum præmia, cum ab hominibus negantur. — Dein cum Saül referre gratiam cupiens, non inveniret ullam parem, ipsum

